tunc mittebat deus sup illos aliquos affligētes vt pz infra. 2. c. si ergo voluissent obseruare legē nūq̄ idiguissent aliquo dño z ptectore: sz solus deus esset rex z dñs illoz: z tanto spālius deo subiecti eēnt: quātomagis a ptāte tpalis subiectōis liberi forēt. sic. n. pz. 1. Re. 8. cū dñs dixit q̄ isr'lite abiecerūt eū ne regnaret sup illos: qñ petiuerunt regē. ex quo appet q̄ pus ipse regnabat cū non bꝛent tpalem regem. illo aūt babito deus nō poterat eē spāl'r rex z dñs illoz. sic pz ēt. 1. Re. 12. cū dixit samuel. videtes q̄ Naas rex filioz Amon venisset aduersuz vos dixistis. neq̄q̄ sz rex iperabit nobis cū dñs deus vr regnaret i vobis. hoc autē mō volebat deus q̄ māsissent semp isralite. s. nullū bñtes dñm sz ipm solū: qz tñ peccauerūt quertēdo se ad idola deus tradidit eos i manuz gētiū: z tunc indigebāt aliquo liberatore suscitabat aūt tūc deus aliquos liberatores inter eos: z isti vocabant iudices q̄ z dominabantur sup populū. z erat tūc populus bñs deū spāliter i dñm intātū q̄ vsq̄ ad tps regū dz dñs regnare sup israel vt pz. 1. Re. 12. c. si aūt dñs dedisset iudeis hoc tpe alterū genus pncipatus non fuissent sibi ita directe z imediate subiecti: iō non dedit alios pncipes nec ēt istos dedisset nisi populus declinans ad vitia indiguisset illis.

¶ Qūo isralite hoc tpe aliqñ bēbant iudices z aliqñ non: z qūo delbora cum esset femina fuit iudex inter ceteros. Qō. 11.

A **Queretur** vlterius qūo isralite hoc tpe aliqñ bēbant iudices z aliqñ nō: qz hoc mō videbaꝯ iconueniēter ordinata politia eoz cū nemo eēt q̄ posset i causis quotidie emergētibus ius reddere: i q̄libet tñ politia id qō marie ē necessariū ē iudex siue distributiuus iustitie. vñ ar'ist. politicoz̄ 3. i pn. dicit in politijs necessariū eē iudicē sicut panē. ¶ Rñdendū q̄ isralite poterāt eē dueniēter sine iudicibus istis de q̄bus i bꝛ libro agiť: qz isti lz vocenť iudices nō erat pncipale offiū suū iudicare diffiniēdo i causis isralitarū: sz liberare eos de manu hostiū z pugnare p eis. nā ad diffiniēdū litigia alios iudices habebāt: qz bēbāt domū cōsilij q̄ erat sedes magna indicū ad quā deuoluebātur ad extremū cause p appellatōez. z i hac iudicabať de rebus arduis: z erat maximus iudex i ea summus sacerdos de quo Deuter. 17. c. erāt quoq̄ p singula loca iudices cōstituti bñtes secū leuitas tāq̄ assessores eo q̄ illi erāt piti i lege z p hoz diffiniebāť oēs cāe: z nō erāt necessarij iudices de q̄bus agiť i hoc libro ad bꝛ. z dato q̄ cessarēt iudices de q̄bus bꝛ bꝛ nō cessabat ordo iudicū istitutoz a moyse de q̄bus declaratū est Num. 11. c. ideo nihil nocebat ad diffinitōez causaz esse. iudices de q̄bus bꝛ dz erat iudicare i causis: qz nomē suū nō ianiter positū ē.

Obiectō

¶ Jtē pz qz delbora mulier fuit iudex isrāel: z oputať iter istos j. 4. z tñ ipsa semp iudicabat i causis: ueniebatq̄ ad eā totꝰ isrl' vt pz. j. 4. c.

Dñs z iudex differunt.

¶ Rñdēdū q̄ isti vocati sunt iudices non a iudicando: sed qz accipiť iudex tāq̄ nomē cuiusdā pncipatus. est. n. dñia iter dñm z iudicē: qz dñs dicit illū q̄ simplr bz ptātem: z q̄ vult hoc p̄t ēt si iure cautū non fit. iudex aūt est q̄ nō bz aliquam

B libertatē ad mādādū: sz hoc solū p̄t qō iura iperant. z tradita est illi auctoritas diffiniendi fm ius: iō ille qui subest iudici non est subiectus viro sz iuri: q̄ vero dño subiectus est est subditus viro. z qz sic erat de pncipatu istoz relpectu regū vel alioz dñoz̄ q̄ ipsi nō poterāt aliq̄d agere ex voluntate sua tāq̄ dñi: sz q̄cq̄d rō z ius dictaret vocati sunt iudices: qz simile pncipatū iudicibus habebāt. hoc aūt pz qz si istoz offiū fuisset iudicare: nō fuissent sumpti in iudices nisi viri prudētes z maturi etate: sumebāť tñ viri docti iterdū z iuuenilibꝰ passiōibꝰ obseruiētes q̄ nihil noceret de statu causarū: sicut samson q̄ iuuenis erat z lasciue deditus. z sic fuit iepte q̄ erat pnceps latronū infra. 11. et. 14. ergo

Rñ. ad obiectio. nō erat offiū istoz causas diffinire. ¶ Lū āt obijciť de delbora. Rñdetur q̄ illa non ꝓprie computať inter iudices (quāq̄ aliq̄ eā cōputent) sed barach q̄ fuit tpe eius.

Alia rñ. ¶ Aliter dici pōt q̄ dato q̄ delbora eēt iudex nō bēbat offiū iudicādi tāq̄ illud ptineret ad iudices de q̄bus agiť in hoc libro: qz tñ erat ꝓphetissa cō ueniebāt ad eā oēs viri isrāel ad ingrendū sup dubijs cū putarēt p eā rñsuz a deo suscipe. ita. n. erat de oibus alijs ꝓphetis: qz oēs isralite cōcurrebāt ad eos sup multis iterrogātes: lz illi nō eēnt iudices. sic. n. de olda ꝓphetissa vroze sellū erat. nā ad eam mittebāt reges z alij viri ad q̄rēdū ō dubijs vt pz. 4. Re. 22. c.

¶ Quanta erat ptās istorum iudicum. Et an eius potestas esset a deo vel ab homine. Qō. 12.

A Rñ. ad q̄ situ. 1. rō. **Queretur** vlterius quāta erat ptās istoz viroz q̄ vocanť iudices. ¶ Rñdēdū q̄ ptās istoz iudicū pua erat. ꝓio qz ptās ista erat voluntarie collata a toto populo: z quātū volebat ptātis tātū trāsferebat populus: z nō erāt ficut reges quoz ptās male limitata ipsi pūt oia q̄ extra ius non sunt. assumebanť āt isti iudices ad pugnādū extra hostes populi: z quāq̄ isti vincerēt bella z postea opus eoz nō eēt necessariuz isralitis manebāt tñ in ꝓncipatu isto quādiu viuebant. sic fuit de iepte galaadite: ad quē iuerūt isralite orātes vt pugnaret p eis contra amon z factus est ꝓnceps illoz infra. 11. c. ¶ Aliquis obijciet q̄ ptās iudicū non erat ab hoc collata: sz a deo. nam dz j. 3. suscitauit eis saluatorē noe othoniel. Et iterū ibidē. suscitauit eis saluatorē noe aioth. ¶ Rūdēdū q̄ iudices p electionem isralitarū erāt: z ab eis habebāt ptātē limitatā. quātū ad assum ptionē tñ suā varie factū est: qz nō fuit idē modus in oibus. q̄dā n. facti sunt iudices qz ex pte dei iubebatur eis q̄ pugnarēt pro populo. sic fuit de barach. nā delboza ꝓphetissa ex pte dei dixit illi q̄ pugnaret aduersus sysaram infra. 4. c. z tñ facta pugna nō dum erat iudex z ꝓnceps isralitaruz: sz qz ipsi videbāt q̄ deus volebat p manū illius liberare eos acceperunt eū in iudicē. Sic ēt factū est de gedeone. nā angelus dñi appuit ei: z iussit q̄ iret ad liberādū israel de manu madian infra. 6. cū āt egisset magnificū bellū isralite eū acceperūt in iudicē: nec solū in iudicē eū volebāt accipe: sed ēt in dñm vt pz infra. 8. Alij aūt sumebātur in iudices deo nō iubente sed incitāte. s. qz qñ isralite erant in bis calamitatibus z indigebāt liberatore: deus dabat spūm suū aliq̄bus viris vt eēnt aiosi: z prudētes z ad bella aptissimi: q̄s isralite vidētes accipiebāt iudices. z tunc dicebať deus suscitare illis saluatores. sic intelligitur de othoniele z aioth infra. 3. Alij B aūt iudices sumebantur sola populi voluntate. s. qz cū essent in angustijs inquirebāt q̄s esset inter eos aptus vt esset belli dux: z interdū eligebant aliquos q̄ non erant viri virtuosi solū qz erāt exercitati ad bellū. sic fuit de iepte galaadite q̄ erat ꝓnceps latronū: isralite tñ qz viderūt eū dispositū ad bellū orauerūt vt esset ꝓnceps eoz z iudex infra. 11. Aliqñ aūt iudices sumebantur ex solo fauore z q̄si p violentiā. z sic fuit de abimelech filio gedeonis infra. 9. ¶ Lū aūt arguitur suscitauit deus saluatorē. Dōm q̄ non intelligiť q̄ deus iuberet de aliquo q̄ eēt iudex instituēs eū dansq̄ illi certū modum potestatis: sz q̄ incitabat deus isralitas p modos supradictos vel aliquos eoz ad accipiendum aliquos in iudices: z tñ postea a volūtate populi pēdebat accipere vel non accipe illos: z quātum potestatis vellent cōcedere illis. ¶ Secundo dōm q̄ ptās iudicū non derinabatur p successionē ad posteros: sz manebat in potestate populi eligere mortuo vno iudice aliū vel nullum accipe. ad magnitudinē aūt potestatis ptinet posse deriuare illam in posteros: sicut ille ꝓprie res nostre sunt in quibus alios heredes instituere valemus. in ceteris autem potius sumus administratores vel ꝓcuratores q̄s domini. Dria huius ptātis ab illa q̄ p successionem trāsmittiť pz: qz cum gedeon esset iudex israel volētes isralite exaltare eū ad maiorē honorē p magnifico bello qō egerat dixerūt. dñare nr̄i tu z filius tuus z filius filij tui. i. oēs de posteritate sua: ipse aūt cōtentus ꝓncipatu iudicis ait. non dominabor ego vr̄i: nec dominabitur in vos filius meus. z tñ voluit ꝓncipatū iudicatiuum: qz illum semp tenuit quādiu vixit. iō non trāsmittebať ꝓncipatus iudicatiuus ad posteros. ¶ Tertio dōm q̄ iudices non poterant iponere populo tributa nec alias ipositiones facere: qz nō erāt dñi sed viuebāt de ꝓprijs sicut ꝓuate psone: ꝓter iura illa que habebant in bello: qz semp inter omnes gētes fuit q̄ in bello ꝓueniret certa ps spālis prede ꝓncipi. sic pz in decretis di. 1. c. ius militare. Hoc āt apparet: qz quando isralite petierūt regē deus dixit samueli vt denunciaret eis ius regis q̄ imperaturus erat: vt audita duricia eius desisterent a petitione vt pz. 1. Regū. 8. z inter cetera posita sunt tributa. si tñ iudices aū reges cōsueti forēt ponere tributa z alias collectas populo: non exprimeret tūc samuel ad terrēdū: qz consueta non terrēt. ergo tpe iudicū non erat consuetudo soluendi aliqua tributa illis. Item pz quia samuel iudex erat: qz fuit vltimus de iudicibus: ipse tamen nihil accepit in israel vt pz. 1. Reg. 12. si tamē iudices haberēt de iure vel consuetudine imponere tributa z collectas: accepisset aliq̄d de bis aliquando samuel qz iuste accipi poterāt. ergo nō poterāt iudices imponere tributa. ¶ Quarto dicenduz q̄ iudices non erant domini nec habebant potestatē sup aliquē de isralitis: sed solum erat dux quantū ad illa que ptinebant ad officium suum. de quo infra dicēť. Et erat differentia in hoc inter reges z iudices: qz reges erant domini populi israel: z habebant de iure potestatem ad faciendū quicquid vellent qō contra ius non essēt. ideo ipsi vocabant isralitas seruos suos: vt saul vocauit dauid seruum suum primo Re. 22. z dauid vocauit seruos suos isralitas. 2. lib. Regū. c. 20. scriptura quoq̄ vocat ipsos isralitas seruos regū: nunq̄ tamen vocatus est aliqs isralita seruus

Obiectio. Rñsio. Judices isrāelitarū ptātē limitatā a pplo habebant. Vario modo iudices apō hebreos ostituebantur. Rñ. Argūm. 2. rō. Que res sint ꝓprie nre. C 3. rō. Judices isrl' ñ poterāt ponere tributa po pulo. 4. rō.

iudicum:nec ipſi vocabant̃ dñi.Qō pz quando iſraelite dixerūt gedeoni.dominare noſtri tu ⁊ filius tuus ⁊ filius filij tui.reſpondit.non dominabor ego veſtri:nec filius meus dominabitur in vos:ſed dominabitur in vobis dñs deus.inquantuz dixit.non dominabitur in vos filius meus excluſit tranſmiſſionem poteſtatis ad poſteros.inquātū dixit non dominabor ego veſtri.excluſit magnitudinem poteſtatis ſue dum viueret:qz noluit tenere illū gradum pncipatus ſm quē pncipes vocantur domini.ſi tamē alij iudices fuiſſent domini ipſe non recuſaſſet dominari:noluit tamen nouū ⁊ q̃ſi tyrannicū introducere pncipatū.

5.rō. ¶Quinto dicendum q̄ officium iudicū ad qō aſſumebant̃ erat pugnare ꝓ populo contra hoſtes.qō patet ex inſtitutione iudicum.nam infra.2.dr̄ q̄ quandocunq̄ erāt iſraelite in manu hoſtium ſuſcitabat deus iudices qui liberarent eos. ¶Item pz ex ſingularibus inſtitutionibus iudicū.nā de othoniele qui fuit p̄mus iudex dr̄ q̄ cum oppzimerēt̃ iſraelite a rege meſopotamie ſuſcitauit eis deus ſaluatorē nomine othoniel infra.3.ſimile pz de aioth.eo.c.ſimile quoq̄ de barach infra.4.idē de gedeone infra.6.⁊ de iepte infra.11.⁊ ſic de ceteris.quātū ad hoc bēbāt iſti iudices plenā poteſtatē.nam quecūq̄ ad bellū ſpectarent ad diſpoſitionem eorum pertinebant:⁊ in hoc omnes iſraelitarum obediebant ei:ſicut in oībus bellis duces habent hanc plenariā poteſtatem ad diſciplinam militarē.finitis autem bellis manebant iſti viri q̃ſi priuate pſone.ſ.q̄ non habebāt dominiū aliqō ſed ſemp erant nimis honorati a populo:⁊ aliqñ cōmittebatur eis regimen ciuitatum vt ipſi diſponerēt q̃ſi pncipes.ſic fuit de iair qui habuit.30.filios p̄ncipes ſup.30.ciuitates infra.10.c.iudicare aūt in cauſis non erat offiū iſtor directe:ſz aliqñ cōmittebatur eis.potiſſime quādo erāt viri ꝓphete aut prudētes.ſic fuit de ſamuele q̄ fuit vltimus iudex iſrael:⁊ ipſe diſcurrebat p totū iſrael quolibet anno:⁊ iudicabat populū in locis tribus vt pz.1.Re.7.c.filij quoq̄ ſui fuerūt iudicātes:qz erāt viri eruditi lz poſtea ad auariciā declinauerūt vt pz.1.Re.8.

¶Ad quod genus politici pncipatus ptinuit ſtatus iudicuz.⁊ de ſer pncipatibus politicis. Qō.13.

A Rñ.ad q̃ſi. Ser ſē gña p olitiaruz. **Queretur** vlterius ad qō genus p̄ncipatus ptinuit ſtatus iudicū. ¶Rñdēdū q̄ ſm ariſt.8.Ethi. ſunt ſer genera p̄ncipatus ⁊ politiarū.ſ.monarchica:ſiue regaliſ ariſtocratica:thimocratica:tyrānica: oligarchica:democratica. quarū prime tres ſunt bone.tres ſecunde corrupte ſunt vt dicit ibidē phs.Nō pōt aſſignari hic aliqua de tribus ſpēbus corruptis p̄ncipatus. Nam non eſt hic p̄ncipatus tyrānicus:qz ille eſt q̄ ꝓ violentiam introducitur:vel cū p̄nceps nō p̄ncipatur ad vtilitatem ſubditor ſed ad ſuam diripiens bona illar vel ouro dominio premens.ſed nullum iſtorū erat in iudicibus:qz illi quam habebant poteſtatē:⁊ ipſa totaliter erat ad vtilitatē populi ⁊ nō ad ſuam. Oligarchia gd fit. ¶Non pōt etiam dici q̄ p̄ncipatus iſte ſit oligarchicus:qz oligarchia eſt vbi p̄ncipantur q̄ diuites ⁊ potētes in populo ſunt reſpiciendo ſolū diuitias ⁊ potentatum.iudices tamē non erant hmōi:ſed magis eligebant̃ illi q̄ eſſent apti ad liberādum populum de manu hoſtium ſiue eſſent diuites ſiue pauper: vnde interdū aſſumebāt̃ viri pauper ⁊ pue dignitatis vt iepte fuit q̄ erat p̄nceps latronum infra.11.c. Non poteſt etiam vocari iſte p̄ncipatus democraticus:quia democratia eſt p̄ncipatus popularis.ſ.quando q̄libet de populo habebat poteſtatem dominandi:etiā ſi ſit rudis ⁊ inexpertus. ⁊ p̄uenit iſte p̄ncipatus ꝓ ſortes vel ꝓ tempora determinata vt pz.2.et.3.Politicor. ſed in iudicibus non erat ſic:qz ipſi eligebantur ⁊ non p̄ncipabantur niſi illi q̄ erant apti ad eruendum populum de manu hoſtium. ¶De tribus aūt rectis p̄ncipatibus non p̄t poni hic tertius.ſ.thimocratia:qz iſte p̄ncipatus eſt vbi eſt eq̄litas p̄tior:ſed eſt p̄ncipatus popularis vt pz.3.Poli.ptinet ſimul id multos: ſz in p̄ncipatu iudicatiuo ſemp vnicus erat iudex:manent ergo duo p̄ncipatus.ſ.monarchicus ſiue regalis:⁊ ariſtocratic⁹:⁊ nō ptinet totaliter p̄ncipatus iudicum ad aliquē iſtor.Non qdem ad p̄ncipatum regalem vel monarchicum: quia in monarchia tota poteſtas in vnū trāſlata eſt ⁊ licz ei agere qō vult:iō eſt iſte p̄ncipatus periculoſus vt pz politicor.3.iudicibus tñ nō erat cōmiſſa tota ptās.nā oſtēſum fuit magnā eſſe dr̄iaz inter regalē ⁊ iudicū ptātē.Non eſt quoq̄ totaliter ariſtocratia:qz in p̄ncipatu ariſtocratico ſunt plures p̄ncipantes ſm dr̄iaz virtutis:⁊ magis virtuoſo maior cōmittit̃ ſumma regēda.ſic.n.dicit ariſto. Ethi.8.q̄ inter virū ⁊ vxorē erit ariſtocratia:cū q̄libet illor in aliquo p̄ncipet̃.ſi tñ vir in ſe trāſferat totū p̄ncipatū domeſticū erit p̄ncipatus tyrānicus. ¶Dom tñ q̄ magis ſimilat̃ p̄ncipatus iudicū p̄ncipatui ariſtocratico q̄ monarchico:qz ſolū bz ſi- Deter.qōis militudinē ad monarchicā vel regalē inquātum vnus erat p̄nceps:eſſentialius tñ eſt in monarchia:qz tota ptās ſic trāſlata ſit vel ſi alij ſunt p̄ncipātes q̄ ſint ſubordinati ei:⁊ reſpectu illius ſint ſubiecti.iudices tñ nō bēbāt totā ptātē populi:ad ariſtocratiam āt bāt iudices maiorē ſimilitudinē eo q̄ ariſtocratia ē p̄ncipatus electiuus.iudices āt eligebāt̃.ariſtocratia quoq̄ pquirit virtutē:⁊ magis virtuoſo tribuit maiorē p̄ncipatū.ſic faciebāt iſraelite ad iudices:quia eligebāt illos quos aptiores ad p̄ncipatū belli putabāt.Poſſet ēt dici q̄ iſte p̄ncipatus erat totaliter ariſtocraticus qz multi erāt hic p̄ncipātes.nam lz non eſſent multi iudices ſimul inter iſraelitas erāt p̄ncipes circa alios modos regiminū qui nō ptinebāt ad iudices.ſicut circa diffinitionem litigior ponebat̃ ſummus ſacerdoſ ⁊ domus conſilij:⁊ alij iudices per omnia loca.Dicendum igitur q̄ iudices ptinebant ad pncipatum ariſtocraticum.

¶Capitulum.j.



Post mortē Joſue cōſuluerūt filij iſrael dominuz dicētes. Quis aſcēdet añ nos cōtra chananeū ⁊ erit dux belli? Dixitq̄ dominus. Judas aſcēdet: ecce tradidi terraz in manu eius. Et ait Judas ſymeoni frī ſuo. Aſcende mecū in ſortem meam:⁊ pugna contra chananeum:vt ⁊ ego pergā tecum in ſortem tuaz. Et abiit cum eo ſymeon. Aſcēditq̄ Judas et tradidit dominus chananeum ac pherezeū in manus eorum:⁊ percuſſerunt in bezech decem milia virorum. Inueneruntq̄ adonibezech in bezech:⁊ pugnauerunt contra eū ac percuſſerunt chananeū ⁊ pherezeū. Fugit autez adonibezech. Quē perſecuti cōprehenderunt ceſis ſummitatibus manuum ei⁹ ac pedū. Dixitq̄ adonibezech. Septuaginta reges amputatis manuū ac pedū ſummitatibus colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias. Sicut feci:ita reddidit mihi deus. Adduxeruntq̄ euz in hieruſalem⁊ ibi mortuus eſt. Oppugnātes ergo filij iuda hieruſalem:ceperunt eam:⁊ percuſſerunt in ore gladij tradentes cunctā incendio ciuitatē. Et poſtea deſcendentes pugnauerunt cōtra chananeum q̄ habitabat in montanis ⁊ ad meridiem in campeſtribus.

Poſt mortem. Hic incipit liber iudicū in quo euētuuz temporaliū ſub ipſis iudicibus hiſtoria texitur. ¶Et diuidit in duo. Primo ponit̃ quedā māe libri huius breuis p̄libatio. Scōo ponit̃ ipſius hiſtorie per tpales ſucceſſiones narratio infra.3.c. ¶Sciendū aūt q̄ cā ſuſcitādorum iudicū (vt tangitur infra) fuit q̄ populus recedēs a deo in penā delictor ſuor a gentibus affligebat̃:ideo ponit̃ tertia. Primo ponit̃ tranſgreſſio. Scōo tranſgreſſionis reprehenſio. Tertio māe libri hui⁹ p̄libatio.ſcōa i p̄ncipio ſequētis.c.3.eo.c. (Dimiſit ergo ioſue.) Et qz oppoſita iuxta ſe poſita clariꝰ cognoſcunt̃. ponit̃ prio populi ꝓfectus laudabilis. Scōo eius defectus culpabilior. (Manaſſe quoq̄.) Prima in duas qz prio ponitur iude ꝓfectus. Scōo aliarū q̃rundaꝝ tribuū ſucceſſus.ibi. (Filij aūt cinei.) Primus in duas. Prio ponit̃ ꝓfectus iude i gñali. Scōo ſucceſſus ꝓſper calepb i ſpāli.ibi. (Pergenſq̄ iudas.) Circa pmū dr̄. (Poſt mortē ioſue.) In hoc oſtēdit̃ ordo libri huius ad p̄cedētē.ſ.q̄ ea q̄ narrant̃ in hoc libro de iudicibus

Diuiſio libri iudicū.

Notādū

Ordo libri ad p̄cedētē.

bus euenerūt post mortem Josue.nā si vixisset Josue nō cōsuluissent israelite oīm qs deberet p̄cedere eos ad pugnā: nā Josue erat p̄nceps eoz.ipse qppe ingrediebaf z egrediebaf añ eos: z ad vbū illius moueri debebant oēs israelite vt pz Nu.27.c.

¶An qd qō hic oz fuerit magno tpe post mortē Josue. Qō. I.

A Rñ.cuiusdā ad q̄situm.

Queret aligs an istud quod oz hic fuit magno tpe post mortem Josue vel immediate. Rñdēdus q̄ hoc nō apparet. ¶Aligs tñ dicet q̄ rōnabile est q̄ fuerit paruo tēpore post:qz infra agit de tēporibus iudicum: z primus iudex fuit otboniel cuius institutio fuit tpe paruo post mortē Josue. ista tñ que ponunt hic fuerunt ante institutionē iudicū cum ponantur prius:ideo vī q̄ satis cito post mortem Josue ista euenerunt. ¶Rñdendum est q̄ satis est verisimile q̄ ista fuerint pauco tpe post mortem Josue:non tñ p̄baf rōne precedenti.s. qz ista fuerūt ante tpa iudicuz.nā non est credendū.qō oia que habent in hoc.c.euenerint ante tpa primi iudicis. nā tps illius incipit computari immediate post mortē Josue: aliogn relinquerent multa tpa intermedia que non computarent.qō falsuz est:z declaratū fuit.ō.in.plogo.sed ponunt aliqua istoz hic per anticipationem.fuit aūt intētio scriptozis enarrare statum populi iudaici post mortem Josue:z qz aliqui euentus erant q̄ pertinebant quasdaz ad tribus solū:alij ptinebant aūt ad oēs tribꝰ: voluit scriptor primo enarrare euentus ptinētes ad tribus specialiter: z hoc fecit in isto.c. in quo describit qūo quelibet tribus se habuit contra hostes sortis sue z ab illis passa est.postea describit status totius populi in generali:z istud fuit enarrando bistoriam iudicum.s. quid accidit iudeis sub quolibet iudicum suozum.z istud incipit infra.3.c ideo sz aliqua de eis que b̄ntur acciderunt simul cum ea que facta sunt temporibus iudicū:scriptura noluit illa postea describere vt seruaret artificiosiozem ordinem enarrando prius oia q̄ pertinebant ad tribus singulas specialiter:vt postea impermixtiz narraret qō accidit toti populo generaliter.de hoc tñ satis dici potest q̄ anteq̄z instituere tur otboniel in iudicem fuit factū id qō dicit de ꝯsultatōe dei. (Cōsuluerūt filij israel oīm).s.omnes tribus.nō.n.accipit hic pro aliqua tribu spāli:qz tunc non esset locus dubitatōis.s.que tribus oz eē our belli.Etiā rūsio dei eēt friuola.s.q̄ iudas ascēderet:sed intelligendū q̄ mortuo Josue israelite voluerunt habere ducem z nesciebāt que tribus deberet p̄cedere alias vt in de acciperetur our:ideo cōsuluerūt oīm super hoc.z rñdit q̄ iudas ascenderet. ¶Queret aliquis quare israelite cōsuluerunt oīm de eligendo duce. ¶Rñdet Ra salo. q̄ hoc fecerunt ne inciderent in malū qō habuerunt qñ ierūt in vrbem bay.nā tunc inconsulto oño ierunt z fugati sunt a viris bay: occisi sunt ēt.36.viri de eis vt pz Josue.7.c. nūc aūt ascendere debebāt ad hostes:ideo ꝯsuluerūt sup duce. ¶Sed hoc nō stat qz israelite nō corruerūt ibi qz inconsulto deo egerūt:sed quia peccauerat israel z volebat deus q̄ nō possent stare coram hostibus suis quousq̄z occideret ille q̄ peccauerat vt pz Josue.7. ¶Sed dōm q̄ consuluerūt oīm nūc p̄ duce:qz mortuus erat Josue z nō bēbant ducem.volentes ergo ire ad hostes consuluerunt oīm p̄ duce.z pp hoc dī hic.(Post mortē Josue).s. qz mors Josue fuit cā vt cōsulerent:nā si ipse vixisset non ꝯsuluissent cuz ipse esset our. ¶Motiuū aūt ad ꝯsulendū fuit triplex.Primū qz negocium istud erat arduū.s.ꝯstituere p̄cipē super totū populum.nā ex bonitate p̄cipis pendet status populi.magna aūt negocia nolebant israelite arbitrio suo diffinire:ideo currebant ad diuinuz oraculum: z in hoc bene agebant cum deus vellet eis in singulis respondere. sic.n. qñ constituit Moyses iudices sub se iussit q̄ in causis arduis semp recurretur ad eū eo q̄ ille deferret illas ad diuinū oraculū qñ ignoraret sententiam. sicut fecit in cā filiaruz salphaad Nu.27.et.36. de hoc Exo.18.¶Secūdum motiuum fuit vt non offenderēt deum si p̄ter eius arbitrium aliquem sibi iudicem z rectorē acciperent.naz ante hoc oēs rectores a deo instituti fuerāt. pz de moyse qui fuit primus:ipse.n.a deo missus est ad regendū populū israel z ad educēdum de egypto vt ipse p̄bauit in signis Exo.3.et.4.c. Josue aūt qui fuit scōs princeps ēt fuit a deo institutus.nā ipse iussit moysi vt p̄sentaret eum coraz toto populo z ibi eum principez instituit Nume.27.c. Si aūt nūc deo inconsulto principem eligerent forte deus irasceretur:qz i hoc aliq̄lr volebāt effugere ptātē illi⁹:iō ꝯsuluerūt sup hoc. ¶Tertiū motiuū fuit ad tollēdū dissensiones. q̄libet.n. tribꝰ vellet suscipe principatū sup oēs:z qz in hoc eēt magna dissensio z inuidia recurrerūt ad diuinū oraculū:vt faciendo qō deus iuberet tollerentur omnes dissensiones intestine.

Doc.rñ. ad q̄stū.

B

Tripler motiuz ad ꝯsulēdū. p̄mū

Scōm

Tertiū

¶Ad quid querebant israelite de constituendo duce:cum determinatum esset q̄ iudas. Questio.3.

Queret aligs ad qd q̄rebāt sup b̄ israelite.nā determinatū eis eē ōberet q̄ iudaz dēret eē dux.huic qppe tribui ꝓphetice fuerat p̄ncipat⁹ assignat⁹.sic pz Gen.49.s.iudate laudabūt fres tui:manꝰ tua in ceruicib⁹ inimicoꝝ tuoꝝ.ḡ oēs trib⁹ q̄ erant fratres iude debebāt eē subdite tribui iude ad b̄ q̄ laudarēt iudā. ¶Rñderi pōt vno mō q̄ illud intelligit de p̄ncipatu regnatiuo.qō pz qz dicit.nō auferet sceptrū de iuda zc.sceptrū aūt significat regalē honorē:israelite aūt nō dubitabant qn ad iudā ptineret p̄ncipatus regnatiuꝰ qñ ille dādus est.nunc tñ nō querebāt israelite de p̄ncipatu regnatiuo:qz adhuc nō habuerant aliquē regez:sed de alio minozi quocūq̄z p̄ncipatu q̄ nō soluz poterat ptinere ad iudā sed ēt ad alias tribꝰ:quesierūt qs deberet eē p̄nceps belli. ¶Aliter dici pōt q̄ israelite cognoscebāt p̄ncipatuz populi fuisse p̄missum iude:nesciebāt tñ an imediate deberet p̄uenire iste p̄ncipatꝰ illi vel post aliquāta tēpora. nā p̄mo nō fuit dat⁹ p̄ncipatꝰ populi alicui ō tribu iude sz moysi q̄ erat de tribu leui. deinde āt traditus est Josue q̄ erat de tribu effraiz Nu.13.sic igit nūc dubitauerūt an deꝰ vellet dare p̄ncipatū alteri tribui:iō ꝯsuluerūt eū. (Dicētes.q̄s ascēdet añ nos).s.diriget nos ad bellū qō est officiū ducis.iō duces dīr igredi z egredi añ viros suos.sic pz Nu.27.cū dixit moyses. p̄uideat deꝰ p̄sūum ois carnis dominē qui sit sup banc multitudinē z possit exire z introire añ illos.sic ēt.1.Re.18.c.dicit de dauid q̄ erat dux q̄ oēs israel z iuda diligebāt dauid quia ipse ingrediebaf z egrediebaf ante eos. (Contra chananeū).i.cōtra gentes chananeoruz.non accipit hic chananeus spāliter pro vno de illis septem populis:sed generaliter pro oibus septē.nam non solum relinquebaf in terra populus chananeoꝝ sed etiā partes alioꝝ populoꝝ vt pz.j.3.c.s.be sunt gentes quas dereliquit dñs zc.z subdit.quinq̄z satrapas philistinoꝝ omnē chananeuz atq̄ sidonium z eueuz.cōtra aūt oēs istos volebant pugnare israelite. sic etiā aliquādo accipit amorreus ꝓprie pro vno populo:z aliquādo pro oibus chananeoruz septē populis.sic pz Gen.15.c.s. nonduz.n.iplete sunt iniqtates amorreoꝝ vsq̄z in p̄tē diez.z tñ ibi loquebaf deus de peccatis oiuz septē populoꝝ terre chanaā ad hoc q̄ excluderēf de terra.Sic etiā patet Gen.48.s.q̄ iacob tulit ptez agri ab amorreo in gladio z arcu.z intelligit de agro sichē vt ibidem declaratū est.viri tñ sichimite nō erāt amorrei sed euei vt pz Gen.34.c. ¶Queret aliquis quare volebāt nunc israelite pugnare contra chananeos ad obtinendū terraz eoruz cum deus dixisset ne pugnaret Josue contra oēs chananeos ne terra acqsita redigeref in solitudinē. ¶Respondef q̄ deus fecit q̄ acquireret Josue magnā partem terre chanaā sed non totam:eo q̄ israelite erant pauci nō potentes replere illam: z repleref terra bestijs redacta in solitudinē.sic patet Exo.23. s.non eijciam a facie tua anno vno ne terra redigaf in solitudinem z crescant contra te bestie.paulatim eijciam eos de conspectu tuo donec augearis z possideas terrā.z adhuc terraz illam quā acquisiuit Josue nō habitauerūt totam israelite qz nō poterant eaz replere:sed oia loca que acgrebant cremabāt z diruebant p̄ter loca que erant in collib⁹ z locis fortissimis.z istud erat qz pauci israelite nō possent illa replere nec defendere ab hostibus.loca aūt existētia in locis fortissimis poterāt faciliter defendi:ideo illa relicta sunt vt pz Josue.11.c.z ibi declaratuz est.p̄ter banc terraz mansit multa alia que nō acquisita fuit tempore Josue:z tñ illa diuisa est per sortes sicut alia terra que acquisita.z hoc deo mandāte dixit aūt.ego sum q̄ delebo omnes gentes bas a facie israel.facta aūt diuisiōe volebat q̄libet tribꝰ post mortem Josue acgrere terrā que erat in sorte sua ad qō petebant ducem:z ob hoc rōnabiliter mouebanf:qz iam aliqualr creuerat populus:z poterat replere maiorē ptē terre.sic.n.tribꝰ effraiz cōquesta est de paruitate sortis sue Josue.17.c.(Et erit dux belli).i.de qua tribu accipiem⁹ ducem belli.(Dixitq̄ dñs). Respōdēdo per sacerdotē Phinees vt ait scholastica bistoria. z satis verisimile est qz cōsultationes iste fiebant in rationali z ephod que erāt vestes sūmi sacerdotis Exo.28.Phinees tamē erat nunc sūmus sacerdos.nā Eleazarus iaz mortuus fuerat.de cuius morte pz Josue vlti.z ei succesit filius suus phinees vt pz.1.Paralipo.6.(Judas ascendet).i.de tribu iuda accipietis ducem.z accipit hic iudas pro tribu z non pro persona.s.q̄ de tribu iuda acciperetur dux.ista tribus erat ceteris bonorabilior:z erant in ea viri fortissimi:ideo ducatum ei dominus prestitit.sic enim iterum consuluerunt israelite dominum quis futurus esset dux in bello cōtra beniamn:z respōdit deus.iudas

A

A

Rñ. 1.ad q̄st.q.

Rñ. 2.ad q̄st.q.

†

B

†

†

Deꝰ b rñdebat per sacerdotem.

†

Qō.4.

A

Qī volebāt nūc israelite pugnare contra chananeos Rñsio ad q̄st.q.

erit dux vī infra.20.c.Dicit aūt hīsto.scho.q̄ dux q nūc assumptus est fuit Caleph: tū p paucitate tpis nec iudicibus nec rectoribus ōnumerat. Incipit nāq; iudicū ordo ab othoniele fratre eius vt pz ifra.3.Motiuū aūt vr qz in isto bello qō fecerūt hīc filij iuda videt fuisse dux Caleph eo q ipse dixit apud vbē dabir exercitui q pcusserit Cariathsepher dabo ei arā filiā meā. si tū ipse nō fuisset dux nō ptinuisset ad eū pponere p̄miū capiēti vbē. ¶Alij aūt aliter legūt totā istā lrā dicētes q cum filij israel dsoluerūt dūm qs ascenderet ante eos ad chananeū: non querebant de duce belli p̄ quibus tribubus: sed inquirebāt q̄ tribus primo pugnaret cōtra hostes sortis sue: qlibet.n.hēbat alios in sorte sua. z est sensus. (Quis ascēdet ante nos contra chananeū).i.q̄ tribus erit q̄ ascendet cōtra chananeum.i.cōtra gētiles manētes in sorte sua.ante nos.i.anteq̄ nos ascēdamus. (Et erit dux belli).i.que tribus erit p̄cedēs in pugnādo cōtra hostes suos: sicut dux est p̄or in exercitu: z rūdit deus ascēdet.i. tribus iude erit p̄ma que pugnabit dtra hostes suos: z deinde cetere pugnabunt contra suos. ¶Istum sensum tz Nicolaus z refert hunc tenere hebreos. cuius ratio est qz aliter seq̄ret q̄ oēs principes belli cōtra chananeos debuissent esse de tribu iuda. sed falsum ē: qz barach fuit ō neptalim infra.4. Aioth fuit ō beniamin ifra.3. Gedeon z abimelech de manasse ifra.6.et.9. z sic de alijs. nam de alijs tribubus fuerunt multi iudices. imo de oībus iudices (soli duo) fuerunt de tribu iuda. s. othoniel et abesan: qz othoniel erat frater caleph z caleph erat de sorte iude Nume.13.c. abesan aūt erat de bethleem infra.12. q̄ erat vrbs iude vt pz Mat.2. z michee.5. ¶Sz istud nō stat. nā nō segtur ex hoc q̄ iudices deberēt esse semp de tribu iude: quia israelite qñ nūc dsoluerunt dūm non cōsuluerūt de duce ad pugnandū cōtra chananeos. postea aūt mortuo caleph nō pugnabant cōtra chananeos: sed magis alie gētes oppzimebāt eos. s. rex mesopotamie infra.3. z rex moab eodē.c. iō nō seq̄bat ex hac rōne dei q̄ ad liberationē suam ab illis gētibus deberēt sumere ducē semp de tribu iuda. ¶Itē istud sorte teneret si assumptio ducum inter israelitas habuisset cām dtinuā. s. q̄ mortuo vno' sumeret alius: qz tunc mortuo vno duce de tribu iuda videret q̄ debuissent accipe aliū de eadē tribu vt videret semper idē iudex. duces tū non accipiebant cōtinue inter hebreos: sed si nunc fuisset vnus dux vel iudex nō assumebat alius illico sed manebat populus sine iudice quousq̄ incideret in manū alicuius hostiū z idigeret duce liberatore: iō lz nūc accepissent ducem de iuda z postea cessante dīno ducatu iter israelitas vellēt accipe aliū: qz cā erat iā alia: nō videbātur obligari ad assumēdum illum de tribu iuda sed obligarent si semp fuisset cōtinuatio in assumendo duces. ¶Aliud tū motiuū eē pōt p hac pte. s. qz non ponit hic aliqō bellū cōe qō fecit totus populus i quo deberet esse dux de tribu iude: sed iudas particulariter pugnauit cōtra hostes tribus z sortis sue: z vocauit secū symeonē fratrem suum. iō vr q̄ nō petebat de duce cōi: sed de tribu q̄ p̄mo ascendere deberet ad pugnādū cōtra hostes sortis sue. ¶Sed adhuc istud non stat: qz lz hic nō agat de aliquo bello cōi: tamē intelligēdum est q̄ populus putauit q̄ aliqō bellū cōe futurū esset in quo aliqua tribus deberet esse dux belli. z hoc rōnabile est: qz dum Josue viueret habebāt israelite ducē cōem p oībus bellis. nūc aūt eo mortuo voluerunt simili bēre ducē belli cōem. Hoc aūt pz esse valde rōnabiliter dictū. nā simile pponit infra.20.cū dixerūt israelite qs eēt dux in exercitu suo dtra beniamin. z deus rūdit q̄ iudas sit dux vī. z tunc accepunt tribū iuda in ducem ad pugnādū cōtra beniamin. ¶Itē qz non possunt trahi verba huius lre nisi nimis distorte ad sensum illum quē volunt hebrei z Nicolaus. s. q̄ q̄rat q̄ tribus deberet p̄mo pugnare cōtra hostes suos. nā tūc non diceret qs ascendet ante nos: sed qs ascendet prior de nobis. nā cum oēs tribus hic consulerent nō poterat aliqua ascēdere ante omnes: poterat tū aliquis dux ascēdere ante oēs eas. Etiā qz dō z erit dux belli. non tū vocat ppie dux belli qui prius pugnat: sed q dirigit z precipit in bello. ¶Itē qō efficacius est qz tunc ista dsultatio eēt nimis friuola. s. q tribus deberet pugnare prius dtra hostes suos petendo de bello particulari: qz tūc cū vna tribus nō dependeret ex alia nō debebat ex necessitate ire ad adiuuādū aliā. quelibet poterat pugnare dtra hostes tribus z sortis sue qñ vellet z in hoc non differebat: iō nō consulerēt dīm sup hoc: cōsuluerunt tū tanq̄ aliqd dubitabile foret: iō vr q̄ consuluerunt que tribus deberet accipere ducatū in aliquibus bellis cōmunibus que intendebat facere totus populus contra chananeos. (Ecce tradidi terram in manu eius).i.si fuerit ipse dux tradā terram in manu eius: qō intelligitur tam in bellis oībus q̄z in bellis sortis sue. (Et ait iudas symeoni fratri suo.) Hic incipiunt bella particularia tribuum cōtra hostes sortium suarz. Et ponit primo bellum virorum de tribu iuda qūo preualuit contra hostes suos. dixit iudas symeoni fratri suo.i.tribus inde dixit tribui symeon que tribus erat frater: qz iste due tribus descendebant a duobus fratribus. ¶Queret aliquis quare vocant hic iudas z symeon fratres. nam si accipiant fratres ex rōne generali. s. qz erant ex eodem parente nō solum erant fratres iudas z symeon: sed oēs etiam alie tribus descendebant a fratribus iude. s. ab vndecim fratribus eius filijs Jacob. Si aūt accipiāt fratres ex aliqua ratione spāli non debuissent vocari iudas z symeon fratres sed symeon z leui: qz isti duo magis consentiebant sibi. ¶Respondendū q̄ omnes qui fuerūt capita tribuū erant fratres. s. filij eiusdem viri. Vocantur tū aliqui eoz fratres specialius iter se ex aliqua rōne. ¶Primo illi qui se magis diligunt: z magis sibi mutuo benefaciunt vocant fratres. sic symeon z leui vocant duo fratres dine tanq̄ nullos alios fratres haberet. Gen.34. sed hoc fuit: qz isti duo specialius pro eius deflozatione doluerunt: z arreptis gladijs deleuerūt fichimitas in vltionem stupri eodem.c. ¶Secūdo vocātur fratres illi qui vterini sunt specialiter: sicut thamar filia dauid vocata est soror absolon.2.Reg.13. qz quanq̄ haberet multos alios fratres tamē nullus erat ei vterinus nisi absolon: qz ambo erāt filij dauid ex vroze sua maacha filia tholmai regis iessur: vt pz 2.Reg.3.c. ¶Tertio vocant aliqui fratres specialiter si consentiūt sibi specialiter in aliquo bono vel malo plusq̄ ceteri confratres. z hoc modo symeon z leui vocantur fratres: quia specialiter sibi consenserunt in scelere delendi vrbez siehem. sic dicit Jacob. Gen.49. symeon z leui fratres vasa iniquitatis bellantia: in consilio eoz non veniat anima mea.i.isti duo fuerunt fratres in hoc q̄ ambo essent vasa iniquitatis ad delendum siehem. z sicut fuerunt isti fratres in culpa: ita fuerūt fratres in pena cum dicitur eodē.c. Diuidam eos in Jacob z dispergam in israel. ¶Quarto vocantur aliqui fratres specialiter ex aliq̄ conuicinitate. sic iudas z symeon vocantur fratres: qz sortes simul acceperunt: immo symeon accepit sortem intra sortez iude patet Josue.19.c. (Ascende mecum in sorte mea).i.ascēde mecum ad pugnandū contra hostes qui sunt in sorte mea. In hac sorte manebant multi chananei. nam quinq̄ satrape philistino rum quasi ex maiori parte erant intra sortem iude vt patet Josue.15. vbi ponuntur ciuitates sortis iude: z enarrant ibi ciuitates philistinoz que erāt metropoles. s. gaza azotus z acharon. ascbalon quoq̄ que erat metropolis.4. erat in sorte iude vt pz infra in lra. nā iudas pugnauit dtra illā atq̄ cepit eā. q̄q̄ deus dixerit ecce tradidi terrā in manu ei⁹ non tradidit totā. nā gnq̄ satrape philistinoz postea mānserunt qui non traditi sunt in manus iude vt patet infra.3. z post hoc ēt tpe regum non erāt traditi philistini in manus israel vt patet in discursu totius primi Regum. (Et pugna contra chananeū.) Hic accipitur large chananeus non solū pro illo populo speciali chananeoz: sed etiam pro omnibus septem populis. quia infra dicitur q̄ iudas z symeon pugnauerunt contra chananeum z pherezeū. z dicitur. (Pugna contra chananeum).i.adiuua me ad pugnandum contra chananeum. nam pugna principaliter pertinebat ad iudam cum pugnaretur contra hostes sortis sue. Vocauit aūt potius iudas symeonem q̄z aliā tribū: eo q̄ erat sibi magis coniūctus. s. qz in quadā parte sortis iude susceperat symeon sortem vt patet Josue.19.c. z illi qui vicini sunt cōmodius p̄nt sibi mutuo opem ferre. ¶Secundo fuit hoc qz ex pugna contra hostes sortis iude veniebat maior vtilitas tribui symeon q̄z alijs tribubus. Duo quippe mala faciebant hostes sortis iude in sorte illa. Primū erat qz tenebāt occupatā terrā q̄ debebat viris sortis iude. Secūdū erat qz ex ipso loco hostes inuadebāt terrā iude que ppinqua erat z agebant pdas. Primū dānū bonū solum pueniebat tribui iude z non tribui symeon aut alicui alteri: qz hostes sortis iude solū occupabant terrā sortis iude. Tertium damnum commune erat tā sorti iude q̄z symeon: qz cum hostes tribus iude essent propinqui tribui symeonis veniebāt aliquando contra tribū symeonis z agebant predas in sorte sua. ad alias autez tribus non tantū appropinquabant: ideo poterant nō ita grauiter nocere: z ōnter magis pueniebat vtilitas tribui symeon: qz eijcerēt hostes sortis iude de terra iude q̄z alicui alteri tribui. z ob hoc magis vocauit illā tribū. (Ut et ego pgam tecū in sorte tua).s.ego simile p te faciā. nā in sorte quoq̄ symeon erant hostes occupantes illaz: z tribus iude adiuuaret postea

Aliox expō littere.

Nicolai expositio lre.

Improbatio ꝓma.

Scōa rō.

Aliud motiuum.

Notādum Cōfutatio ꝓma.

Scōa

Tertia

Bella ꝑticularia tribuū ꝫ hostes sortiū suaz.

Qō.5 A

Quare vocant hic iudas et symeon fratres.

Rūsio ad q̄stū.

Qualiter aliq̄ spāliter frēs vocātur.

Primo Scōo

Tertio

Quarto

Judas q̄ re potius symeonē q̄z aliam tribū vocauerit.

Opi. hi. schola.

postea tribū symeon ad expellēdū illos de terra. ¶ Dicit hīsto ria scholastica: non legit symeon sortē ꝑpriā habuisse: sz adhe sit inde: vt impleretur qō dixerat Jacob de symeone z Leui. diuidā eos in iacob z dispergam in israel. Sed arguet cōtra qz

Argū. 3

Josue. 19. ponit sors symeon. nā dr Josue. 18. q diuisa est ter ra residua que non fuerat prius diuisa in sortes. 7. z ponit sors prima beniamin: deinde dr ibidē. c. 19. egressa est sors scda symeon. z sic dom est q sortem habuit. Ad id qō dicit scholastica

Rnsi. ad dictū histo. scho.

historia dom q non intelligitur q nō habuerit sortem ꝑpriaz distinctā ab alijs sortibus: sed qz nulla tribus accepit in sortem ptē sortis alterius tribus nisi tribus symeon. Ad qō ꝓsupponē dum q a ꝓncipio trib⁹ inde petijt sortē z data est ei maior sors q̄z sm ꝑportionē ad alias tribus dari debuisset: q̄ ponit Josue 15. deinde cū diuideret residua terra reperto q tribus iude ac cepisset vltra debitū abscisa est q̄dā ps parua de illa: z data ē tribui symeon: z illā accepit in sortē ꝑpriā: z nō ptinuit postea illud ad sortez iude. fuit aūt illud factū qz illa ps abscisa de sor te iude erat ita pua q nō ꝺueniebat alicui tribui nisi symeon q̄ erat pua tribus: ideo ei data est. hoc ꝓ Josue. 19. cū dr. hec est hereditas filioz symeon iuxta cognatiōes suas in positione et funiculo iuda: quia maior erat: z iccirco possederūt filij symeō in medio sortis eorum.

¶ Qūo filij symeon nolebant ire ad pugnandum contra hostes sortis iude.

Questio. 6.

A

Queret aliqs qūo filij symeon nolebāt ire ad pugnādū cōtra hostes sortis iude nisi sub obligatione hic posita ad filia. nā ante hoc oēs de quacūq; tribu obligabātur ire ad pugnādū cōtra chananeos in quacūq; sorte eēnt. ¶ Rn

Rn. ad q̄stū.

dendū q anteq̄z terra esset diuisa ꝓ sortes erat cōis: z q̄libet ps terre chanaan erat indeterminata an ad istā tribū vel ad illaz ptinere deberet: sed quelibet trib⁹ possidebat vel bēbat ius ad quācūq; ptē terre chanaan ꝓ indiuiso: ideo tūc oēs obligabāt ire ad pugnādū cōiter ↄtra quēcūq; locū pugnaret. z n solū illi qui acceptur erāt possessionem in terra chanaan: sz ēt viri de duabus trib⁹ z dimidia q iā accepant possessionē suā ad orien talē ptē iordanis coacti sunt venire ad adiuuādū reliquā trib⁹ z dimidiā vt iussit Moyses Nume. 32. z sic postea illud execut⁹ est Josue. vt ꝓz Josue. 1. et. 4. z nō redierūt isti postea ad terraz suā quousq; cessauerūt bella cōia z diuise sūt sortes terre vt ꝓz Josue. 22. c. cū aūt facta ē diuisio incepit q̄libz trib⁹ possidere id qō ei sorte euenerat: iō iā māsit cuilibet tribui cura ꝺ terra sor tis sue vt eā ab hostib⁹ erueret. iō iā nō obligabat vna trib⁹ ad iuuare aliā ad pugnādū ↄtra hostes suos: sed ex ꝺuētiōe se adiu

†

uabāt sicut factū est hic. (Et abiit cū eo symeon). i. viri ꝺ tribu symeō iuerūt cū viris ꝺ tribu iuda ad pugnādū. (Ascēditq; in das). s. ad loca illa sortis sue q̄ adhuc occupata erāt ab hostib⁹. nā ꝓ bella cōia q̄ fecerat ppls tpe Josue maior ꝓs hostiū expulsa

†

fuerat de locis. (Et tradidit dns chananeū z ferezeū.) Hic ac cipit chananeus spāliter ꝓ vno de. 7. populis chananeoz: quia aliogn nō distingueret ꝺ ferezeuz. z dr de his duob⁹: qz in sorte iude erāt isti duo populi vel ps eoz. pars quoq; populoz alioz. s. alig iebusei: cū hierusalē q̄ dr ptinuisse ad filios iude esset ie

† B †

busеoz vt ꝓz infra in lra z Josue. 15. (In manus eoz). s. iude z symeon: qz ambe tribus pugnauerunt ↄtra chananeū z ferezeum. (Et percusserūt in bezech decē milia viroz). Bezech est q

Bezech q sit.

dam locus in sorte iude: in quo prius dnabat rex adonibezech z in isto ↄgregauit saul exercitū qn iuit ↄtra amonitas z recen suit eos ibi. vt ꝓz. 1. Re. 11. c. nō est aūt intelligēdū q istuz locū

Notādū

solū inuaserint vel ibi solū egerint cedes: sz spāliter notatus est bezech: qz ibi fuit magna strages hostilis. s. perierūt decē milia: z captus est rex potentissimus adonibezech. ista decē milia viroz percusserūt in bezech. s. qz erāt in vrbe z capta illa occiderūt oēs: vel qz isti exierūt in pugnā ↄtra tribū Juda z symeon z p

†

strati sūt. (Inuenerūtq; adonibezech in bezech). Adonibezech

Error quozūdā penes h̄ nomen Adoni bezech.

est nomen regis z erat rex bezech. ¶ Aliqui scribūt adonise dech: sed lra occupata est. nam adonisedech erat vnus de. 5. re gibus quos fecit latere Josue in spelunca: z postea suspēdit die qua stetit sol. Josue. 10. c. eratq; adonisedech rex hierusalē vt ꝓz ibidē. Pōt aūt adonibezech esse nomē cōe cōpositū ex ꝑprio z appellatiuo z interpretatur dns bezech: qz adon vel adoni ē dns. z est sensus q inuenerunt dnm bezech in vrbe bezech. litte

† †

aūt nra accepit adonibezech tanq̄z nomē ꝑpriuz. (Et pugnaue runt ꝺ eū). Ipse. n. bēbat illa decē milia viroz que perierūt in bello i bezech z deleto exercitu ipse captus est. (Et percusserunt chananeū z ferezeū.) Pōt intelligi q in vrbe illa habitāt chana nanei z ferezei mixti z istos pcusserunt. Uel q bezech erat ci

nitas sortis z regalis cū esset ibi adonibezech: z ob hoc ꝺuenerāt ad eā multi de populo terre de locis nō muratis vel non forti bus: quoz pars erat chananeoz z pars ferezeoruz. sic dr de vrbe hierico Josue. 22. c. s. z venistis vsq; ad ciuitatem hierico: z pu gnauerunt ↄtra vos viri vrbis ipsius amorreus: pherezeⁱ: z cha naneus: ethe⁹: gergeseus: z eueus z iebuseus. s. q in ciuitate illa habitabat ps quedā oium barū gentium. Uel q conuenerat de oibus his gētibus pars quedā ad defendendā vrbē hierico: qz illa erat ꝓma introeuntib⁹ in terrā chanaā. (Fuit aūt adonibe zech). s. vidēs rex bezech ōletū exercitū suū ab israelitis fugit vt

† †

euaderet i alijs locis terre sue. (Quē secuti cōprehēderūt). Co gnouerūt eū fugisse z ꝑsecuti sūt eū ne iterꝝ colligeret exercitū ꝺ

†

israelitas z infestaret eos. (Cesis sūmitatib⁹ manuū ei⁹ ac pedū). i. extremitates digitoz oiuz p loca i qb⁹ firmāt vngues: quo fcō tā man⁹ q̄z pedes reddūt ad oia inutiles. in bebreo dr. (Cesis pol licibus manuū z pedū). Naz ponit hic beonoth qō signat polli ces: z boen est singulare signās pollicē. sile ꝓ Exo. 29. z Leui. 8. vbi agit de vnctione sacerdotū z dicit q deberet tingi sangui ne extremitas auricule z pollices manus z pedis dextri: z ponit boen. i. pollex i bebreo z est singulare bui⁹ nominis beonoth qō hic ponit z ad idem redit. nā pollices sunt sūmitates manuum z pedum cū sint extremi digiti. Uel forte Hierony. sic trāstulit qz apud hostes erat ↄsuetudo q cederent nō solum pollices: sed ēt extremitates omnium digitorū: z putauit hoc velle litteram de bz aicam lz decurtate exprimeret.

Lr abebrea

¶ Quare israelite amputarunt regi adonibezech partes has pedum z manuum.

Questio. 7.

Queret aliqs quare israelite amputauerūt adonibezech ptes has. ¶ Aliquis rndebit q forte fecerūt ad opprobriū regis bui⁹ vt videret se turpiter mutilatū. sic. n. naas rex amonitaz voluit mutilare iabesones ad opprobriū dicēs. in h̄ feriā vobiscum fedus vt eruā oiuz vestrū oculos dexteros: po nāq; vos opprobriū vniuerso israel vt ꝓz. 1. Re. 11. ¶ Alr rn

A Cuiusdam rn. ad q̄st.

Hystorie schola. rn. mū q̄st. q.

det hystoria scholastica z Andreas. s. q h̄ factuz est vt redderet inhabilis adonibezech ad arma: quia abscisis his ptibus homo non potest lanceā aut aliud gen⁹ armoz manu tenere. ¶ Sed h̄ nō multū stat: qz israelite cōprehēdētes adonibezech erāt oc cisuri eū vel mācipaturi eterno carceri: ad qō nihil differebat q esset ad arma inutilis. ¶ Rndenduz igit q istud fuit factū sic pp

Imprōba.

Doc. rn. ad q̄stū. 1. rō.

duo. Primo qz deus mouebat israelitas ad sic faciendū vt iste pateret in eo in quo deliquerat. sic. n. confessus est adonibezech q̄n iflicta fuit ei ista punitio: z putauit q a deo ꝓueniret vicēs. se ptuaginta reges amputatis manuū z pedū sūmitatib⁹ colligebāt sub mēsa mea ciboz religaz: sic feci ita reddidit mihi dns. ¶ Se

2. rō.

cūda rō fuit ad diligētē custodiā. nā israelite volebāt tenere cap tū adonibezech z nō occidere illū ad maiorē vindictā: z vt nō posset fugere amputauerūt ei extremitates pedū. s. digitoz: qz il is abscisis nemo pōt pedē in terra figere. Etiā si dicam⁹ solos

B

polices abscissos idē segē q̄z nō tā efficaciter. sūmitates āt ma nuū ꝓcise sūt vel pollices ne possent arma manu tenere ad se oc cidendū prē tedio vel ad occidēdū aliquē de iudeis de despera tiōe vt ipse occideret. sicut codrus rex atheniē. quēdā de hosti bus false pcussit vt eoz in mortē suā excitaret vt ait Ualer⁹ li. 5. z Virgili⁹ meminit bui⁹. 6. eneidos. z satis appet ista positio: qz nūc cōprehēderunt israelite adonibezech fugiētē: ideo ne am pli⁹ fugere posset ꝓciderunt sūmitates. (Dixitq; adonibezech).

† †

Hic cognoscit adonibezech dei ꝓuidentiā. s. quō ei pro iniqta tib⁹ suis ↄstimiles penas reddit. (Septuaginta reges amputatis manuū z pedū sūmitatib⁹). s. qz ipse adonibezech fecerat hec il lis āputari. In bebreo ponit. (Amputatis pollicib⁹). Ponit trā

†

Hiero. semp sūmitatib⁹ ex cā supra assignata. ¶ Itē qz dr. j. q mortu⁹ ē adonibezech in hierlm. (Colligebāt sub mēsa mea cibo

†

rū religas). In bebreo solū ponit colligebāt: sed qz satis ꝓz qō subintelligi debeat aliqd de cibis Hiero. suppleuit illud: iste fa ciebat magnā crudelitatē mutilādo sic reges z cogēdo eos sub mēsa sua sic catulos micas colligere: qō nomē regiū qō sibi z il lis cōe erat nō honorabat. eratq; stult⁹ nimis: qz ad inanē glo riā tot reges mutilauerat vt poneret eos sub mēsa sua.

¶ Qūo adonibezech potuit congregare tot reges ad comedendum micas sub mēsa sua.

Questio. 8.

A

Queret aliquis quomodo adonibezech potuit congre gare tot reges ad ponēdū sub mensa sua. ¶ Rn

1. rnsio ad q̄stum.

dendū q reges vocant hic illi q reguli sunt. nā apud antiquos

multi imponebant nomen regium ⁊ diadema ēt si vnum oppidum solum possiderent.sic pz de regibus terre chanaaz q erāt valde multi.nam terra non erat valde magna.⁊ tñ Josue occidit in illa.31.regis vt noiantur Josue.12.⁊ manebant adhuc plurimi:ita adonibezech cum esset potēs in terra illa potuit pugnam hīs cōtra de terra illa colligere tot regulos ⁊ mutilatos sub mēsa sua cogere ad micas colligēdū. ¶Uel forte de eodē loco multos reges bēbat qui per successionē deuenerunt i manus eius. ¶Uel vt si regem alicuius loci cepit:⁊ constituēs illum alium quoq; infidelem sibi ⁊ rebellātez inuenit:accipiebat illuz cū precedente.⁊ sic multos colligere poterat regulos. sic fecit nabuchodonosoz duobus regibus de bierusalem.nam p̄mo cepit Joachin.4.Re.24.postea aūt institutus est sedechias. et qz ille erat infidelis regis babyloniz cepit eum ⁊ duxit in babylonez.4.Re.25.(Sicut feci ita reddidit mihi dñs). Hic cognouit se peccasse mutilando reges ⁊ tenendo sub mensa sua:⁊ cognouit deum esse,puidentem in actibus humanis penas ⁊ premia conuenientia singulis cōpensantem. nā lz isti gentiles non cognoscerēt quis erat deus ille qui vniuersi vices tēperabat.s. an esset deus hebreoz vel aliquis alius:tñ plurimi illoz credebant deū aliquem esse bñtē regimē sup oia hec.⁊ qz virtus huius dei erat cognita ⁊ nomen incognitum aliqui de gentibus honorez magnos illi impendebant,p̄fitentes se honorare ignotum deū.hoc potissime fecerunt athenienses: qui cū essent viri doctissimi cognouerant deum quēdam esse excellentissimum oīum mundanoz agentē curas ⁊ illū dignū honore magno ouxerunt:⁊ inter ceteros deos suos ei arā celebrem constituerunt in ariopago ⁊ erat titulus are.ara dei ignoti.ad quā cū veniisset paulus:⁊ inquisiuisset qd de deo illo p̄fiterent Athenien.dixit illū esse deū quē ipse p̄dicabat ⁊ ipsi inscij eū colebant: vt patet Actu.17.c.(Duxerūtq; eū in bierusalem). Per anticipationez legendū est:nam nōdū capta erat bierusalē vt infra pz.sz ē sensus q ouxerunt israelite secū captiuū in exercitu ⁊ ceperūt post vrbem bierusalē.ibi aūt accidit mori adonibezech q portabat. (Et ibi mortuus ē).s.qz cōtigit eū mori ex vulnere manuū ⁊ pedu:⁊ hoc oū essent israelite in bierusalē expugnata illa. Uel aliter.s.q israelite miserūt adonibezech in bierusalē vt ibi perpetuo carceri manciparet: vbi post aliquātū tp̄s morbo incidēti vel ex inflictis vulneribus mortuus ē. sz primū rōnabilius est.

¶Queret aliquis an peccauerunt israelite seruando regem adonibezech viuum. ¶Aliquis dicet q fic. nam ex hoc peccauit Saul ⁊ priuatus est regno qz regem Agag amelechitaz reliquit viuentē contra mādatū dei.1.Reg.15.¶Itē iussum erat q de chananeis nullū oio viuere p̄mitterent israelite sub aliqua cōditiōe pacis tributi vel seruitutis vt pz Deut.20.c.Adonibezech tñ erat chananeus.ergo peccabāt eū dimittēdo viuere. ¶Rñdēdū q non peccauerūt dimittēdo eū viuū qz nō dimittebant eū vt viueret :sed dimiserunt ei aliqd de vita modicum.s.infligētes ei vulnera ex qbus nō post multū tp̄s mori deberet.Uel bñtes voluntatem occidēdi illū non post multum tp̄s vel tenēdi eū captum perpetuo ex aliq̄ cā nō in fauorē eius: sed magis ad amaritudinē. ¶Lū obijcit q peccauit saul qz reliquit viuentem agag. Rñdendū q non est simile: qz ille religit eum volūtate donandi ei vitā misertus illius.⁊ hoc erat cōtra iussum dei q dixerat q non moueret mīa nec parceret oculus eius.1.Re.15.c.israelite aūt nūc nō habebant volūtatē delinquendi viuū adonibezech ex mīa:qz iam inflixerāt ei vulnera ex qbus mortuus est nō multo post.⁊ qz non tenebant ad occidendū eum illico vt eū apprehenderūt sed solum vt nō miserent eius non peccauerūt:qz non miserti sunt ad hoc q ei vitā donarent. ¶Ad sc̄m cū dz q peccauerunt qz iubet Deut.20. q occidātur chananei.dicendum q non egerunt contra istud preceptum qz occiderunt illum lz non immediate.

¶Queret aliquis an peccassent israelite si capientes adonibezech non occidissent eum nec habuissent voluntatem occidendi: sed vellent tenere eum in carcere tota vita. ¶Respōdendum q lex iubebat q israelite occiderent chananeos gladio:⁊ nō p̄mitterent eos viuere sub aliqua ꝺditiōe.si aūt ipsi nō occiderēt eos sed tenerēt captos vt p ipsos morerent no implebāt legē dei:iō videbant peccare.Sz dōm q aut ex aliq̄ cā subesset vt hoc fieri deberet:vtpote p captionē alicuius nō occidēdo ipsum excusarent aliq̄ bella iudeis oura vel inducerent alia bona in populo iudaico:poterāt iudei tenere aliquos chananeos carcere mancipatos nō occidēdo illos:dūtñ nō donarēt eis totaliter vitam:qz ipsi poterāt facere quodcūq; qō nō esset dire cte ꝺ legē dei ad vtilitatē policie sue. Si tñ nulla cā subest ad mācipādū istos carceri:aut mācipabāt intētione nūq̄ occidēdi eos:sz q ipsi morerent p se. aut volūtate occidēdi eos post aliq̄tū tp̄s. Si primo mō peccabāt qz agebāt cōtra legē sine cā. si aūt vellēt ōtinere eos ad tp̄s: ⁊ postea occidēr ēt si nō subesset ad hoc aliq̄ cā:sz sola volūtas nō peccabāt: qz lex nō obligabat ad statiz occidēdū chananeoz vt capent:sed ad aliqñ occidēdū.

¶An peccauerint israelite scindendo summitates manum ⁊ pedum regis adonibezech. Qō.11.

Queret vlterius an peccauerūt israelite sic mutilādo regē adonibezech. ¶Aliqs dicet q sic qz confessus est ipse se male egisse qz mutilauerat.70.reges ⁊ cogebat eos comedere sub mēsa sua micas. Judei aūt ista faciebāt:ergo peccabāt. Rñdendū q nō peccauerūt qz ipsi poterāt eū iuste occidere:imo tenebant qz chananeus erat.iō q ei infligerēt vulnera illa nō peccabāt p̄sertim qz deus mouit eos ad faciēdū illud vt adonibezech pateret in eo in quo peccauerat.ipse aūt adonibezech peccauerat mutilando illos reges eo q ipse egerat ad inanē gloriā ⁊ tenuerat eos p tyrānidē vel in bello iniusto. iō iudei sibi iuste intulerūt qō ipse alijs iniuste influxerat.(Opprimātes ergo filij iuda bierusalē cepunt eā.) Ista erat ciuitas iebuseoz ⁊ erat de principalibus in tota terra chanaan. hic sunt duo dubia. Primū est an bierusalem fuerit filioz iude vel beniamin.cū hic ponat q filij iuda deleuerint eā: ⁊ alibi legit pti nere ad beniamin. Scōm est an bierusalē capta fuerit nunc vel tpe Josue de quo habet Josue.15.de ambobus rñdebit ifra cū dz de filijs beniamin.(Et percusserūt in ore gladij).s.occidētes gladio oia tā magnos q̄ puos viros ⁊ feminas existētes in illa eo q nō poterāt p̄mittere aliquē viuere de gēte chananeoz Deut.20.(Tradētes cunctam incendio ciuitatē). Intelligit ꝺ de parte plana vrbis.nā fortaliciū qō vocat mons syō nō fuit captū vsq; ad tpa Dauid.vt pz.2.Re.5.⁊ p̄mo paralipo.11.

¶Queret aliqs qūo filij iuda cōbusserūt totā bierusalē.⁊ cur. nam videt q non fuerint cōbusta cū dicatur q habitauerūt in ea filij beniamin. ¶Aliqs rñdebit q factū est hoc qz israelite nō poterant replere vrbē istā nec habitare in ea:⁊ vt nō venirent chananei ad habitādū ibi ⁊ iterū infestarēt eos.sic.n.factū est Josue.11.c.nā oēs ciuitates q̄ capiebant ⁊ erāt in locis planis cremabant ⁊ diruebant ⁊ relinquebant ille q̄ erāt in collibus ⁊ mōtibus:qz iste poterāt defendi ⁊ ille nō.⁊ si relinq̄rentur illese redirēt ad eas chananei. ¶Sed dōz q hoc nō stat:qz illud faciebāt israelite qñ sortes erāt indiuise: ⁊ putabāt israelite q nō possent iplere terrā qz pauci erāt: qz tñ bēbāt multos hostes pugnabāt cōtra eos vt pauci efficerent ⁊ postea cremabāt ciuitates eoz.nūc aūt diuisis sortibus q̄libet tribus pugnabat ꝺtra hostes q erāt in sorte sua vt bēret locū p quē ertēderetur:sicut filij effraim nō potētes capi i sorte sua petierūt maiorē locū.⁊ Josue iussit q pugnarent ꝺtra hostes Josue.17.c.iō nō incēderēt ciuitates tanq̄ nō potētes replere illas. ¶Sz dōm vī q filij iuda pugnabāt ꝺtra iebuseos ⁊ illi defendebant ītra vrbē in aliqb⁹ magnis edificijs.vt ergo possent filij iuda totā vrbē delere exclusis hostib⁹ succēderūt eaz: ⁊ sic cōpulerūt oēs iebuseos cōfugere ad fortaliciū mōtis syon:qbus effugatis potuerūt israelite fabricare domos in qbus habitarēt.(Et postea descēdētes).s.ad bierusalē ad aliā terrā magis meridianā ad quā est descēsus ab aglone.(Pugnauerūt ꝺtra chananeū q habitabat in mōtanis).i.ꝺtra gētē chananeoz habitātē in locis mōtanis ⁊ arduis.ista erat pz montana sortis iude.nam in hac erat terra montuosa.sic pz Luc.1.c.et factus est timor magnus sup oēs vicinos eoz sup oia mōtana iudee.erat aūt ista pz mōtana ꝺtra iordanē.⁊ ponūt aliq̄ ciuitates. Josue.15.q̄ dñr eē in mōte ⁊ deserto iudee.(Et ad meridiē).i. ēt ad ptē meridianaz bierusalē erāt chananei ꝺtra quos pugnauerūt filij iude.⁊ dz ad meridiē ad dīaz mōtane q̄ erat ad ptē oriētalē bierusalem versus iordanē vt dcm̄ ē.(Et in cāpestribus). Loca cāpestria vocāt illa q̄ nō sūt mītū plana.nā distinguūt tres modi terre.s. plana cāpestris ⁊ mōtana vt pz Josue.11.mōtana vocat q̄ totaliter ē excelsa ⁊ ꝓrupta.plana vocat vt valles ⁊ alia loca eq̄lia.cāpestria vocāt loca aliq̄liter mōtuosa:vt descēsus mōtiū.

¶Pergensq; Judas cōtra chananeū q habitabat in hebrō cuius nomē ✝ fuit antiquitus cariathbarbe percussit sesai ⁊ hayman ⁊ tholmai. Atq; inde profectus abyt ad habitatores dabir:cuius nomē vet⁹ erat cariatsepher ideſt ciuitas lr̄arū. Dixitq; caleph. Qui percusserit

Scōa Tertia

Ad p̄mam rōnem

Ad.2.rōnē

Qō.10 A An peccassēt israelite si capientes adonibezech non occidissent eum. ⁸ Rñsio ad q̄situm

Athenienses deo ignoto aras cōstituerūt.

Qō.9. A An peccauerit israelite ſuādo regē adonibezech vivum. Rñsio ad quesitum

A Rō q̄sic

Rñ.ad q̄situm

† † †

II Qō. 12. A Quō filiiude cōbusserūt totā bierusalem. Cuiusdā rñsio ad q̄situm.

Jmprobatio.

Doc. rñ. ad q̄situ

Terre sc̄ triplices

Ar.Ⅎ. cet⁹ erat Josue 15.c. Ar.Ⅎ.i. ciuitas lr̄arū sup est i ter.

serit Cariathsepher ⁊ vastauerit eā: dabo ei
axā filiaz meā vxorē. Cūqz cepisset eā Otho
niel filius Cenē frater Caleph minor dedit
ei axā filiā suā cōiugē. Quā pgentē in itinere
monuit vir suus: vt peteret a patre suo agrū.
1.pa.2.f Que cū suspirasset sedēs in asino dixit ei ca/
leph. Quid hēs? At illa rndit. Da mihi bene
dictionē: qz terrā arentē dedisti mihi: da ⁊ ir
Jos. riguā aqs. Dedit ergo ei Caleph irriguū su/
15.d. pius ⁊ irriguū iferius. Filij autē cinei cognati
Moysi ascēderūt ō ciuitate palmaz cū filijs
Juda i desertū ortis ei⁹: qō ē ad meridiē arath
⁊ habitauerūt cū eo. Abijt āt Judas cū Sy/
meone fratre suo: ⁊ percusserūt simul chananeū
qui habitabat in Sephat ⁊ interfecerūt eaz.
Vocatūqz est nomē vrbis horma idest ana/
thema. Cepitqz iudas gazā cū finibus suis ⁊
ascalonē atqz accharō cū terminis suis. Fuit/
qz dns cū iuda: ⁊ mōtana possedit: nec potuit
delere habitatores vallis: qz falcatis curribꝰ
abūdabāt. Dederūtqz caleph hebrō sicut di/
Jos. xerat Moyses. Qui deleuit ex ea tres filios
15.g. enach. Jebuseū āt habitatorē hierlm nō de/
11.q.36 leuerūt filij beniamī habitauitqz iebuseus cū
c.nolite.f filijs Beniamī in hierlm vsqz in pntē diem.
Domus quoqz Joseph ascēdit in Bethel:
fuitqz dominus cū eis. Nā cū obsiderēt vr/
bē que prius luza vocabaꝫ viderūt hominē
egredientē de ciuitate: dixerūtqz ad eū. Ondē
nobis introitū ciuitatis: ⁊ faciemus tecū mise
ricordiā. Qui cū ondisset eis: percusserūt vrbē
in ore gladij: hoiez aūt illū ⁊ oēz cognationē
eius dimiserūt. Qui dimissus abijt in terraz
ethim: ⁊ edificauit ibi ciuitatē: vocauitqz eaz
luzā: q̄ ita appellaꝫ vsqz in pntē diem.

† Pergensqz iudas. ſ. tribus iude ⁊ symeon: qz ambe
Hebron simul ibant ad pugnādū. (Cōtra chana
gd sit. neū q habitabat in hebron.) Jsta ciuitas est glorioſissima inter
ciuitates sortis iude. est. n. metropolis in qua fuit regnū dauid
annis. 7. ⁊ mēsibus sex vt pz. 2. Reg. 2. et. 5. de hac vrbe multa
dicta sunt Josue. 11. et. 12. In hac habitabāt gigātes quos ex/
† † pugnauit iudas. (Cuius nmen fuit antigtus cariathbarbe.) In
Lra be/ hebreo hētur. (Cuiuſ nomen fuit pmo). Et ad idē redit. vocaꝫ
brea. cariathbarbe. i. ciuitas q̄ttuor fm interptationē hebraicā: ⁊ bꝰ qz
Dubiū fuerūt ibi sepulti. 4 pīarche. ſ. Adā primus ⁊ Abraam ⁊ Jsaac
⁊ Jacob. ¶ Sed dicet aliqs qūo potuit ab antiquo vocari ca/
riathbarbe. ab antiquo illa ciuitas erat in ptāte chananeoꝝ qui
Rñsio nō vtebanꝫ idiomate hebreo: pſertiz qz ēt si illud nouissent nō
curarent noīare. 4. pplbas: qz nō erant apud eos alicuius bono
ris. ¶ Rndendū est sicut declaratū est Josue. 14. c. Uel dōm qz
hoc qō oz antigtus nō referꝫ ad tps quo ista terra erat in po/
testate chananeoꝝ ⁊ illud tps eēt antiquuz respectu itroitus in
terram. sed referꝫ ad scriptorē libri huius. ſ. qz tpe suo nō voca
baꝫ cariathbarbe sed hebron. tñ antigtꝰ. i. postq̄ itroierūt israe/
† lite in terrā chanaan aliquāto tpe vocata est cariathbarbe. ⁊ im
positū fuit ei istud nomē hebraicū. (Percussit sesai tholmay).
Jsti erāt tres gigātes in vrbe hebron quos israelite timuerunt
nimis: ⁊ propter hoc facta est murmuratio in cadesbarne qñ
explozatores dixerūt qz viderāt quedam monstra filioꝝ enach
quibus comparati videbanꝫ locuste. Nume. 13. c.
¶ An pugna contra hebron ⁊ dabir fuerit facta per Josue vel
per caleph. Questio. 13

Queret aliqs de his q̄ dicunt hic de pugna qtra hebrō ⁊ dabir an fuerit facta p Josue vel p Caleph ⁊ filios iuda. ¶ Aliqs dicet qz fcā est p Josue: qz Josue. 10. c. dī de hebron qz ascēdit Josue ō eglon in hebron: ⁊ pugnauit qtra eā cepitqz atqz pcussit in ore gladij regē ei⁹ ⁊ oīa oppida regio nis illius nec relīqt in ea vllas reliquas. ¶ Alig rndēt qz Josue primo cepit vrbē hebron ⁊ deleuit: nō tñ accepit gigantes tres qui habitabāt in ea. iō postea potuit caleph redire mortuo Jo/ sue cū tota iuda: ⁊ pugnare qtra illos. 3. gigātes. Sed hoc nō vr stare: qz dī in lra qz Josue nō relīqt in ea vllas reliquas. ergo nec māserūt gigātes. ¶ Rnderi pōt qz intelligēdū est de ciuita te plana qz ibi nullus relictus est: tñ ad fortaliciuz vrbis multi cōfluxerūt de qbus fuerūt illi tres gigātes: cōtra quos pugnās postea caleph cum viris iuda occidit illos. sic fuit de hierusa/ lem de q̄ dī in lra qz filij iuda vastauerūt incēdio cunctaz ciui/ tatē ⁊ deleuerūt eā in ore gladij. manifestū tñ est qz nō incēde/ runt fortaliciū hierusalem: nec vastauerūt gladio manētes ibi: sed māserūt ibi iebusei vsqz ad tps dauid. ¶ Sz adhuc obijcie tur qz Josue. 11. dī qz in illo tpe venit iosue ⁊ iterfecit enachin .i. gigātes de mōte hebron ⁊ dabir ⁊ anab ⁊ de oī mōte iuda ⁊ israel: vrbesqz eoꝝ deleuit nō reliquit vllus de stirpe enachin in terra israel absq̄ ciuitatibus geth gaza ⁊ azoto. ergo non solus occidit reliquū vulgus de vrbe hebron sz ēt occidit gigantes. ¶ Dōm qz chaleph ista fecit sicut pz Josue. 15. est tñ itelligēdū qz dicaꝫ feciſſe oīa hec iosue nō qz ipse ea fecerit: sed qz pluria eoꝝ sub ducatu suo fcā fūt: ⁊ talia ei imputanꝫ vel paulopost fcā sunt ⁊ pp honorē magnū eius ascribunꝫ ei: qz oīa i eodē tpe vi denꝫ fcā. aliogn vr impole saluari scriptura qñ otrariaꝫ: sicut dī de hebron ita de dabir intelligēdū est. nā Josue. c. 10. dī qz iosue de hebron ascēdit in dabir ⁊ cepit eā ⁊ vastauit: regē quo qz eius ⁊ oīa p circuitū oppida pcussit. qō intelligaꝫ non fuisse factū tpe iosue vel ab ipso: sz p caleph ⁊ otboni elem. attribuiꝫ tñ iosue qz facta sunt hec quasi in ducatu suo: sicut oīa q̄ faciunt subditi ascribunꝫ dñis. * ¶ Queraꝫ vlterius dato qz facta fuerint ista per caleph ⁊ filios iuda ⁊ nō p iosue. an fuerint fcā viuēte iosue vel post mortem eius. ¶ Aliqs dicet qz fuerūt fcā tpe iosue qz ponunt hec iosue. 15. Hic aūt ponunt p recapitu/ latione sicut sepe fit recapitulatio i scriptura. ¶ Sz dōm qz nō stat qz hic in pncī. c. huius dī qz post mortē iosue rē. ⁊ cōtinuaꝫ totū hoc sub eodē cōtextu. ⁊ satis apparet ex cōtinuatiōe lre qz oīa ista bella fuerint fcā eodē tpe. sed pma q̄ narrant hic neces se est fuisse post mortē iosue. ergo ēt oīa hec de dabir ⁊ hebron erūt post mortē iosue. ¶ Lū aūt dī qz ista ponūt iosue. 15. Di/ cēdū qz ponunt p anticipationē. scriptor. n. libri huius nō stua/ uit ordinē naturalē narrādo sz artificialē: ⁊ cū vidit alicui rei enarrate aligd conuenire q̄q̄ tps illud nō pateret enarrabat illud. vnde iosue. 15. cū ageret de vrbibus sortis iude ⁊ hebron ⁊ dabir q̄ ptinebāt ad sortē iude egit ibi de illis. ¶ In quo cō/ derādū qz i. 4. locis repetit ista eadē historia. ſ. iosue 10. et. 11. et. 15. ⁊ hic in pmo loco. Rō fuit qz ibi ponebanꝫ oēs ciuitates insignes qtra quas pugnauit iosue vel qs sub ducatu suo pugnatū ē: ⁊ qz hebron ⁊ dabir erāt due vrbes famose q̄q̄ nō fuerint capte eo viuēte ascribunꝫ ei qz paulo post fuerūt. In se cūdo loco ponunt iste due vrbes: qz ibi agit de deletiōe gigan tū. ⁊ qz in vrbe hebron ⁊ dabir erāt gigātes q̄q̄ illos nō occi/ deret iosue fecit mētio qz videreꝫ ptinere ad ducatū suum. In tertio loco ponunt qz ibi enarrant oēs ciuitates sortis iude: ⁊ qz hebron ⁊ dabir ptinebant ad illaz tribū dictū est. de quo mō acgsite sunt de manu hostiū. hic aūt ponit de eis qz hic fuit lo/ cus ꝑprius. ſ. qz nunc filij iuda pugnātes qtra hostes tribus sue cepunt istas duas vrbes. Cā aūt anticipatiōis ⁊ recapitulatio/ nis in his oībus est qz scriptor fuit multo tpe post rē gestam: ⁊ potuit mutare res iurta arbitriū suū vt ei visuz est expedire re bus enarratis: qō satis interdū legentiū aīos turbat. in hebreo hētur hic. (Percusserī cohmay hayman ⁊ syray). ſ. filij israel † qui ibant cum caleph vel iudas ⁊ symeon pcusserunt. qō tñ lra Lra be/ dicit iudas pgens. dixit lra nra ad cōueniētiā pcussit. in hebreo brea aūt idiomate ex barbarie eius non seruanꝫ interdū numeri nec psone. (At inde ꝑfectus). ſ. iudas perrexit de hebron postquā † deleuit habitatores eius. (Abijt ad habitatores dabir). Fuit ō † hebron in dabir. eo qz iste vrbes erant ꝑpinque. ſ. ambe in mō tanis iudee erant. sic pz iosue. 11. ſ. in illo tpe venit iosue ⁊ iter/ fecit enachin. i. gigātes de montanis hebron ⁊ dabir ⁊ anab ⁊ de oī monte iuda ⁊ israel. (Cuius nomen vetus erat cariath sepher). ſ. qz nominabaꝫ apud hebreos ab introitu in terram † chanaan cariathsepher: ⁊ istud erat tps antiquū respectu scri-

A Cuiusdā rñsio ad q̄stum. Nōnul/ loꝝ rñsio ad q̄stuz qōnis. Obiectio

Rñsio

Obiectio

Rñsio

* Qō. 14. A An hec pu gna fuerit fcā ante io sue vel post mortem. Cuiusdam rñsio ⁊ rō. Rñsio ad q̄stum

Ad rōnem

Notanduz

B Dubiū

ptoris huius libri qui fuit samuel postea abolitū est nomē vrbis ⁊ vocata est dabir. ¶ Sed aliqs dubitabit de noīe cariath sepher qūo potuit esse antiquū qz est hebreum: ⁊ non potuerūt chananei añ introitū israelitaꝝ ipōsuisse illud. ¶ Rñdēdū est sicut rñsuz fuit Josue. 14.et.15. de hebron qꝫ vocabaſ antigtuꝫ cariathbarbe. Uel aliter qꝫ nomē vetus nō vocaſ hic illud quo vtebanſ chananei añ itroitū israelitaꝝ ſz nomē israelite quo ab initio ingressus sui vſi sunt: ⁊ istud fuit cariathsepher. nā muta to noīe qō apud chananeos fuit ipōsuerūt nomē ſm ꝺsuetudinē lingue sue hebree: ⁊ istud fuit cariathsepher: ſz qz post aboli tuz erat ⁊ tpe scriptoris huius vocabaſ dabir dixit scriptor qꝫ nomē antiquū erat dabir. (Idest ciuitas lr̄aꝝ). Istud nō est in hebreo: sed est expō noīs posita a trāslatore. nā cariathsepher ē nomē cōpositū de quiriath. i. ciuitas ⁊ cepher. i. liber. ſz lr̄a nr̄o rū interpretū dixit ciuitas lr̄aꝝ: qz ornatius ē. ¶ Hic est vnum dubiū. ſ. q̄re vocaſ dabir ciuitas lr̄aꝝ. de quo vide qꝫ diximus Josue. 15. Etiā dato qꝫ dicamus lr̄as fuisse inuētas in vrbe da bir q̄ lr̄e ille eē poterāt ꝺclaratū ē eodē. c. Ra. dauid canbi. dic qꝫ dabir vocabaſ olincariathsepher. i. ciuitas lr̄aꝝ: qz dabir in idiomate pfico significat id qō cariathsepher. ſ. scholā. Sz h̄ nō stat. nā ſz ꝺtigat qꝫ dabir apō psas idē sit qō cariathsepher apō hebreos. tū nō ē verisile qꝫ a p̄ncipio hebrei imposuerūt nomē idiomatis sui illi vrbi. ſ. cariathsepher ⁊ iponerēt nomē pficuz ad significādum. ¶ Sed dōm qꝫ cariathsepher apud hebreos fuit nomē antiquū: postea vō ipſimet mutauerūt ⁊ iposuerunt nomē ꝓpriū dabir qō apud hebreos nihil signat: sicut noīa ꝓpa locoꝝ apud nos raro significāt aliqd ſz voces ipōsite ad placitū ꝓo locis illis. (Dixitqꝫ caleph: qui pcusserit cariathsepher). Ex hoc pz qꝫ caleph erat dux belli cū ꝓposuerit capiēti p̄miū vrbez ℈ quā pugnabaſ. Uel vt aliq volunt cariathsepher erat ipsi⁹ca leph sicut hebron: nō solū visus est petere eā ſz ēt dabir ⁊ anab: qz dixit da mihi mōtē istū i quo enachin sūt vrbes magne atqꝫ munite si forte potero delere eos Josue. 14. ſz p̄mū verisimiliuꝰ est eo qꝫ scriptura nunqꝫ postea cōmemorat aliquā vrbē data caleph nisi hebron. (Qui pcusserit cariathsepher ⁊ vastauerit eā). Nō itelligiē qꝫ aliqs de israelitis, dēret pcutere vrbē. i. oēs habitatores vrbis ⁊ vastare eos delēdo. ſ. totaliter: qz h̄ nō pos set gsqꝫ facere: ſz intelligiē de illo q p̄mo irrūpet in vrbē ⁊ inci peret occidere viros vrbis. ſile fecit dauid. ꝓposuit. n. p̄miū ei qui p̄mo tāgeret fistulas domatuz ⁊ pcuteret iebuseum qꝫ fieret p̄rinceps belli vt pz. 2. Re. 5. ⁊ p̄mo Parali. 11. hoc satis pz: qz caleph cū toto exercitu puenerat in dabir: iō non est verisile qꝫ vnus vir ꝓmitteret pugnare ꝺtra vrbē ēt si secū alios collegas bēret. sed intelligiē de existentibus in acie qs p̄rior irrūperet in hostē. (Dabo ei aram filiā meā vxorē.) Istud ꝓposuit caleph tanqꝫ magnū p̄miū putans qꝫ glibet de israel satis conaret ad irruptionē vrbis vt bēret aram in vxorē. hoc aūt qz illa erat fi lia ducis iuda. nō. n. erat tūc in tota tribu iuda aliqs vir tā bonorabilis. ¶ Hic est vnū dubiū. ſ. an ex hac ꝓmissiōe caleph te neret ara suscipe in vir illū qui pcussisset dabir. De quo rñsuz est Josue. 15. c. (Cūqꝫ cepisset eā othoniel.) Iste fuit postea iu der p̄m⁹ in israel ⁊ liberauit israelitas de manu regis mesopota mie ifra. 3. c. (Filiꝰ senē.) Aliq volūt cenē eē nomē viri p̄ris ⁊ alij nomē mris otboniel ⁊ ab illo vocaſ Josue ceneze⁹. Andreaꝫ vult āt qꝫ cenē ñ sit nomē ꝓgenitoris imediati ſz alicui⁹ distātis. (Frater caleph minor). i. iter oēs fres caleph minor erat otbo niel ⁊ exp̄mit h̄ qꝫ erat fr̄ caleph ad significādū qūo nō obstāte ꝓpinqssima cognatiōe accepit i vxorē arā filiā caleph. (Dedit ei arā filiā ꝺiugē). Quia ꝓmiserat ⁊ noluit ifringere ꝓmissiōez qz forte iuraīto vallata fuerat. ¶ Hic ē vnū dubiū. ſ. an pecca uerit caleph dādo filiā i vxorē fr̄i suo: ⁊ an peccauerit otboniel suscipiēdo eā ⁊ ara ꝺsētiēdo se illi copulari. ꝺ quo rñsū ē Josue 15. c. (Quā pgētē in itinere monuit vir suus). Istō nō fuit ime diate post captā vrbē: ſz aliqꝫto tpe post. iterponit tñ hic qz nō fuit alius locus ꝺueniēs ad iterponēdū illud: cū alibi iā nō tra ctet ꝺ caleph otboniele ⁊ ara. Et ista ē cā anticipatiōis ⁊ recapi tulatiōis sepissime i scripturis. ſ. vt res ptinētes ad eādē mām nō ponāt seoꝛsuz ⁊ ꝺsp̄sim: ita vt sensuz turbēt: colligūt sil⁹ ⁊ po nunt añ tps suū vel post. ita vt oū vult scriptor euitare narra tiōis obscuritatē ex ꝺsp̄siōe rer ad idē ptinētiū inducit legētiū pturbationē ex mutatiōe tēpoꝝ. melius tñ fuit incidere in scōz euitādo p̄mū q̄ ecōtrario: iō scriptura modū istū tenuit nec so lum in sacra scriptura hoc fit: sed ēt in secularib⁹ histoꝛijs hoc seruaſ. in hebreo habetur. (Que pgēs in itinere monuit virum suū). ſ. qꝫ ipa suasit viro qꝫ peteret a caleph. lr̄a tñ nr̄a posuit qꝫ vir monuerit eā eo qꝫ segſ. j. qꝫ ipa petierit. ⁊ h̄ verisili⁹ ē. lr̄a tñ hebraica est barbara nimis: ⁊ interdū ponit masculinū ꝓ femi nino: ⁊ interdū ecōtrario. sic patet Exo. 32. vbi ponit in hebreo (Anouaguedola). vbi lr̄a nr̄a ꝺicit peccastis peccatū maximū: tñ anouaguedola est femininū. ac siquis ꝺiceret in latino pecca stis peccatā maximā. nā si in hebreo deberem⁹ ponere p masculinum vel neutrū ꝺicerē anōgadol. i. peccatū magnuz. (Ut pe teret a patre suo agrū). eo qꝫ dotauerat caleph filiam suā: ſz he reditas tradita erat sterilis. ſ. arene vt pz. j. (Que cū suspirasset sedens in asino). Ipsa ibat egtans per viā: ⁊ quia volebat pe tere suspirauit. in hebreo habetur. (Que cum inclinata fuisset in asino.) Lr̄a tñ nostra posuit suspirasset. eo qꝫ caleph mot⁹ est ad q̄rēdū qd haberet filia ex eo qō fecit ipsa: si tñ solū se iclinas set in asino nō fuisset causa motiua ad querēduz quid haberet. Etiā qz ipsa faciebat ista signa vt cōuenirent petitioni sue. qꝫ tñ iclinaret in asino nō faciebat aliq̄ lr̄ ad petitionē suaz: iō ñ se icli nauit sed suspirauit. ⁊ cū hoc ad idē redit. ſ. qꝫ iclinauit se in asi no. i. fecit quendā motū corporis q monstrat solicitudinē. ⁊ tūc suspirauit hoc intēdens. Hiero. mutauit lr̄am hebraicaz ad ex planandū magis. si tñ velimus ꝺicere ſm lr̄az hebraicā poterit ꝺici qꝫ axa iclinauit se i asino. ſ. qꝫ ipsa volebat petere aliquid a patre: ⁊ qz petētes debēt esse supplices ipsa voluit se inclinare ⁊ exhibuit quendā modū reuerentie in asino existēs. ⁊ tunc vidēs p̄z qꝫ humiliaret ⁊ nesciēs ad qd h̄ eēt dixit ei. qd habes.

*¶ Queret aliqs quare axa suspirauit añ q̄ peteret. ¶ Rñdendum qꝫ ipsa volebat petere agrū ad qō voluit tenere modū artificiosum: ⁊ visum est qꝫ deberet suspirare, pficiebat aūt suspi rium ad tria. Primo ad reddendū animū patris attentū. naz in petēdo non paruas hz vires eoꝝ a qbus petiē ad audiendū sal tē attētos foze animos. naz vbi attētio nō est psualio q̄ q̄ effica cissima locū nullū hz. cuz autē vidit caleph filiam suspirantē pu tans aliqd magnū esse attendit qd dictura foret. ¶ Scōo fecit h̄ vt tolleret sibi verecundiā. nā qꝫ ipsa incipet petere nullo p̄ce dente v̄ba patris sui erat sibi magn⁹ rubor: iō voluit iducere pa trē vt p̄us loqueret ⁊ fic auferret illi materia erubescendi. ad h̄ aūt suspirauit vt pater ingreret qd h̄ esset: ⁊ fic ipa cepto elogo posset cōtinuare sermonē: ⁊ fic factū est. naz imediate vt ipa su spirauit p̄z ingsiuit qd h̄ esset. ¶ Tertio fecit h̄ qz volebat oñ dere animū suū nimis motū ad ea que petebat: vt p̄z intelligens eā ex magno ꝺesiderio petere facili⁹ ꝺescenderet ad petita. su spiria autē ꝓfunda cordis ꝺicatiua sūt magni ꝺesideriꝰ: iō con ueniēs erat qꝫ suspiraret. naz al's videret leui motu boc velle: ⁊ fortassis pater nō assentiret. (Dixit ei caleph qd habes). Satis vidit caleph qꝫ suspiria ista nō erant iutiliter fusa: iō petiuit ad qd emitterenſ. (At illa). i. illa illico subiunxit quasi sumpta iu xta loquēdi ⁊ captata opportunitate. (Da mihi benedictionē). i. fac mihi gr̄az. bñdictio. n. significat multiplicationē i reb⁹. sic pz. 2. Lozin. 9. c. ſ. q pce seminat parce ⁊ metet: q in bñdictionib⁹ seminat ꝺe bñdictionib⁹ ⁊ metet. ⁊ sic opponit ibi pcitas ⁊ bñdi ctio: pcitas tñ est auaricia vel ꝺiminutio: iō op qꝫ bñdictio sit li beralitas vel abundātia: ⁊ qz gr̄a sit ex liberalitate cū nō sit gr̄a qō ex ꝺebito veniat vt pz ad Ro. 11. c. vocaſ oīs gr̄a bñdictio. (Qz terrā arentē ꝺedisti mihi). In dotē. ſ. qñ tradidit eā otbo nieli Josue. 15. oz terrā australē ⁊ arentem ꝺedisti mihi: ⁊ h̄ qz australis pars est ficca. Uel qz vētus australis in terrā chanaaz est ficc⁹. (Da ⁊ irriguā ags). i. ēt iunge terrā que possit irriga ri fontib⁹ vel fluminib⁹ vt nō sit ꝺos mea penitus infructuosa.

¶ Quomodo petiuit axa terram irriguam aquis: cū in terra cha naam nulla talis esset. Questio. 16.

Queret aliqs qūo petiuit axa terrā irriguā ags. nam in terra chanaā nulla talis est. sic pz Deuter. 11. cū ꝺixit moyses ad israelitas. terra ad quā igredieris possidendaz nō est sicut terra egypti de qua exisſi vbi iacto semine in hozto rū mozē aque ꝺicunt irrigue: ſz mōtuosa est ⁊ cāpestriſ de celo expectās pluuias. ¶ Aliqs rñdebit qꝫ axa nō petiuit terrā irri guā ags. ſ. ags fluuialib⁹ vel fōtalib⁹: sed terrā que celesti irriga ret pluuia. nā i terra quā acceperat nō cōpluebaſ. ¶ Sz h̄ nul lo modo stat: qz accipiēdo boc modo irriguū oēs terre exītes in regione chanaā sunt eq̄liter irrigue cuz celū equalr se habeat ad illas quantū ad emissionē pluuiaꝝ. ⁊ non euenit h̄ ex condi tiōe terre. ¶ Itē pz h̄ magis ex lr̄a hebraica q̄ ꝺicit. (Da mihi ca nales vel alueos aquarū.) Sed boc non ptinet ad pluuiā: ideo opz qꝫ itelligaſ qꝫ peteret terrā irriguā fōtib⁹ vel fluuijs. ¶ Di cēdū igr̄ qꝫ axa peteret a p̄re terrā irriguā aquis fluuialib⁹. Cū autē arguiē qꝫ non erat terra chanaan sicut terra egypti in qua ꝺicunt aque irrigue. ꝺicēdum qꝫ inter egyptū ⁊ terrā chanaaz erat magna ꝺifferētia. egyptus quippe cuz ꝺeclinet nimis cōtra

torridam

D Dubium ō quo Josue .15. Rñsio

† Uarie opi nio. de boc noīe cenez.

Dubiuz Rñsio

Anticipa- tionis cā ⁊ recapitula- tiōis in sa- cris lr̄is.

† Lr̄a hebraica

E

† † † †

torridam zonam vllas niues habet: pluuias autē rariſſimas. ita vt nihil de terre naſcentibus celeſti nutriant aqua: ſed oia fouentur educta aqua de nilo. creſcit. n. nilus certis tēporibus ad magnā multitudinē. ſ. ad 16 cubitos z ad. 20. vel minus ſm varietatē annoꝝ ſuper alueum ſuū. ſunt autē facti aqueductus magni quaſi fluuiſ per quos educunt aque. z cū ſit tota terra egypti plana: faciliter irrigatur illa aqua nili. Terra aūt chanaan non ſic irrigatur ꝓpter duo. ¶ Primo ꝓpter indiſpoſitionē terre: qz nō eſt plana ſicut egyptus. z hoc ſignificauit Moyſes cum dixit in allegata auctoritate. ſed montuoſa eſt: atq; campeſtris de celo ſpectans pluuias. Secunda cā eſt: qz terra chanaan non eſt inops pluuiarū ſicut egyptus: eo ꝙ non tantū appropinquat ad torridā zonam. ſed habet pluuias ſicut alie terre exiſtentes in. 3. vel. 4. et. 5. climatibus. hoc tñ non obſtante in aligbus locis terre chanaā fit irrigatio ad maiorē pullulationē fructuū. vel qz interdū nō ſunt aque copioſe de celo. ſic enim fit in alijs locis que ſunt in. 5. climate in gbus maior pluuiarū copia eſt. z in hoc aliqualiter eſt terra chanaā ſimilis terre egypti. ſic patet Geñ. 13. cum dr de terra ſodomorū. eleuatis itaq; oculis Loth: vidit oēz circa regionē iordanis: que vniuerſa irrigabatur anteq̄ ſubuerteret dñs ſodomam z gomorra: ſicut paradiſus domini: z ſicut egyptus. ergo non erat terra chanaā totaliter diſſimilis egypto. z ſic ara petiuit terrā irriguaz vt fecundior eſſet. iſta enim erat cauſa quare terra hierico eſt vberior reliqua terra chanaā vt ait Solinus in poliſtor. ſ. qz irrigat iordane ductо per alueos: cuz ſit in regione iordanis vt patet Geñ. 13. (Dedit ei caleph irriguū ſuperius z irriguum inferius.) Uidēs caleph iuſte petiſſe filiā cōceſſit qđ voluit. In hebreo dicit. (Dedit ei caleph canales ſuperiores z canales inferiores vel inferius.) Quod ad idem redit: qz canalis eſt aqueductus. z iſtud pertinet ad omnē terrā irriguā. dicitur aūt irriguū ſuperius z inferius. i. agros irriguos qui erant ſupra eos quos prius cōceſſerat qui erant arentes: dedit quoq; alios agros irriguos infra primos agros arentes. Uel aliter dedit irriguū ſuperius z iferius. i. dedit ei aliquos agros irriguos in collib⁹: z alios irriguos in vallibus. z iſtud magis conſonat. (Filij autē cinei.) Hic ponit alia ruz tribuū profectus: poſtq̄ dictuz eſt ſpecialiter de profectu caleph. z redit hiſtoria ad bella facta per tribum iude. de gbus ſupra ceperat: z poſtea tendit ad ea que fecerunt alie tribus. z dicitur. (Filij autem cinei.) Interponitur de iſtis eo ꝙ hic agebatur de tribu iude: z iſti aſcenderunt cum filijs iude in ſortē ſuā vt hic patet. ſunt autem filij Cinei filij Jetro cognati vel ſoceri Moyſi. qui vocatus eſt multis nominibus: ſcz Jetro vt patet Exo. 18. et Raguel Exo. 2. vbi vocantur ſeptem filie ſacerdotis madian: quarū vnam accepit in vxorem moyſes: z ille erat ietro. vocatur etiam ieter Exo. 4. vocatur etiaz Obab Num. 10. vocatur etiā Cin Nume. 24. ſcz ſi electus fueriſ de ſtirpe Cin. i. de ſtirpe ietro. z inde vocantur cinei hic iſti poſteri ietro z infra. 4. c. (Cognati moyſi). ideſt ſoceri. non enim erat cognatus eius ſed ſocer: qz moyſes filiaz illius cepit vxorē vt patet Exo. 2. c. (Aſcenderunt de ciuitate palmarum.) Iſta eſt ciuitas hierico que vocatur ciuitas palmarū: qz regio omnis circa eam palmis z vineis z alijs generibus pretioſiſſimarū arborum referta eſt vt eaz laudat Solinus in poliſtor. c. de iudea. z non eſt alia ciuitas in terra chanaan: apud quaz palme ſint. ſolebant enim eſſe in magna copia in valle ſodomorum vbi erant ille quinq; ciuitates: quarū quattuor infelici incendio cōflagrarunt. poſtea autem nec ſigna quidem opulentie illius relicta ſunt. ſic enim dicitur Geñ. 12. vniuerſa regio circa iordanem irrigabatur ante q̄ ſubuerteret dñs ſodomam z gomorrā ſicut paradiſus domini: z ſicut egyptus. Qz autem hierico ſit ciuitas palmarum patet Deutero. 34. c. cum dicitur. vſq; ad nouiſſimum mare: z auſtralem partem: z latitudinem cāpi hierico ciuitatis palmaruz vſq; ſegor. i. hierico eſt ciuitas palmaruz: qz ponūtur iſta ibi vt exponens z expoſitum.

¶ Quomodo ietro filij in palmarum ciuitatem cum filijs iuda eſſe potuerint cum ipſi non venerint in terrā iſrael. Qō. 17.

Queret aliquis qūo filij ietro potuerunt eſſe in ciuitate palmarū cum filijs iſrael. naz ex hoc videretur ꝙ ietro venerit cum moyſe in terrā iſrael: z duxerit ſecum cognationem ſuam. ſed falſum eſt: qz ly hoc ozaret moyſes: non acquieuit ietro vt patet Nume. 10. et Exo. 18. dicitur ꝙ moyſes dimiſit ietro ſocerum ſuum: qui dimiſſus rediit in terram ſuam. ſic probatuz eſt Num. 10. ¶ Reſpondendū ꝙ ietro nō venit cum filijs iſrael per deſertū in terram chanaan: ſed cuz ſtetiſſet in deſerto montis ſynai cum moyſe: rediit inde in terram ſuam madian vt ibi moraretur: qz cum ipſe eſſet ſenex: z ſciret hebreos toleraturos eſſe multos labores acquirendo terrā de manibus boſtium fortiſſimoruz: noluit in ſenectute ſua videre dolorem z quotidianā ſolicitudinez. naz priuſq̄ veniret tēpus fruendi bonis rebus ſumma pace cōpoſitis: credidit ſe moriturum: ideo id modicū tēporis quod ſibi cōceſſum putabat volebat potius in natali ſolo trāquille agere inter ſuos. cū aūt moriturus ē: qđ fuit ante annū. 40. māſiōis iſraelitaꝝ in deſerto: ſciēs ſocer ſuū z nepotes principes gentis tā magne hebreoꝝ: cui cō fidebat oēs boſtes ſubdēdos: ſicut colligit ex verbis eius Exo. 18. iuſſit poſteris ſuis ꝙ irent cū iſraelitis in terrā chananeoꝝ: vt ibi ſuſciperēt ab iſraelitis bonū qđ promiſerāt facere ipſi. vt patet Nu. 10. ſ. qcqd optimū fuerit in opibus quaz dñs deuz noſter traditurus eſt nobis dabimus tibi. cuius iuſſa explentes ſepulto pr̄e in terra madian: tota cognatio venit ad iſraelitas manentes in deſerto: z ibi fuerūt cū eis quouſq; introirēt in terraz chanaā: z tūc ceperūt habitare cinei in ciuitate palmaꝝ. ¶ Uel ſorte dicēdū ꝙ filij ietro habebant animū manēdi in terra madian in qua fuerāt progenitores ſui: poſtea tñ anno. 40. ab exitu de egypto deus iuſſit iſraelitis ꝙ delerēt madianitas vt patet Num. 25. et. 31. c. z tūc moyſes cōdolēs ꝓgenieī filioꝝ ſuoꝝ fecit vocari totā cognationē ietro vt cōfugeret ad iſraelitas: z venerūt ad eos. primū tñ verſimilius eſt. dr autē ꝙ aſcenderūt de ciuitate palmarū: nō ꝙ ante hoc in ea habitarēt: qz ioſue poſuerat maledictionē ſigs edificaret hierico poſtq̄ ſub anathemate deleta eſt Joſue. 6. ſed habitabāt in viculis z territorio vrbis illius: ideo dicebant habitare in ea. de iſta ciuitate palmaꝝ dicit ra. dauid canbi z ceteri iudei ꝙ erat hierico. ¶ Que ret aligs qūo cinei filij ietro potuerunt habitare in hierico vel in territorio eius: qz iſta vrbs ptinebat ad tribū beniamin: z illi nō ꝑmitterēt eā alijs. hoc ꝑz Joſue. 18. ^ ¶ Rūdet ra. da. canbi z alij hebrei ꝙ hierico erat terra fecūdior totiuſ terre chanaā: z diffinitū erat ꝙ illa pars maneret indiuiſa z daref illi tribui in cuius ſorte deus eligeret ſanctuariū ſibi cōſtrui. z qz poſtea conſtructū eſt tēplū in hieruſalem: que ad tribū beniamin ptinebat data eſt hierico viris de tribu beniamin. z qñ. 480. anni fluxerunt ab exitu de egypto vſq; ad ꝺſtructionem ſanctuarij. vt ꝑz 3. Regū. 6. c. et. 40. annis māſerunt iſraelite in deſerto: manent. 440. anni gbus dicūt poſſeſſam fuiſſe ciuitatē palmarū a filijs ietro quouſq; daref filijs beniamin. ¶ Sed hoc non ſtat. ꝓmo qz dicūt ꝙ diffinitū erat ne diuideret hierico: ſz maneret in dubio pro tribu illa in cuius ſorte ꝺſtrueret tabernaculū. nā ex diuiſione facta tpe ioſue ponit iſta ciuitas: z fuit data filijs beniamin vt ꝑz Joſue. 18. ¶ Itē cū dicūt ꝙ. 440. annis poſſeſſa eſt hierico a filijs ietro non ſtat: qz tūc neceſſe eſſet ꝙ poſſediſſent eam vſq; ad primū annū fabricationis tēpli ſalomonis. ſed falſum eſt: qz nūc poſt mortē ioſue pauco tpe receſſerūt de loco ipſo filij ietro cū filijs iuda in deſertum ſortis ſue vt ꝑz in littera. ¶ Sed aligs dicet ꝙ cinei nūc receſſerūt de vrbe palmaruz: z tñ poſt modicū tēpus redierūt ad illā: z māſerūt ibi vſq; ad fabricationē tēpli. ¶ Sed etiā hoc nō ſtat: qz quedā pars cineoꝝ habitauit in terra galilee apud ciuitatem cedes vt ꝑz infra. 4. c. ibi ꝙppe moratus eſt aber cineus recedēs a ceteris cineis. cedes vero apud quā habitauit ē terra galilee. vt ꝑz Joſue. 10. et. 19. alia aūt pars cineoꝝ morata eſt in parte auſtrali terre chanaā: in extremitate ſortis iude: apud deſertū in quo morabant amalechite. iō qñ ſaul iuit ad delendū amalechitas dixit cineo ꝙ recederet de medio amalechitarū ne inuolueret eos cū amalechitis. 1. Regū. 15. c. ergo tūc non morabaf in terra hierico: ſed in ſorte iude. z hoc magno tpe ante edificationē ſanctuarij: iō nō māſerunt filij ietro. 440. annis in ciuitate palmarū. ¶ Dicēdū igit ꝙ cinei habitabāt in ciuitate palmarū nūc qñ aſcēderunt cum filijs iuda: z māſerūt poſt hoc ſemp in ſorte iude apud terraz amalechitarū: preter aber cineū z ſtirpē ſuā. iſte ꝙppe recedens a ceteris habitauit in ſorte tribus neptalim: apud vrbē cedes vt ꝑz infra. 4. ante hoc aūt māſerunt in territorio ciuitatis palmarū. Et poterāt ibi manere dupliciter. Primo qz vſq; ad illud tpe quaſi manebāt ſine p̄iudicio alicuius ibi. nā a principio acqſita terra nō erat diuiſa: ſed habitabāt iſraelite hic z ibi pro arbitrio eoꝝ. z qz tūc ciuitas palmarū nō ptinebat ad aliquam tribum nulli preiudicabāt cinei ibi habitates. poſt aūt diuiſa terra paruo tpe māſerūt ibi cinei. nā iuerūt cū filijs iuda in ſortem ſuā. ita parū p̄iudicare poſſent viris de tribu beniamin. ¶ Alr rñderi p̄t ꝙ iſraelite ꝺuenerāt iter ſe ꝙ in q̄cūq; pte terre in cuiuſcūq; trib⁹ ſorte bitare vellēt cinei ptātē br̄ent: z b̄ qz moyſes q erat p̄nceps ppli b̄ ꝓmiſerat ietro dicēs. cūq; nobiſcuz vene-

Terra chanaan ñ irrigatur ſicut egyptus pp duo.

Lra hebrea.

Jetro multis nominibus vocabatur.

Hierico q̄re palmaꝝ ciuitas nūcupetur.

Rñſi. ad q̄ſitum.

Alia rñſio.

Qō. 18 A Qūo cinei filij ietro i hierico vel i ei⁹ territorio bitare potuerunt. ^ Ra. da. rūſi. ad q̄ſi.

Improbō. 1. rō.

2. rō.

Duiſdam rñſi. ad q̄ſi. Improbatio.

B Doct. rñſio p̄ma ad q̄ſitum.

Doct. rñſio ſcōa ad q̄ſitum.

ris quicquid optimaz fuerit ex opibus quas tradituras est nobis oēs dabimus tibi vt patet Nume. 10. c. sed israelite nullo modo preterirent pmissa moysi: qz obseruabant verba eius sicut verba dei. ergo ipsi facerent sicut pmisit moyses pmittēs eis habitare vbicunqz vellent. ꝛ qz a principio placuit eis morari in ciuitate palmarū: que erat viroꝝ beniamin non pbibuerunt eos filij beniamin nunc vero potius voluerunt manere in sorte iude: ideo ascenderunt cum filijs iuda in desertum sortis sue. ꝛ qz postea vni de cineis nomine aber placuit morari in sorte neptalim apud vrbem cedes: recessit a ceteris fratribus suis: ꝛ habitauit ibi vt patet infra. 4. c. (Ascenderunt cū filijs iuda) qz placuit eis magis morari cum bis q̄ cum alijs tribubus. De hiei dicunt q̄ iuerunt cum filijs iuda propter otbonielem: qui erat de tribu iuda: ꝛ erat eruditissimus in lege. ℂ Sed non est rationabiliter dictum: quia leuite erant eruditi in lege: eo q̄ semper vacabant lectioni: et nunquam agriculture nec alijs operibus. laici vero ꝛ agriculture ꝛ bellis ceterisqz occupationibus vacabāt. ideo omnem legis peritiaz a sacerdotibus ꝛ leuitis deus iussit requirit Malachi. 3. ſ. labia sacerdotis custodient scientiam: ꝛ legez exquirent de ore eius: qm̄ angelus dñi exercituum est. potius ergo iuissent ad aliquem locum in quo essent sacerdotes periti q̄ ad Otbonielem. Sed aliqua alia causa fuit: vel qz magis placuit eis tribus iuda ad cohabitādum. (In desertum sortis eius). i. descēderunt ad habitādum in deserto sortis iude. Nō est aūt itelligendū q̄ tota sors iude eēt desertū: sed q̄dam ps eius circa iordanem: ꝛ ad extremitatē meridianā: ꝛ in hac pte manere voluerūt cinei. qō p̄z: qz amalachite morabanť extra terrā israel in desertis arabie: ꝛ cinei erāt in terminis eoꝝ. vnde qm̄ saul iuit ꝟra amalechitas dixit cineis: abite: ꝛ recedite de medio amalech: ne inuoluā vos cuz eis. 1. Reg. 15. c. voluerūt aūt cinei ptem istam deserti vt essent diuisi a toto israel: ꝛ bērent terrā quasi liberā seoꝝsum. (Qō est ad meridiem arad.) Ista est q̄dā terra q̄ vocať arad: cuius erat rex ille ℨ quē pugnauerūt israelite de quo Nume. 21. c. Sciēdū aūt q̄ ista terra arad q̄ q̄ possidereť a chananeis: cum dicať chananeus rex arad Nu. 21. tū non erat ps terre chanaan. Qō p̄z: qz israelite introierunt in terrā regis arad: ꝛ deleuerūt vrbes eiꝰ Nu. 21. ꝛ tū nondum dicebanť esse in terra chanaan. naz tunc per terram illā transissent in reliquam terram chanaan: tū post deletam terrā regis arad: ozauerunt israelite vt rex edom permitteret eis transitū: ꝛ noluit. deinde circuierūt mōtem seyr. i. terre edom longo tpe Deutero. 2. ꝛ Nu. 21. post aūt trāsierunt per terrā moabitarum: ꝛ per terrā duoꝝ regum amoꝛreoꝝum. Deutero. 2. quousq̄ puenerūt ad iordanē: ꝛ tunc introierunt in terrā chanaan. ergo existentes in terra arad: non erāt in terra chanaan. ℂ Itē qz deus dixit q̄ nullus de viris illis q murmurauerāt in cades barne: intraret in terraz chanaan: nec videret eam Nu. 14. multi tū de illis steterūt in terra regis arad: cū nō mortui fuerint oēs vsq̄ ad torrentem zaretb vt p̄z Deutero. 2. ꝛ tū prius steterunt in terra arad q̄ in torrente zaretb vt patet Nu. 21. c. ergo nō erat arad terra chanaan. erat aūt ista terra arad apud terrā amalechitaz. nam ambe gentes pugnauerūt simul ℨ israel: ꝛ de ambabus oꝛ q̄ habitabāt in montibus eisdē. vt p̄z Nu. 13. ſ. deiecēdit amalechites ꝛ chananeus q̄ habitabāt in mōtibus. ꝛ hoc satis conuenit. nam cinei habitabāt iuxta amalechitas vt p̄z. 1. Reg. 15. chananei tū terre arad morabantur apud amalechitas: ideo satis coaptatur q̄ cinei habitarēt apud terraz arad. oꝛ aūt q̄ erat desertum iude ad meridiē arad. i. q̄ ps meridiana deserti huius declinabat versus arad: ꝛ nō q̄ desertum esset meridianū respectu terre arad: qz tūc sequereť terram arad esse intra terrā chanaan: ꝛ q̄ necessario accederent prius israelite ad aliquam partem terre chanaan q̄ ad terram arad. qō falsum est. (Et habitauerūt cū eo). ſ. cum iuda: qz cum hac tribu eligebāt potius habitare. (Abijt aūt iudas cuz symeone fratre suo). ſ. ad pugnādum ℨ chananeum. vocanť aūt iudas ꝛ symeō fratres ex causa supra assignata. (Et percusserunt simul chananeū). ſ. vno bello deleuerunt euz: qz nō pugnauerūt sepe vel per multas ptes. (Qui habitabat in sephath) Nomē vrbis est pertinentis ad sortem iude: q̄ q̄ non ponit in catalogo vrbium sortis iude: sicut multe alie vrbes subticentur ibi: ꝛ in descriptione sortium alioꝝ tribuum. (Et interfecerūt eum). ſ. chananeū non dimittentes quē q̄ viuere. In hebreo bz. (Et destruxerūt eā). ſ. ciuitatē sephath. i. non solū percusserūt chananeos terre illius: sz ēt ciuitatē destruxerūt. est aūt itelligēdū q̄ nō destruxerūt eā ponentes eā in eternū non habitandā: sicut erat de vrbibus q̄ subijciebanť anathemati vt fuit hierico ꝛ hay. sed destruxerūt ꝛ forte cōbusserunt eā vt excluderēt inde habitatoreꝝ: sicut fecerūt in hierlm. nā totā ciuitatē succēderūt supra in ira. (Uocatūq̄ est nomen loci horma. i. anathema). i. ciuitaz illa vocata fuit postea horma: qm̄ fuit destructa. qz heren est in hebreo sepatio vel anathematizatio. erat istud anathema vt nemo habitaret in ea in eternū sicut fuit de hierico. Uel forte nihil ō bis que in illa erāt acciperet: sed omnia cremarentur ad honorem dei. ℂ Queret aliq̄ quare ista ciuitaz fuit suppositā anathemati. ^ ℂ Aliquis dicet q̄ fuit posita ex eadem causa ex qua ciuitas hierico. ℂ Sed nō stat: qz ciuitas hierico anathematizata est q̄tū ad hoies: vt applicaret totaliter ad cultū dei: qz erat sicut primitie de laboze israelitaz. nā ille erat primus locus quez accipiebant in terra chanaan. Etiam qz hierico fuit tradita miraculosius iudeis q̄ aliquis locus totius terre chanaan vt patet Josue. 6. de vrbe sephath nihil istoꝝ erat: ideo nō fuit subiecta anathemati ex hac pte. Nec ēt est dōm q̄ anathematizaret eadem rōne qua alique vrbes iudeoꝝ de q̄bus Deutero. 13. qz illud solum erat in ciuitatibus que iaz erāt indeoꝝ: ꝛ declinabāt ad idolatriam. in ciuitatibus chananeoꝝ: vel aliaꝝ gentiū nō tenebat illud. ℂ Aliq̄ pōt dicere q̄ fuit positū anathema ex voto. ſ. q̄ pugnauerūt filij iuda ꝟra viros sephath: ꝛ forte non potuerūt p̄ualere: vel victi sunt: ꝛ obligarūt se voto dicentes: q̄ si deus traderet vrbem illā in manus eoꝝ subijcerent eā anathemati. sic factū est de terra arad. nā chananei pugnātes ibi ℨ israel vicerūt ꝛ tulerunt p̄dam. israel aūt voto se obligans ait: si tradideris ppm istū in manus meas: delebo vrbes eius Nume. 21. ℂ Sed ēt hoc non stat: qz hra significat ℨrium dicens q̄ percusserunt chananeū simul. i. vnico bello ꝛ quasi sine labore. ℂ Rn̄dendum q̄ cā non apparet: sed satis dici pōt q̄ fuit ad reddēdū deo gratias de modo captionis vrbis: qz sine aliquo labore eaz ceperunt qō est simul accipe eam: ideo in munus eā dederūt deo: qz non potuissent sic faciliter eam capere nisi deus specialiter adiuuasset illos. (Cepitq̄ iudas gazā). i. iudas ꝛ symeon ceperunt eaz. notatur tū iudas solus: qz symeon erat vocatus solum in adiutoꝛium: ꝛ iudas erat principaliter pugnās. ista ciuitaz est vna de quinq̄ metropolibus philistinoꝝ regem hās. vt p̄z Josue. 13. ꝛ erat i sorte iude vt p̄z Josue. 15. nūc aūt pugnauit iudaz ℨ illā. ℂ Quomodo stare possit q̄ iudas gazam ceperit cū esset de terra philistinoꝛum. Qō. 20.

Queret aliquis qūo possit stare q̄ iudas ceperit gazam: qz gaza erat vna de quinq̄ ciuitatibus philistinoꝝ: que apud eos manebant nō solum nunc: sed ēt tpe samuelis ꝛ saul. vt p̄z. 1. Reg. 6. cum principes istaꝝ q̄nq̄ vrbium obtulerunt. 5. anos aureos ꝛ totidem mures. sed ēt nunc manebant: qz deus dixit q̄ reliq̄rat eas vt erudirenť israelite ad certandum cū chananeis: ꝛ subdiť. 5. satrapas philistinoꝝ oēz chananeū. ꝛ tū gaza erat vna ciuitas satrapaꝝ. 1. Re. 6. q̄ nō cepunt eā nūc filij iuda. ℂ Aliq rn̄dēt q̄ iudas nō cepit vrbē gazā: iz cōfinia ei⁹. ſ. agros ꝛ rura. ꝛ hoc tz nicolaus. ℂ Sz h̄ nimis ē alienū a lra q̄ dicit q̄ iudas cepit gazā. Alr dici pōt ꝛ meli⁹ q̄ gaza capta ē a filijs iuda nūc. cū aūt obijciť q̄ erat in ptāte philistinoꝝ post. Rn̄dēdū q̄ gaza ꝛ alie ciuitates philistinoꝝ aliq̄n erāt in potestate philistinoꝛum: ꝛ aliquando in potestate israelitarū. nam erāt bella ctinua inter eos: ꝛ prevalentibus philistinis manebāt iste vrbes apud eos: cum vero prevalebāt israelite auferebāt eas de manu philistinoꝛuz: ꝛ sic variabantur. sic patet. 1. Reg. 7. cū oꝛ ō samuele q̄ facta ē manus dñi sup philistinos cūctis dieb⁹ samuelis: ꝛ reddite sūt vrbes q̄s tulerāt philistei ab isral ab acharon vsq̄ geth ꝛ terminos suos. ꝛ sic nō ē inconueniēs q̄ nūc acharon gaza ꝛ ascbalon capeně a filijs iude: ꝛ denuo rediret ad philistinos. ℂ Sz adhuc arguet q̄ nūc nō eēnt in manu israelitaꝝ: qz sequēti. c. oꝛ q̄ deus dimisit q̄nq̄ satrapas philistinoꝝ: ꝛ oēm chananeū ꝛc. vt israelite bērent consuetudinē p̄liandi: ꝛ gaza: ascbalon: ꝛ geth erāt tres ō metropoliꝰ satrapaꝝ istoꝝ: ergo nō fuerūt nūc capte. ℂ Rn̄dendū est q̄ iste ciuitates capte fuerūt sicut hic oꝛ: qz aliter nō pōt saluari hra. ꝛ cū oꝛ q̄ de⁹ dimisit istas ciuitates. dōm q̄ istud fuit dctm̄ ante captionē. Nā q̄ q̄ h̄ ponanť ea q̄ hūr hic ante ea q̄ hūr hic sequēti. c. tū illa fuerūt facta ante q̄dā istoꝝ. nā nō fuerūt simul facta oia que hūr hic: iz plurima eoꝝ facta sūt tpibus iudicū. qz tū ista ptinebāt ad statū singulaꝝ tribuū ſpaliter posita fuerunt oia simul: ꝛ nō cōmixta fuerūt cū eis q̄ ptinebāt ad totū ppz: q̄ q̄ fz odōnē tpis fuerint cōmixta. iō vez ē q̄ de⁹ dimiserat oēs illas gētes de q̄b⁹ hra. 3. qz viuēte Josue nō fuerūt tradite i man⁹ isral: nec tpe q angel⁹ locut⁹ fuit h̄ fuerūt tū capte iste vrbes post: ꝛ iteꝝ redierūt ad man⁹ philistioꝝ: ꝛ iteꝝ ad israliaz fz varias successiones. (Et ascbalonē)

Ista erat

Impzobatio hebzeorū opinionis.

Notādū ō sorte iuda.

Arad quid sit.

Littera hebrea.

Notandū.

Qō. 19. A Quare ciuitas sephath suppositā fuerit anathemati. ^ Cuiusdā rnsio ad q̄stū: ꝛ eiusdē ipzobō. Cuiusdā rnsio ad questuz.

Impzobatio rnsionis. Doct. rnsio ad q̄situm.

Nōnullor rnsio ad q̄stū. Impzobatio. Doc. rnsio ad q̄situm.

Argū.

Rnsio.

Jfra bebrea.

Quid vegetius dicat ō curribꝰ falcatis.

Qō. 21. A Quō data sit bebron caleph. ☐ Rñ. ad q̄stū.

Notādū

A Cuiusdā rñ. ad q̄stum.

Jmprobatio

Docto. rñ. ad q̄stū.

Notādum

Alia sñia

Cōfutatio

Notādum lr̄ale.

Liber iste nō fuit scriptꝰ tpe dō.

Qō. 23 A An filij iude vel beniamin ceperint bierusalē. Rō q̄ sic.

Jn 3rium rō

Scōa

Rñ. ad q̄stum.

Aioth autem. Hic ponitur quartus huius partis. ſ. exercitus eglon debellatio. nam illo mortuo faciliter viri sui occisi sunt a iudeis. (Aioth autē clausis diligētissime ostijs cenaculi). ſ. clausit ostia cenaculi illius in quo relinquerat mortuum eglon. (Et affirmatis sera). i. nō solū clausit ianuas sed ēt affirmauit sera. i. posuit vectem ⁊ pessulum. Hebrei dicunt qꝫ inuenit aioth claues porte illius ⁊ clausit claue ⁊ fugit. ¶ Sed falsum est: qr̄ dz̄. ī. qꝫ postea venientes serui regis ad ostium expectauerunt donec erubescerent. i. magno tpe. si tñ esset clausa porta a foris claue vidissent hoc serui regis ⁊ non expectassent: qr̄ satis viderent qꝫ erat malicioſe factū qꝫ aliquis clausisset portam a foris claue manente rege iterius: presertim qr̄ nullus eor̄ hoc fecerat: ideo p̄sumptio fortis esset: ⁊ illico aperirent portam vt viderent qd de rege actum foret. ¶ Itē qr̄ cū diu ipſi expectarēt dixerunt. forsitan purgat aluuz in estiuo cenaculo: ⁊ tñ si esset clausa ianua a foris claue nō eēt bona p̄sumptio si rex clausisset per partē interiorē: ⁊ qr̄ tādiu nō aperiebat eratqꝫ firmata porta sera esset p̄sumendū qꝫ purgaret aluū in estiuo cenaculo. mouentur tamen hebrei ad hoc: qr̄ dz̄. ī. tulerunt clauem ⁊ aperiētes inuenerunt dñm suū mortuum. ergo clausa erat p partē exteriorē claue. ¶ Dōm igitur qꝫ ista porta erat sicut solent esse quedā porte cōes. ſ. qꝫ ad hoc qꝫ claudant non egent claue sed solum qꝫ iungant ostia: ad aperiēdū tñ egent claue. Etiā sunt porte quedā que possunt claudi per partē interiorē siue claue ⁊ per partē exteriorē aperiuntur claue. ⁊ hoc modo stat littera. ſ. qꝫ cum aioth egressus est nō habuit aliquā seram. ſ. clauem ad claudendū sed solum coniunxit portas diligenter: ⁊ hoc erat affirmare eas sera. ⁊ hoc non obstante poterat aperire quicunqꝫ staret interius sine claue: sed q exterius erant non poterant aperire. ⁊ sic manserunt sui regis ad portam. In hebreo habet loco totius istius clausule. (Clausit diligenter portas ⁊ clausit). qr̄ tñ ponit bis clausit ne semel ponat supuacue littera nostra retulit primum ad cōiunctionez portarum. Scōm ad affirmationem serarum. nō quidē qꝫ claue vteret ad obfirmandum sera: sed qr̄ diligenter cōiungendo valuas claudebant sere. ¶ Queret aliquis quare clausit aioth domū: nam iam sciebat mortuum esse eglon ⁊ non poterat egredi ad persequendū ipsum vel ad vocādū seruos suos. ¶ Rñdēdum qꝫ aioth iam expleuerat optatum: ideo iam nō optabat nisi saluare se: ⁊ qr̄ si serui regis cognoscerēt hoc anteqꝫ plene aioth fugisset tenuissent eū ⁊ occidissent: voluit qꝫ hoc lateret seruos regis ⁊ clausit ianuā q̄ erat valde accommodata huic operi qō intēdebat aioth. nā poterat claudi ex pte iteriori sine claue ita qꝫ nō posset aperiri ab extra nisi cū claue. poterat ēt ab extra claudi sine claue: ⁊ ab itra poterat apiri sine claue: sed nō ab extra. vñ qñ exiuit aioth nō erat ad portā quisqꝫ de seruis regis aliqn itroissent illico ad regē ne maneret solus: ⁊ nō potuisset claudere aioth illis p̄sentibus: ⁊ sic vidissent mortuū eglon ante recessum aioth ⁊ tenuissent eū: sed nemo erat ad portā: ideo potuit claudere portā ⁊ recedere. cū aūt venerūt serui regis inuenerunt portam clausam ⁊ obfirmatā serā putauerunt qꝫ ob firmasset eā eglon vt purgaret vētrē ⁊ nemo tunc introiret ad eū. ⁊ ob hoc q̄qꝫ ipſi potuissent illico apire cū tenerent clauem noluerūt ne offenderent regem purgantē aluū: vel facientem aliquid secreti: sed expectauerūt tādiu vt rex veniret ad aperiendū. cū vero supra modū mozaret: ⁊ ipſi iā erubescerent aperuerūt portā ⁊ inuenerunt regē mortuum. Hec aūt oia existimauit prius aioth: qr̄ erant veri similia: ideo fecit ea ne caperet. si autē reliquisset apertam portam venientes serui regis ingressi fuissent illico: ⁊ inuenientes regem mortuum tenerent aioth qui nō poterat longe recessisse. (Per posticum egressus est). i. egressus fuit per quādam portam paruam que vocatur postica vel posticum. ⁊ ponit mutatio ordinis. ſ. qr̄ p̄us egressus est p posticum q̄ obfirmaret portas: alioquin nō potuisset egredi. Posset tñ fm istam litteram esse alius sensus. ſ. qꝫ mortuo eglon ipse aioth clausit portas cenaculi magnas per quas erat introitus ⁊ clausit eas a parte posteriori siue iteriori: ⁊ ipe nō fuit egressus per eas sed per quandā aliam portā paruulam in posteriori parte domus vt nō viderent eum serui regis. Et vocatur postica porta posterior. sic enim ebrardus distinguit antiquā ⁊ posticam. vocat antiquā portā que est in parte anteriori domus. ⁊ dz̄ de ante. posticam vocat portam que est in parte posteriori domus. ⁊ dz̄ de post. iste sensus valde conueniens erat ⁊ ista littera totaliter videt illum velle. obstat tamen aliqualiter littera hebraica que dicit qꝫ clausa porta egressus est aioth in quoddā deambulatorium vel domum publicam. ⁊ sic videtur qꝫ egressus fuit per portas illas. Itez qr̄ si sic egressus fuisset aioth manifisset postica aperta ⁊ eadem difficultas esset de postica que de antiqua: ideo tenenduz videtur primum. Si tamen volueris tenere istud secundum satis stat. ⁊ causa egressionis aioth per posticam esset vt lateret egressus eius seruos regis: sed putarent semper eum esse intus: ⁊ ob hoc non curarent. si autem vellet egredi per portam antiquam. ſ. maiorem viderent eum serui regis ⁊ illico ingrederētur illuc. ad posticā autem forte nulli serui regis obseruabant. i. potuit egredi incognita fuga eius. (Seruiqꝫ regis īgressi). i. igressi sunt ad videndum quid rex faceret. ⁊ est sensus qꝫ veniente aioth fecit eglon qꝫ exirent omnes serui sui. ⁊ ista egressio fuit de quadam domo communi in qua tunc erat rex: deinde ingressus est in quo erat cubiculum interius. ſ. in cenaculum estiuum. postqꝫ vero transijt aliquantum temporis: ita vt putaretur finitam esse collocutionem regis ⁊ aioth reuerſi sunt ad illam primam domū in qua regem reliquerant ⁊ ingressi sunt in eam: sed non inuenerunt eum ibi quia introierat in cenaculum estiuum ⁊ inuenerunt obfirmatas portas. (Viderunt clausas fores cenaculi). ſ. tetigerunt eas: ⁊ repererunt esse obfirmatas sera atqꝫ dixerunt postea. (Forsitan purgat aluuz in estiuo cubiculo). erat cubiculum estiuum interius: ⁊ in illo putabant eum tunc purgare aluum. ¶ Motiuum autem fuit duplex. primum quia viderunt ianuas obfirmatas sera. Si autē esset colloquendo vel faciendo aliud quod pudendum non esset sed tenuisset portam patentem vel saltem non obseraſſet eam: ⁊ quia obserata erat boc putauerunt. Secundum motiuum erat quia tamdiu morabatur ⁊ putabant qꝫ maneret purgando ventrem.

¶ Queret aliquis quomodo non viderant serui regis egredientem aioth. ✝ ¶ Respōderi potest dupliciter. vno modo qꝫ quādo rex iussit omnes egredi vt colloqueretur aioth putauerunt serui regis qꝫ manerent aliquantulum in collocutione: ideo recesserunt inde per aliquantulum. aioth autez nihil mozatus est sed illico vt introiuit occidit regem ⁊ clausit ianuas atqꝫ fugit: ita qꝫ cum ipse fugit non erant p̄sentes serui regis. post modicum autem redeuntes inuenerunt portas clausas ⁊ expectauerunt dicentes forsitan purgat aluum ⁊c. ¶ Aliter dici potest qꝫ serui regis erant ad portam aliquantulum distantes ab illa. ⁊ cum aioth occidisset regem non egressus est per illam portam apud quam erant serui regis: sed clausit illam ⁊ egressus est per posticam. vnde quamq̄ non procula porta essent serui regis non viderunt agredi aioth: sed post aliquantulum redeuntes putabāt adhuc ipsuz aioth manere cum rege. ¶ Sz tunc diceretur. quomodo ergo serui regis dicebant forsitā purgat aluum ⁊c. ¶ Dicendum qꝫ quamquaz putarent esse aioth interius: quia tamen intra cubiculum illud in quo erat aioth cum rege quod erat obfirmatuz erat adhuc aliud secretius: putauerunt qꝫ maneret aioth in cenaculo primo ⁊ ingressus fuisset rex in secundū. obstruxerat tamen portam ne quis introiret nesciens ⁊ molestaret regem. ¶ Alij autem volunt dicere aliter scilicet qꝫ serui regis viderant ingredientem aioth per anteriorem portam: ⁊ tunc ipſi venerunt ad regem. ⁊ cum reperirent portam cubiculi clausam ⁊ obfirmataz putauerunt qꝫ pur garet aluum. boc autem aliqualiter videbatur rōnabile. ¶ Sz non stat qr̄ si egressus fuisset aioth videntibus seruis regis ⁊ illi reperissent portā clausaz suspicati fuissent aliquid mali ⁊ tenuissent eum: iō magis verisimiles sunt duo modi p̄missi. (Expectātesqꝫ diu donec erubescerēt). expectauerūt a p̄ncipio putantes qꝫ purgaret aluū: sed cū iā mozaret supra modū erubuerūt. expectādo erubescentia erat: quia cum tamdiu rex mozaretur non aperiendo ceperunt suspicari aliquid mali euenisse illi. ⁊ qr̄ istud

Ebrardi diſcrimē inē ātiq̄ ⁊ posticā

Dubiuz.

Rñsio.

Alia rñ.

Cōfutat. hui⁹ rñ.

Dupler motiuū.

Qō. 25.

Qō.24 A Qr̄ aioth clauserit eglō regez mortuum. ¶ Rñ. ad q̄.

Exercitus eglō debellatio.

Improba. opinionis hebreoꝝ. Prima

Scōa.

Doct. opio penes lr̄az.

✝ Lr̄a hebrea

B

✝

quia istud eueniebat: quia non bene custoditus fuerat ab eis in quo merebantur penam erubuerunt. In hebreo habet. (Usq; ad vesperam.) vbi nos dicimus donec erubescerēt. Et causa diuersitatis est: qz in hebreo ponitur bos z est nomen equiuocum ad verecundiam vel confusionem z ad vesperum: ideo equaliter potest exponi pro erubescentia vel pro vespere. littera tamē nostra posuit donec erubescerēt qz rationabilius erat: qz si poneretur pro vespera non poneretur diu. s. expectantes diu vsq; ad vesperam: qz esset superuacuum: sed solum diceretur expectantes vsq; ad vesperam. ergo accipitur ibi bos pro erubescētia. (Uidentes q nullus aperiret). In hoc patet id quod supra dicebatur. s. q ista porta erat talis que posset claudi per partez interiorem sine claue: z non aperiretur per partem exteriorem sine claue. posset etiam per partem exteriorem claudi sine claue: sed ad aperiendum per partem exteriorem requirebatur claus. vnde putabant q rex clausisset per partem interiorez. z ob hoc expectabant q ipse veniret ad aperiendum ne contristarēt eum in vocatione sua. cum autem viderunt q nullus aperiebat s. nec rex nec aioth ipsi aperuerunt. ex hoc patet aliqualiter q ipsi putabant aioth intus manere alioquin non diceretur videntes q nullus aperiret: sed videntes q rex non aperiret: qz nullus relictus fuerat cum rege nisi aioth: z sic putabant euz intus manere qz non viderunt exeuntem. (Tulerunt clauem). qz ipsi habebant clauem qua aperire possent per partem exteriorem q̄q̄ clauderetur per interiorem vel ab extra. (Et aperientes inuenerunt dominum suum iacentem in terra mortuum). nam silico vt percussit eū aioth corruit mortuus: qz percussio fuit dura: z sic cū itroierint isti serui regis diu erat q mortuus fuisset.

¶ An aioth occidendo per insidias regez eglon stante tregua z pace peccauerit. Et an tregue ō iure nāli sūt obseruāde. Qō. 26

Queret aliquis an aioth peccauit occidēdo regē eglon.

¶ Aliquis respondebit q non: qz deus iusserat occidi omnes chananeos vt p3 Deute. 20. scilz q omnes perirent i ore gladij. z sic erat de eglon qui oppzimebat israelitas: ideo potuit licite occidere eum aioth. ¶ In contrarium videt qz illicitum est statuta pace q aliquis occidatur: sed inter israelitas z eglon erat pax: qz seruiebāt israelite regi eglon. ergo occidendo eum peccabant. ¶ Item aioth occidit eglon per insidias z fraudem magnam dicendo q haberet verbum secretuz ad eum: z talis occisio semper est illicita. ergo peccauit. ¶ Respondendum est q non peccauit aioth: sed potius meruit occidendo regem eglon: qz abstulit hostem hebreorum: z ipse ponitur in catalogo virorum bonorum. Itē quia dicitur q deus suscitauit eum ad liberandum israel vt p3. ō. ipse tamen nullaz aliam liberationem fecit nisi istaz. ergo deus mouit eū ad hāc. z sic non peccauit in illa. Item deus dedit virtutem aioth ad faciendum omnia hec: z reuelauit ei q faceret vt infra declarabitur. ergo nō peccauit faciendo. ¶ Cū autem obijcitur q nō potuit eum iuste occidere qz erat pax inter israel z regem eglon. Responderi potest vno modo q de lege cōmuni illicitum erat q aioth occideret eglon. nam quicunq; hominum sit postq̄z cū eo pax posita fuerit seruanda est. z banc non seruauit aioth. Sz dicendum q cum deus reuelauerit ei q hoc faceret erat actus licitus: qz preceptum dei efficit quēcunqz actum licitū. ¶ Sed adhuc dicet aliquis q preter diuinam reuelationem fieret iste actus licitus: qz israelite non poterant componere aliqua fedra cum chananeis vetante domino: ideo si aliqua interduz cōponerent de facto non tenerent: qz ea que contra ius diuinum fiūt nullius efficacie sunt: z pōt quis contrauenire ꝓpria auctoritate: immo debet: velut si quis iurasset non colere deum vel non seruare precepta: iuramentū est nullius vinculi z debet ꝓpria auctoritate contrauenire. Federa autem huiusmodi erant nulla: quia contra legem dei interposita. ergo poterant propria auctoritate contrauenire israelite. z sic non peccarent. ¶ Sed dicendum q ista solutio non stat propter duo. Primo qz rex eglon non erat chananeus sed moabita vt p3 in littera. ꝓhibitio autem stat de chananeis. s. q nullo mō componeret fedus cū eis sed occideret in ore gladij Deut. 20. cū moabitis autez z ceteris gentibus bene poterāt componi federa de pace z si cōponerent seruanda erant. Scōo non tenet qz dato q cū chananeis nō deberēt iniri federa: z iudei peccarēt iniendo ea. tñ seruari debebāt ne disciperent gentes. nā putarēt chananei q federa inita inter eos z iudeos tenerēt sicut iter reliqs gentes: z ob hoc nō se obseruarēt ab eis. Q3 aūt non seruarent ea iudei qz de⁹ vetuerat z posset in pace perc̄utere chananeos tanq̄z nullo fedre interposito erat penitus ꝓtra ius naturale: ió lz non tenerent federa ex parte iudeoꝝ tenebant tamē in fauorem chananeoꝝ ne notabiliter deciperentur: vel saltez si iudei vellēt non tenere federa debebant denūciare chananeis q illa federa interposita non tenuerant qz erant cōtra legem dei sui: ideo q deinceps caverent tanq̄z nullo fedre interposito: z tūc licitum erat iudeis pugnare de cetero contra chananeos. Eglō igitur dato q fuisset chananeus nō potuisset ex hac parte iuste occidi ab aioth quousq; denunciaretur ei non tenere federa.

¶ Ad scōm cum dicitur q occidit eum per insidias. dōm eodem modo q de lege cōmuni hoc nō licuisset. licuit tamē aioth ex mandato dei z reuelatione. ¶ Aliter autem pōt responderi ad ista duo argumenta. s. q de lege cōmuni poterat aioth occidere eglon. nec peccauit quicquam qz eglon erat hostis israelitarum: aioth vero erat ꝓinceps israel: ideo licebat ei occidere hostē. Cum autem dicitur q egit contra pacez interpositam negandum est hoc. nam non erant federa inter moabitas z israel: qz federa sunt iter eos qui sunt quasi equales z vnus nō dominat alteri. moabite tamen premebant israelitas z exigebant ab eis tributū: ideo nō erant federa inter eos. Nec mouere debet quem quam q maneret secure rex eglon in terra israel: qz hoc non fiebat ꝓpter aliquod fedus interpositū: sed qz cum non possent israelite resistere ei manebat in terra eoꝝ eis iuitis nō tñ petita nec impetrata pace: z ob hoc ne quid mali iudei tentare vellent habebat secum rex eglon. 10. milia moabitarum vt p3. ī. in littera. Eglon igit potuit occidi ab aioth vel a quolibet israelita impune. ¶ Ad scōm quādo dz q per insidias occidit eū. Respondendū q occisio per insidias vel palam habet locuz inter illos qui tenentur mutuo aliquo viculo pacis: z nullus caret sibi ab alio nisi dictum fuerit ei. inter hostes aūt non bz locum ista distinctio occidēdi: qz quocunq; mō quis hostē suum occidat q publice est hostis dū tñ nō interuenerint aliqua federa licite eū occidit: nec dz eū per insidias occidere: qz quilibet se tenet custodire a publico hoste: lz iter eglō z israelitas nullū erat interpositū fedus vt dictū est: ió potuit licite aioth occidere eglon. Si aūt obijcias q si nō fuisset aliqō fedus iter eglon z israelitas nō ꝑmisisset eglō accedere ad se aioth solitarie loquentē. ¶ Rīdendū q nō fecit hoc ꝓpter aliqō fedus interpositū: sed qz putauit q nō auderet aligd agere aioth timore seruoꝝ eglon. nā ēt si fedus fuisset interpositū nō agebat caute eglō ꝑmittendo ad se accedere aioth: sed non ꝑsideravit qz excecauit eū dīs vt traderet illum in manus aioth. ¶ Queret vlterius an deus reuelauit aioth q occideret eglō vel iusserit ei. ¶ Rīdēdū q nō appet ex lra an iusserit vel reuelauerit. Credēdū tñ ē dīno q reuelauerit. nā aliogn nō ausus fuisset aioth tāta aggredi. s. q vellet occidere solus boiem habētē decē milia viroꝝ secū: z q posset euadere. Etiā qūo poterat existimare aioth q rex eglon vellet log cū illo in secreto abeūtibus omnibus. nā istud est ꝺ ꝺsuetudinē reguz gbus nemo loqui pōt nisi ꝑsentibus alijs: ꝑsertim qñ est alienigena z suspectus. potius ergo credere debuisset aioth q nunq̄z posset habere opportunitatē ad loquēdū sic eglon. ¶ Itē dato q crederet hoc fore possibile qūo credidit q posset euadere. nam dīno erat verisimile q dato q eglon ꝑmitteret secū log secrere aioth q manerēt famuli regis ad portā custodientes qd fieret: z sic qñ egrederet aioth ingrederentur illico serui regis ne ipse solus maneret: z videtes eū mortuū tenerēt aioth z occiderēt. ipe tñ obtulit se oibus bis. verisile ergo est q deus reuelauisset ei q subiret ħ: z q ipse dirigeret actū eius. ¶ Item p3 qz sicut existimauit: ita ꝺia euenerūt: lz essent ꝺ ꝺsuetudinē cōem. nā mor vt voluit loqui secrete cū rege ille ꝑerauit ceteriꝫ filētiū z q ide recederet ēt. Etiā cū petiuisset aioth ab eglō q descēderet de throno qz bēbat verbū dñi ad eū ꝺsestim descēdit. z tñ mirū est: qz reges ēt nimis deuoti nō solēt tātā reuerētiā exhibere verbo dei q̄tuz iste gētilis exhibuit. ex quo apparet q deus eū iuitū trahebat. ¶ Itē qñ exiret rege iterfecto aioth erat magnū piculum: qz fuit regis deberēt stare ad portā: z tñ tūc nullus stetit qz oēs recesserāt: ita q tātā rē nemine sciēte fecit. Dōz igit manifeste q nullo mō iste facere potuisset talia nisi deus eū spāliter direxisset: z dato q ipm dirigeret ipe nō ausus fuisset talia facere vel aggredi saltez nisi deus ei reuelasset de possibilitate z de modo. (Aioth aūt.) Hic pōt esse q̄rtū huius ptis. s. hostiū debellatio. nā mortuo eglon faciliter oēs viri sui occisi sunt. (Aioth autē dū illi turbarent effugit). non est sensus q fugeret dum illi turbabant. s. q dū erāt turbati de morte inspata eglon recesserit aioth: sed ꝑus fugerat nescientibus moabitis. dz tñ dū illi turbarent. s. q dum illi erant turbati habuit locum aioth integre

Lra hebrea.

Rñsi. ad quesituz.

Ad. 1. rō nē in diuersum.

Dei p̄ceptū efficit quēcūqz actū licitum.

Alia rñ.

Impbō 1. rō.

B 2. rō.

Ad. 2. rōez

Alit ad. 1. rōnē in diuersum.

Alit ad. 2. rōnem.

Obiectio

Rñsio.

Qō. 27

A

An ō⁹ reuelarit aioth q occidēt eglon vel iusserit ei

□ Rñsi. ad q̄. 1. rō.

2. rō.

B

†

Postiū de bellatio.

3. rō.

4. rō

fugiendi: qz cum vidisset tam graue z tam insperatum malū oiu turbati subsiterūt: ita q̄ non venit eis in mentez persequi aioth.cuz autez redierunt in seipsos iā fugerat longe aioth. (Et pertransiit locum idolozum).s.galgalā vbi erāt idola eglō: vel vbi ve lapidicina lapides cedebanť ad fabricādū idola.sz p̄mū verius est. (Unde reuersus fuerat).i.ab illo loco reuersus fuerat ad occidendum eglon. Jerat nāq; primo aioth cum multis alijs israelitis ad ferendum munera regi: z expeditus ab eo rediit cū socijs suis venitq; vsq; ad locum idolozū: z ibi dimittēs eos vt recederent reuersus est ad eglon z occidit eū. (Uenitq; in seyrath).iste locus est in sorte effraim z erat propinqua sors effraim loco in quo occisus est eglon.naz apud galgalā sunt cō finia sortis beniamin z effraim:locus tñ idolozuz erat galgala. (Et flatiz insonuit buccina in monte effraim).mōs effraim vocať tota sors effraim.vnde in oibus locis vbi agitur ve aliquo loco sortis effraim dicit̄ q̄ est in monte effraim.pz Josue.c.17. z.20.et.21.pz etiam.s̄.p̄mo z primo Reg.p̄mo z multis locis. Insonuit autez buccina ad conuocandum viros bellatozes ad pugnandum contra moabitas: z insonuit imediate vt occidit eglon:qz moabite videntes regem mortuuz timerent tanq̄ nō habentes ducem.putarēt ēt q̄ israelite qui hoc aggressi fuerāt aliud maius malum disposuissent facere:ideo non auderēt spectare sed fugerent in terrā suam.ad hoc autem aioth preoccupauit clangere buccina vt congregarenť cito viri bellatozes z occuparent vada iordanis ne fugerent moabite. ¶Queret aliquis an aioth reuelauerit israelitis anteq̄ faceret q̄ volebat occidere eglon. * ¶Respōdendum q̄ non patet ex littera. Dōm tamen q̄ non reuelauit eis:qz ex hoc poterat pericli tari ipse aioth z etiam alij israelite.nam forte aliquis esset inter israelitas p̄ditoz sicut semper sunt aliqui in magnis cōmunitatibus:z ille vt magna bona impetraret a rege eglon reuelaret ei vel seruis suis quid facere vellet aioth: z tunc caperetur aioth z occideret.reliqui autez israelite tanq̄ conscij huius criminis p̄emerenť nimis supra solitum:ideo vt euitaret hec tacuit.z ob hoc etiam noluit q̄ quando ipse occideret eglon manerent socij sui in vrbe palmarum in qua erat eglon:sed venit cum eis vsq; ad locum idolozum z inde rediit ad occidendum regem. ¶Item pz hoc qz si aioth nunciasset hoc israelitis ipsi congregati essent anteq̄ aioth rediret ve occisione:z nou oportet q̄ clangeret buccina ad congregandum exercitum. (Descenderūtq; cum eo filij israel).non omnes israelite sed illi qui cōgregari cito potuerūt de monte effraim.nam lz magnā multitudinem potuisset congregare aioth:qz tamen interim, moabite fugientes trāsirent vada iordanis accepit quos potuit viros belli z preoccupauit vada iordanis dum non transiuisset aliquis israelita. (Ipso in fronte gradiente.)ipe erat dux:ideo gradiebať in fronte.i.in principio exercitus ad dirigendum z animandum ceteros vt nemo recusaret accedere quando ipse iret. (Qui dixit ad eos.segmini me). In hoc reddebat eos attentos ad agēdū qō ipse ageret:z ob hoc ipse preibat in fronte exercitus qz volebat q̄ ceteri sequerenť euz. (Tradidit dominus inimicos vestros moabitas in manus vestras). In hoc cō fortabat eos z hortabať ad bellum.s.si vultis pugnare inimici vestri moabite in manu vestra sunt.s.qz non permittetis eis transire iordanem.z hoc fecit dñs.s.qui dedit vobis istam opportunitatem vt sic possetis eos occidere. (Descēderūtq; post eum).s.qz ipse gradiebať in fronte exercitus. (Et occupauerūt vada iordanis).ista fuit opportunitas iudeis ad occidendum moabitas.nam erat rex eglon in vrbe palmaz siue in hierico z cum eo viri sui.ista aūt ciuitas non multum distat a iordane. cum aūt vidissent moabite mortuum regem:scientes se nō posse resistere israelitis deliberauerunt fugere in terraz suā moab que coniuncta est iordani ab oriētali parte. Jordanis vero est fluuius magnus qui raro transiaderi pōt. Pontes etiam non habet.in quodaz tñ loco erāt vada p̄ que ībatur in terra moab: z cum non essent nisi in illo loco occupauerunt ea israelite z tenebant clausos moabitas.cumq; aliquis ad transeunduz veniret occidebant euz. (Qui trāsmittunt in moab).lz iordanis alibi vada habeat:non tñ habet alibi vada per que eatur in terram moab nisi illa:ideo israelite in illo loco solum expectabāt moabitas certi q̄ illuc venturi essent. (Et non permiserunt trāsire quemq̄).s.qz israelite erāt multi apud vada.moabite aūt desiderio euadendi dispersi erant: z quilibet fugiebat qua poterat.vnde omnes faciliter capiebanť. (Sed percusserūt moabitas in tempore illo).siue ad vada iordanis siue alijs bellis si qua postea gesta sunt. (Circiter decem milia).tot secum habebat rex eglon qz erat rex potentissimus z erat nūc in terra bostium:ideo ne quid auderēt in ipsum cōmittere tenebat secum magnum z robustum exercitum. (Omnes robustos z viros fortes).i.omnes isti viri decem milia erant robusti:quia cum eglon veniret in terram bostilem in qua paratus esse debebat ad bellum debebat secum habere viros ad bellum aptos.vnde elegerat fortissimos viros in tota terra moab.in hebreo habetur. (Omnes pingues z viros fortes). Et ponitur hic eadē dictio vbi nos ponimus robustos que ponitur supra cum dicit̄. de eglō q̄ erat crassus nimis.s.samē qō significat pinguedinē. littera tamen nostra posuit robustos:qz sm̄ modum hebraicuz viri magnarum virium vocantur pingues.consuetudo autem latinozum hoc non suscipit:ideo transtulit sensuz ex sensu: z nō verbum ex verbo. (Nullus eozum euadere potuit).s. quia nō habebant transitum nisi per vada iordanis: z illa occupauerāt israelite antequā quisquam de moabitis transiret:ideo omnes interfecerunt. (Humiliatusq; est moab die illo sub manu israel).i.non ausus fuit amplius se erigere contra israel sicut p̄us. Non tamen est intelligendum q̄ israelite oppresserint moabitas sicut ipsi oppresserant israelitas. nam israelite non transierunt in terram moab ad subijciendum illam sibi z ponēdo sub tributo. * ¶Queret aliqs an peccauerint isralite pugnādo contra moab. Aliqs dicet q̄ sic:qz deus dixit Deuter.2.q̄ nō mouerentur nec pugnarēt contra moab z amon. ¶Respondendum q̄ non peccauerunt israelite:qz ex parte dei ibant ad pugnandum:z deus dabat eis istam victoriam sicut dixit aioth.s. tradidit dominus inimicos nostros moabitas in manus nostras. Deus tamen non induceret eos ad pugnandum:nec diceret hoc aioth si peccarent pugnando. ergo non peccauerunt. ¶Ad rationem in contrarium dicendum q̄ illud preceptum fuit temporale:ideo non obligauit ad semper.quod patet:qz in eodem.c.dicitur.tu transibis hodie terminos moab vbem nomine ar:z accedes in vicinia filiozuz amon caue ne pugnes cōtra eos nec mouearis ad prelium.z sic soluz vetatur ibi pugna pro illo tempore quo transibant israelite per terminos moab z amon z non pro sequenti tempore.vnde licite pugnare poterant si aliqua causa rationabilis suboziretur. ¶Item prohibitio pugne non fuit ibi directe ad tollendum pugnam:sed vt israelite non caperent aliquam partem terre moab vel amon.nā subditur in eadem auctozitate.non enim dabo tibi de terra filiozum amon quia filijs loth dedi eam in possessionem. quasi dicat non pugnes contra eos ad eripiendum terram de manu eozum:quia nihil dabo tibi de terra eozum. Et sic est dicenduz q̄ nunquam licuit israelitis saltem pro tunc accipere terram moabitarum z amonitarum vel aliquam partem eius in possessionem etiam si pugnarent ex causa legitima. licebat tamen interdum pugnare. z sic dauid multotiens pugnauit contra moabitas z amonitas. De moabitis patet.2.Re.8. De amonitis patet.2.Reg.10.c. saul quoq; pugnauit contra amon z moab vt patet primo Reg.11.et.14.c. ¶Item illud preceptum intelligitur quantum ad hoc q̄ israelite non mouerent bella contra moabitas z amonitas. si tamen moabite z amonite pugnarent contra israel:nulla ratio esse poterat que tolleret israelitis istam defensionem z pugnandi ius ad repetendum z resarciendum iniurias z damna inflicta. ¶Queretur vlterius dato q̄ liceret israelitis insurgente causa pugnare contra moabitas z amonitas:an nūc liceret pugnare. ¶Aliquis respondebit q̄ non:quia oportebat q̄ moabite inferrent aliquam iniuriam vel damnum israelitis propter qō ipsi possent iuste moueri.nunc autem non erat sic:quia erat pax inter moabitas z israelitas cum manerent moabite in terra israel:z ipsi israelite ruperunt pacis federa armando bellum contra moabitas.ergo peccauerunt. ¶In contrarium dicenduz q̄ habuerunt israelite iustam causam pugnandi.nam moabite mouerant a principio iniusta bella contra eos z interfecerant multos de eis z rapuerant bona ipsozum:subiecerantq; eos in seruitutem annis.18.z tributa grauia imponebant super eos. pro bis omnibus poterant israelite pugnare cōtra moabitas vsq; ad plenam satisfactionem pro iniurijs z damnis.nec oportebat q̄ ad hoc israelite indicerent bellum cuz solennitate ipsis moabitis ad hoc q̄ se pararent z postea pugnarent:quia istud requiritur quando nondum cepta est hostilitas inter aliquas gentes.quando tñ cepit z continue durat nō opz indici bellum cū aliqua solēnitate:z postq̄ aliqs semel hostis est quousq; desinat ee hostis amonit⁹ ē vt se custodiat. ¶Sz adhuc subijciek q̄ q̄q̄ ista mala passi fuerāt isralite a moabitiz:qz semel fuerat pax interposita

Ad qd isonuit buccina.

Qō.28 A An aioth isralitis revelarit añq̄ facēt q̄ volebat occidē eglō. * Rñ.ad q̄ sitū q̄ nō. 1.rō.

2.rō.

Isralite ad bellū ꝫ moabitas hortabantur.

Ad rōes ioiuersū

Qō. 29. A An peccauerint isralitis pugnādo ꝫ moab. Rō i oppositum. Rñ. ad q̄situm.

Qō. 30. A An isralitis nūc ꝫ moabitas z amonitas liceret pugnare ¤ q̄ ñ rō In ꝫriū. 1.rō.

Obō.

pax interposita non poterant mouere bellum: quia sic omnia preterita erant remissa per federa supuenientia: vel si non erāt remissa saltem dum federa durabant non debebant mouere
Rñsio. bellum. ergo peccauerunt. ℂ Respondendum q̄ inter israelitas ⁊ moabitas erant nulla federa: sed israelite victi fuerunt a
B moabitis qui violenter manebant in terra eorum ad premendum eos ⁊ exigendum tributa per. 18. annos. ⁊ dato q̄ mille annis mansisset non cansabatur aliquod vinculum pacis eo q̄ israelite hoc sustinebant q̄z illud non poterant elidere. data igitur eis quacunq̄ opportunitate contra moabitas poterant licite insurgere ad pugnandum siue publice siue latenter. ⁊ sic nūc fecerunt ideo non peccauerunt. ratio autem adducta in cōtrarium presupponit falsum. s. q̄ esset pax inter israelitas ⁊ moa-
† bitas. (Et quieuit terra octuaginta annis a prelijs). isti. 80. anni computātur sic. s. a morte othonielis primi iudicis postq̄ populus manens aliquanto tempore sine iudice bonus fuit: deinde declinans ad idola oppressus est ab amonitis ⁊ a moabitis annis. 18. post quos surrexit aioth: ⁊ principatum tenuit vsq̄ ad annum. 80. completum. sed forte principatus suus non fuit
† 50. annorum: q̄z reliquum tempus intermedium fuit sine iudice. (Post hunc fuit sangar). Dic ponitur de tertio iudice qui
De sangar ctio israelitarū iudice. scribitur nomen tribus ⁊ familie de qua erat iste sangar sed solum q̄ erat filius anath. ⁊ hoc forte q̄z anath erat aliquis vir tā
† cognitus inter israelitas q̄ illo nominato cognita erat tribus
Nicolai opinio ō sangar. ⁊ familia. (Qui percussit de philistinis sexcentos viros). istud fuit opus clarissimum. s. q̄ vnus vir occideret sexcentos in pugna. Nicolaus autem vult q̄ iste sangar non occidit oēs. 600.
Imp̄bō dum: ⁊ omnes simul occiderunt sexcentos viros. ℂ Sed hoc non multum stat: q̄z littera expresse dicit q̄ ipse occidit sexcentos viros. q̄ ergo velimus eam distrahere a suo sensu sine necessitate est valde irrationabile: ⁊ sic tolleret omnis certitudo significationis in scriptura. si autem esset aliqua necessitas de-
beret mutari sensus scripture quantum ad cortícem. hoc autez non esset nisi dicamus q̄ sangar non potuerit occidere sexcen-
L tos viros vomere. sed hoc nō stat sed samson occidit mille viros habens solum mandibulam asini vt p̄z. j. 15. ergo a fortiori posset iste occidere sexcentos. Nec obstat q̄ si dicas q̄ spiritus domini erat in samsone ⁊ dederat ei vires supernaturaliter. nam nō solum erat deus in eo. sed etiam de omnibus aliis iudicibus dicitur q̄ deus suscitauit eos in iudices: ⁊ q̄ factus est spiritus domini super illos. ergo bis quoq̄ dari vires poterant supernaturaliter. ⁊ verisimile est ad tempus eis datas: l̄z non continue sicut samsoni: ⁊ hoc tenent omnes vt iosephus ⁊ historia scholastica. ⁊ ad hoc littera expressit illud tanq̄ spāle
† opus dei. (Uomere). In hebreo habet aliud nomen q̄ significat virgā qua minantur boues. ⁊ vocatur vulgariter aguiada. ⁊ pro vomere habet communiter aliud nomē apud hebreos vbicunq̄ ponitur sicut p̄z. 1. Reg. 13. ⁊ Esa. 2. littera tamen nostra posuit vomerem q̄z virga qua minantur boues fragilis est ⁊ non poterat esse sufficiens instrumentum ad occidendum tot viros. Dicunt tamen hebrei ⁊ Nicolaus q̄ de illa fecit lan-
† ceā vel vsus est ea tanq̄ lācea ⁊ occidit multos. (Et ipse quoq̄ defendit israel). i. l̄z non egerit opera tā grandia vt alij iudices: tñ etiam ipse defendit israel. nam volētibus philistinis intro ire in terrā israel iste sangar restitit eis ⁊ occidit sexcētos: ⁊ cessauerūt hac vice philistini ab ingressu in terrā israel.

ℂ Quare nō computatur tempus quod fuit sub principatu san-
A gar tertio iudice. Questio. 31.

Rñsi. ad q̄situm 1. rō. **Queret** aliquis quare non computatur tempus q̄ō fuit sub principatu sangar sicut cōputatur sub alijs iudicibus. ℂ Rñdendū q̄ duplex rō fuit. pma est paruitas operis. nā l̄z sangar quantū ad psonam suā plus forte egit q̄ī iudices p̄cedentes: ⁊ q̄ī qlibet de sequentibus preter samsonem: tñ quantum ad ppl̄m fuit paruuz opus: q̄z non liberauit ppl̄m de magna afflictione sicut quilibet duoz precedētium iudicū: nazz ppls fuerat in captiuitate aliquādo tpe qñ quilibet illoz factus est iudex. s. ante othonielē. 6. annis: ⁊ ante aioth annis. 18. ⁊ isti fecerunt magna bella ō reges ⁊ pplos: ⁊ liberauerunt israel de seruitute. cū vero surrexit sangar nō erat populus israel in seruitute sub aliquo pplo: l̄z philistini tūc volebāt oppremere eos: ⁊ sangar exiēs illis obuiā cōpescuit illos occidēs sexcētos. sed ista nō est cā potissima. nā alij iudices minus fecerunt q̄ī sangar ad vtilitatez populi. s. q̄z nihil boni egisse legunt sicut thola iair. j. 10. ⁊ abesan: chialō: abdon. j. 12. nā de nullo horz legitur q̄ fecerit aliqō bellum. ℂ Scōa causa ⁊ precipua fuit paucitas temporis. nam fertur q̄ sangar eodem anno quo mortuus est aioth surrexit ⁊ eodem mortuus est vt ait historia scholastica ⁊ tenent istud historiographi. vnde tempus suū computatur cū tempore aioth. Quod p̄z q̄z mala facta post mortem sangar dicuntur facta post mortem aioth vt p̄z sequenti. c. s. addiderunt filij israel facere malum post mortem aioth: ⁊ cuz illud malum quod ibi fecerunt ⁊ captiuitas vel seruitus quā sustinuerūt p malo illo sub rege iabin cōputatur sub. 40. annis barach ⁊ debore: tanq̄ī inter aioth ⁊ delboram non fuerit aliqs iudex. ⁊ sic de vno anno nō fit mentio. Alij autem iudices qui rexerunt. 7. vel. 8. aut. 10. annis q̄ī q̄ī nihil fecisse legantur habent computationem temporis per se in scriptura: sicut thola iair abdon abesan chialō: q̄z maiori tēpore rexerunt vt p̄z. j. 10. et. 12. 2. rō.

Qō. 32
A
Qr de sangar nō oz q̄ suscitauit eis dns saluatorem noīe sāgar.
R rñ. ad q̄st. 1. rō.

ℂ Queretur vlterius quare de sangar non dicitur q̄ suscitauit eis dominus saluatorem nomine sangar: sicut dicitur de alijs suscitauit eis saluatorez nomine othoniel vel aioth. R ℂ Respōdendum q̄ fuit propterquo. Primo q̄z spiritus domini significat aliquid magnum: ⁊ nunq̄ī dicitur de aliquo q̄ moueā a spiritu dei nisi egerit aliquid valde magnum. Sangar autem non fecit aliquid magnum in israel: quia non triumphauit in magnis bellis sicut alij iudices: ideo non dicitur q̄ suscitauerit eum deus, patet hoc quia alij iudices liberabant penitus terram tempore suo de manu hostium. Sangar tamen l̄z egerit stragem illam in philistinis non liberauit penitus israel de manu hostium: sed habitabant israelite cum timore vt patet infra 5. c. in diebus sangar filij anath ⁊ in diebus iabel quieuerūt semite: ⁊ qui ingrediebantur per eas ambulauerūt per calles deuios: cessauerunt fortes in israel ⁊ geuerunt donec surgeret debora surgeret mr̄ in israel. q. d. tpe sangar israelite non audebant ambulare publice per terram etiam si essent viri fortes: sed ambulabant per calles deuios ⁊ incognitos. ⁊ hoc durauit vsq̄ ad delboram cuius tempore fuit facta plena liberatio. ℂ Secūda ratio huius est ⁊ precipua: quia deus dicebatur suscitare aliquem saluatorem quando israelite premebantur ab hostibus ⁊ clamabant: ⁊ ad clamorem eorum deus suscitabat aliquē qui liberaret eos. sicut patet supra de othoniele ⁊ aioth. De sangar autem non fuit sic: quia non erat israel clamans ad dominum quando surrexit sangar: sed philistini veniebant super terram israel: ⁊ sangar obuius illis percussit sexcentos. hoc ēt patet quia dicitur hic in littera. ⁊ ipse defendit israel. de alijs autem iudicibus dicitur q̄ liberauerunt israel. Differentia autem vel saluare est tollere aliquem qui premebatur de potestate opprimentis. sic sangar restitit philistinis venientibus ne introirent: ⁊ non repulit vel exclusit aliquos iam dominantes. Othoniel autem ⁊ aioth expulerūt hostes iam dominantes in terra. Per hoc etiam probatur q̄ non fuerint magna opera sangar: q̄z non dicitur de illo q̄ liberauit israel sed q̄ defendit: non quidem ab omnibus: sed a philistinis solum. manebant tamen adhuc israelite in timore vsq̄ ad tempus delbore vt p̄z. j. 5. 2. rō.

Qō. 33
A
Qr nō dicū ē trā geuisse tanto vl̄ tāto tpe sub sangar Rñ. ad q̄st. 1. cā.

ℂ Queretur vlterius quare non dictum est de tempore. quieuit terra tanto vel tanto tempore sicut de alijs iudicibus dicitur vt patet supra in littera de othoniele ⁊ aioth: ⁊. j. 5. de delbora vna est quia terra dicitur quieuisse toto illo tempore q̄ō computatur sub illo iudice: vt si computātur anni. 40. dicitur quieuisse annis. 40. sed sub sangar non computatur aliquod tempus q̄z paucum fuit: sed colligitur tempus eius sub aioth vt. s. dictum est: vel sub delbora vt quidam volunt. ergo nō pōt dici q̄ quieuerit terra sub eo. ℂ Secunda cā est q̄z terra dicitur quiescere q̄z penitus liberatur ab hostibus: sub sangar tamen non fuit penitus liberata: ideo non dr̄ quieuisse. p̄z hoc q̄z sub othoniele dicitur quieuisse terra eo q̄ ipse oppressit cusanrasathain regē syrie ⁊ liberauit penitus terrā israel de manu syrorū. Aioth quoq̄ humiliauit moabitas ⁊ expulit eos de terra ⁊ occidit regē eorum: ita q̄ postea moabite nunq̄ī ingetauerūt israelitas: tpe tñ sangar nō quieuit terra: q̄z non audebant israelite ambulare publice per terraz vt p̄z. j. 5. c. s. in diebus sangar filij anath ⁊ in diebus iabel cessauerūt semite: ⁊ qui ingrediebant per eas ambulauerūt calles deuios: cessauerūt fortes in israel ⁊ quieuerūt. s. nō audētes publice ambulare donec surgeret debora: surgeret mr̄ in israel. ℂ Queret vlterius quare nō dicitur tempore sangar q̄ addiderunt filij israel facere malum coram dño. nam sub alijs iudicibus sic dr̄. sic etiam p̄z presenti. c. cum dr̄ q̄ mortuo vno iudice reuertebant filij israel ⁊ facie- 2. rō.

Qō. 34
A
Qr non dr̄ tpe sangar q̄ addiderūt filij israel facē malū coram dño.

bant maiora q̄ fecerant patres eorum: ⁊ tunc demum afflicti clamabant:⁊ deus dabat alium iudicem. ¶ Responderi potest dupliciter. vno modo q̄ ante tempora sangar israelite non diuerterunt ad idola hoc modo. scilicet sangar surrexit eodem anno quo mortuus est aioth ⁊ nondum declinauerant israelite ad idola:ideo non dicitur addiderunt. ⁊ hoc cōsonat communi sententie hīstorie scholastice ⁊ aliorum. ¶ Aliter potest dici q̄ sangar pauco tempore iudicauit. s. vno anno vel parum plus:⁊ tū non fuit immediate post sangar:sed annis aliquot post:⁊ ante eum declinauerant israelite ad idolatriam ⁊ deus tradiderat illos in manus regis iabin : ⁊ tamen q̄ non computatur aliquot tempus sub ipso sed sub delbora non fit mentio quasi ipse fuerit iudex:sed quasi nō fuerit quisq̄ inter aioth ⁊ delboram. hoc autem colligitur sequenti. c. cum dr̄ addiderunt filij israel facere malum coram dño post mortem aioth: ⁊ sic ante sangar fuit. s. aliquis. ¶ Adhuc dicet q̄ malum quod fecerunt filij isr̄l̄ post aioth non fuit ante sangar sed post. dicit̄ tamen post aioth ⁊ non post sangar:q̄ non cōputantur tempora sangar. ¶ Sed hoc nō stat:quia. j. 5. dicitur. in diebus sangar filij anath ⁊ in diebus iabel cessauerunt semite ⁊ qui ingrediebantur per eas ambulauerunt calles deuios donec surgeret debora:surgeret mater in israel. ergo vī q̄ tempore sangar opprimebant̄ israelite ab aliquo ita vt non auderēt ambulare. ⁊ illa oppressio fuit ablata tempore delbore:sed sub delbora non fuit ablata aliqua oppressio nisi quā faciebat iabin rex asor. ergo tempore sangar iaz premebat israelitas iabin. ¶ Dicendum ergo necessario q̄ inter aioth ⁊ sangar interciderūt aliqua tempora:⁊ in illis aliquantulum post mortem aioth seruierunt israelite domino quo cito derelicto coluerūt idola: p quo deus tradidit illos in manus iabin regis asor:⁊ oppimebat eos nimis. hoc dum fieret accidit vt philistini ruerent sup israelitas:quibus exiens obuiam sangar occidit sexcentos vomere ⁊ defendit israel. quantuz ad illos tamen non potuit aliqd agere contra iabin regem asor. ⁊ sicut quiescebant tunc temite. s. p timore regis asor:ita q̄ non audebant israelite publice ambulare de loco ad locum sed ambulabāt calles deuios vt dicitur. j. 5. ⁊ ista est veritas. non ergo debuit poni ꝟ q̄ addiderunt filij israel facere malum coram dño:q̄ sequenti. c. ponitur maluz qō fecerant ante sangar. Cā autem quare non ponitur illud anteq̄ dicatur de sangar:est q̄ sangar nō liberauit israelitas a malo quod incurrerunt propter malum quod fecerunt post aioth. nam illud fuit seruitus sub rege iabin a qua liberauit delbora ⁊ barach israelitas vt p̄z sequenti. c.

Rñsi. 1. ad quesituz.

Rñsi. 2. ad quesituz.

Rñ. quorūdam.

Cōfutatio.

B

Dec. qōnis

¶ Chronica euentuū tpaliū sub othoniel ⁊ aioth iudicib⁹. Qō. 35.

A

Chronica euntuuz temporaliū sub bis duobus iudicibus othoniel ⁊ aioth hec fuit. Othoniel iudicauit. 40. annis q̄s̄ q̄s̄ non incipiant sub eo sed ab introitu israelitarū in terrā chanaan ⁊ finiuntur in morte eius. cepit tamen p̄ncipatus suus anno. 66. ab exitu de egypto. s. computā do. 26. annos priores sub iosue vt ait Josephus. 5. antiquita. ⁊ fuit ꝟ anno. 572. etatis tertie que cepit ab abraam. anno autem mundi vt volunt bis millesimo quingētesimo vicesimo secundo. ⁊ hoc ſm computationem quā tenet littera biblie hebraice circa etatem p̄mam seculi in qua ponit annos. 1654. ⁊ tamen ſm bibliam. 70. interpretū. ⁊ vt ait Augu. 14. de ciuitate dei fuerunt anni bis mille ducenti quiquaginta duo. ⁊ sic supsunt anni q̄si 600. ⁊ ſm banc computationem esset tunc annus mundi quasi tertius millesimus demptis. 60. huius inquam tempore regnauit athenis quartus rex. Erichthonius cui supererāt adhuc. 4. anni p̄ tempore aioth vt declaratum est precedē. c. ⁊ mortuus est. 4. anno aioth:cui successit quintus rex athenienſis nomine Pandion q̄ regnauit annis. 40. ⁊ mortuus est iudicante adhuc aioth anno suo. 44. iste pandion habuit duas filias. s. progne ⁊ philomenam de quibus p̄cedenti. c. prosecuti sumus. post pandionem cepit athenis regnare sextus rex nomine erichthonius qui fuit sēs erichthonius rexitq̄. 50. annis:mortuusq̄ est post mortez aioth annis. 14. Quod p̄z q̄ vt. s. dictum fuit nunc anno. 44. aioth mortuus est pandion:iō supererāt de annis aioth ad complendum. 80. annos. 36. sed erichthonius secundus regnauit annis. 50. ideo oportet q̄. 14. annis post mortem aioth mortuus fuerit:eratq̄ ille annus. 14. sub barach ⁊ delbora. hoc tempore. s. othonielis charinus in thebis grecorum regnauit ex cuius filia semele natus est Dionysius qui a poetis vocatur bacchus vel liber pater. s. quia inuenit vsum vitis in grecia. De genealogia huius chatini ⁊ infortunijs domus sue enarrat Ouidius metamor. libro. 3. per maiorem partem eius. sub hoc fuit linus thebeus musicus de antiquissimis poetis. eo tēpore danne fuit ex qua perseus genitus est qui per implunium aureum genitus dicitur vt ferunt poete. de quo Terētius in eunucho ⁊ Augustinus de ciuitate dei libro. 2. iste perseus pugnauit cōtra quasdam gentes asie quas redactas in ditionem suam ex nomine suo persas appellauit tēpore othonielis. Bithinia ciuitas condita est a phenice ista est in qua beatus Lucas mortuus est. phenix quasdā litteras phenicibus tradidit ⁊ ad lenduz vermiculum vt inde littere fiant vel picture instruxit. vnde ⁊ color illi phenicеus dictus est qui postea mutata littera puniceus dr̄. Ciuitas ephira que postea corithus appellata fuit in grecia tūc a sisypho condita est. minos filius europe regnauit in creta. de bis Vincentius in speculo hīstoriali lib. 3. ⁊ hīstoria scholastica. Aioth iudicauit israel. 80. annis:nō q̄ toto hoc tempore iudicauerit cum includantur hic tempora sine iudice ⁊. 18. anni quibus rex eglon oppressit israelitas:sed q̄ in fine istorum annorum aioth mortuus est. ⁊ terminat̄ istud tempus anno. 160. ab exitu de egypto. Quod p̄z computando. 40. annos deserti ⁊ totidem othonielis ⁊. 80. sub aioth. fuit autez iste annus ab initio. 3. etatis. 665. ⁊ ab exordio seculi. 2613. volunt autem q̄ ceperit p̄incipatus aioth elapsis solū. 18. annis de istis. 80. ⁊ sic fuit p̄incipatus suus. 62. annorum. hoc autem est si illi. 18. anni quibus israelite seruierunt regi eglon computentur statim post mortez othonielis:q̄ satis est verisimile. Tēpore aioth (vt dictum est) regnabat athenis erichthonius sēs vel erichtheus vt alij nominat cuius filia fuit orithia quā boreas rex trassum rapuit. de hoc ponitur fabula. 6. metamorphoseos:q̄ boreas sit ventus ⁊ q̄ rapuerit orithiā per aerem. vnde dicit orithiam amans suluis amplectitur alis. ⁊ sic continuat Ouidius istas hīstorias vt cronographi. in diebus aioth cirene ciuitas samosa in lybia condita est. de qua habetur Actu. 2. s. ⁊ qui habitant cirenem ⁊ partes lybie. tunc triptolemus longa naui eleusim veniēs frumenta ibi distribuit. de hoc est fabula q̄ curerit frumenta super serpentes: vt p̄z per Ouidium. 5. metamorpheos. ⁊ veritas fuit q̄ in naui longa portauit cuius insignia erāt duo picti serpentes sed poete habent locum transformādi. Sic etiam dicitur q̄ iuppiter in forma tauri rapuerit europam filiā regis tyri ⁊ curerit super mare in dorso vt p̄z. 2. metamorpheos ⁊ Seneca in tragedia. 4. cuius nomē est hippolyt⁹ carmine quod incipit. diua non miti generata ponto. veritas autem fuit q̄ rapuit eam ⁊ curit in quadam naui cuius insignia erāt taurus pictus. Sed Ouidius aliter ordinat istud de triptolemo. nam dicit illud accidisse ante regem pandionem ⁊ hīstoriam de progne ⁊ philomena. naz de triptolemo ponit in fine. 5. metamorphoseos. ⁊ de pandione ⁊ filiabus ponit vltra mediū. 6. hoc tempore ferunt fuisse raptam proserpine. de quo fabulose loquitur Ouidius. 5. metamorphoseos circa finem. veritas autem fuit q̄ orcus rex molossorum proserpinam rapuit:ad cuius raptum econuerso venerant hercules theseus ⁊ pyrithous. Canis autem ingens quidam regis molossorum qui cerberus dicebatur pirithoum deuorauit ⁊ deuorasset theseum nisi eum hercules liberasset. ex hoc habuerunt poete locum fingendi q̄ cerberus erat canis inferni ⁊ ille deuorauit pirithoum eo q̄ dominus suus rex molossorum vocabatur orcbus qui eandem significationē habet cū inferno. ⁊ istud apud multos poetas vulgatur. hoc tempore frixus ⁊ helles sorores sua insidias nouē calles euaserunt in quadam naui cuius insigne erat aries pictus. helles autem timens fluctus maris in pelagus demersa est qō ab ea nomen accepit. ⁊ vocatur hodie hellespontus idest pontus vel mare helles. ⁊ est nomen maris quā insule circa finem europe versus orientem. ex hoc autem insurrexit fabula apud poetas q̄ frixus ⁊ helles super arietem quendam equos transierunt. ⁊ ob hoc rudis vulgus arietem inter celi constellationes collocauit: ⁊ est primum inter signa zodiaci quamquam alias communes astronomi ponāt. Eo tpe in dardania regnabat tros a quo Troiam vrbem conditam ⁊ nominatam ferunt. tunc perseus pugnauit cōtra gorgonē que meretrix erat. pre nimia pulchritudine ⁊ maleficijs aspicientes mentis impotentes reddebat. de hac fabula est tres fuisse sorores gorgonidas qui vno oculo vtebantur ⁊ aspicientes conuertebant in lapides. de quo Ouidius. 4. metamorpho. In quo ipe discordat a narratione temporis ſm nos:q̄ preponit hoc ad omnia facta que nos prepositimus ex tempore moysi vsq̄ huc. eo tempore Dionysius. i. bacchus vel liber in india ciuitatez nisam cōdidit:⁊ eam suo nomine appellauit. de his Vincentius in speculo hīstoriali lib. 3. ⁊ hīstoria scholastica.

In bithinia mortuꝰ ē btūs lucas.

Ephira ciuitas

Aioth quot annis iudicarit.

Nota veritatē fabule.

De his vide laute ⁊ latius doc. i cō. sup Eus.

Pādiō q̄n rex athenienſis prognē ⁊ philomenā filias būit.

B

¶ Cap. iiij.

¶Capitulum.iiij.

ẽ.12.b. ⁊.3.a.⁊ infra.6.a. 1.Reg. 12.b.

Addiderũtq; filij ifrael facere malum in cõſpectu dñi poſt mortẽ aioth:⁊ tradidit illos dñs in manus Jabin regis chanaã: q regnauit in Aſor:habuitq; ducem exercitus ſui noĩe ſyſaram. Ipſe autem habitabat in aroſeth gentium. Clamauerũtq; filij ifrael ad dñm. Nongentos enim habebat falcatos currus:⁊ per vigĩti annos vehemẽter oppreſſerat eos. Erat autẽ delbora prophetes vxor lapidoth:que iudicabat populũ in illo tpe:⁊ ſedebat ſub palma que nomine illius vocabatur:iter rama ⁊ bethel in mõte effraim:aſcendebãtq; ad eam filij ifrael in omne iudiciu;. Que miſit ⁊ vocauit barach filiu; abinoem de cedes neptalim:dixitq; ad eũ. Precepit tibi dominus deus iſrael. Vade ⁊ deſcẽde:⁊ duc exercitu; in montem thabor:tolleſq; tecũ decem milia pugnatorũ de filijs neptalim ⁊ de filijs zabulon. Ego autẽ adducam ad te in loco torrẽtis cyſon ſyſarã pncipem exercitus iabin ⁊ currus eius atq; omnem multitudinem:⁊ tradã eos in manu tua. Dixitq; ad eã barach. Si venis mecu; vadã:ſi nolueris venire mecum non pergã. Que dixit ad eũ. Ibo quidẽ tecũ:ſed in hac vice victoria nõ reputabitur tibi:qa in manu mulieris tradetur ſyſara. Surrexit itaq; delbora ⁊ perrexit cũ barach in cedes. Qui accerſitis zabulon ⁊ neptalim aſcendit cũ decẽ milibus pugnatorũ dñs delboram in comitatu ſuo. Heber aũt cine⁹ receſſerat quõdã a ceteris cineis fratrib⁹ ſuis filijs obab cognati moyſi:⁊ ✝tetenderat tabernacula vſq; ad vallẽ q̃ vocatur ſennim ⁊ erat iuxta cedes. Nũciatũ eſt ſyſare q̃ aſcẽdiſſet barach filius abinoem in mõte thabor:⁊ ꝯgregauit nõgentos falcatos currus:⁊ omnem exercitum de aroſeth gentium ad torrentem cyſon.

Perſeus rex claret ⁊ ardeã i italia vt bẽ condidit.

feſulana thuſcie ciuitas cõditur.

Sybilla ſamia claret. als✝tetẽderãt.

iter quo vadis. i. i actu quē facis hac vice. s. qz nō reputabit tibi sed femine. z ad idem redit. (Quia in manu mulieris tradetur Sysara) Ista est cā. s. qz nō tradet Sysara in manus tuas: ſz in manus mulieris z ipsa laudabit z nō tu. In hebreo bētur. (In manus mulieris vendet Sysara). s. dabit ei tanq̄ vēditus: ita qz possit ō illo facere qō voluerit. ¶Queretur q̄ mulier ista sit i cuius manus traditus est Sysara. ¶Rñdet cōiter qz fuit Jabel que occidit ipm vt pz. j. in littera. multi tñ tenēt qz dicitur hoc de Delbora. z sic vult Ra. Dauid canbi. z hoc pz qz dato qz non iret delbora cum Barach erat tradendus Sysara in manus Barach vt patet supra: qz sic dixerat supra Delbora: z Sysara fugiturus erat ad domū Jabel z occidēdus ab ipsa: z tñ si nō iuisset illuc Delbora ipa nō dicebat qz victoria nō esset ascribenda barach: sed qz petiuit qz illuc iret dixit hoc: iō vz qz non de Jabel sed de se intelligebat. z est sensus valde rōnabilis. s. qz si Barach iret sine Delbora ipse esset dux belli: z eia q̄ fierēt imputarent ei. cum aūt iuit nunc illuc Delbora z ipsa erat prophetes estimabat magis ipsa q̄z Barach. vnde iam non putabatur barach vt dux sed potius ministrans ad imperium delboze: ideo dato qz Barach occideret Sysaram nō imputaret ei sed delboze. z est sensus in manus mulieris tradetur sysara. i. iam nō reputabit traditus in manus tuas: sed in manus mulieris. i. in manus meas. Nec obstat qz Jabel occiderit sysarā. naz sicut si barach psequeret sysarā z cōtingeret ab aliquo de suis capi z occidi: nō iputaret illi viro sed barach qz erat dux. ita cū Sysara fuerit cōpulsus fugere a barach z perierit exercitus suus q̄q̄ cōtingeret eū occidi ab aliqua femina non attribueret ille femine sed barach: qz ipse eū ad talē necessitatē cōpulit. Si aūt velis accipe in manus mulieris tradet. i. occidet sysara. intelligetur de Jabel sicut cōiter intelligit. Nō est ergo magna ōzia qd velim⁹ dicere. (Sed obijciet qz supra dictuz est ad barach z tradā eū in manus tuas. ¶Rñdēdū qz est duplex traditio. s. vna ad psequēdum z alia ad occidēdū. fuit traditus in manus barach qz de ipso triūphauit z psecutus est eū totūq̄ exercituz eius deleuit. fuit traditus in manus Jabel ad occidēdū. (Surrexit itaq̄ delbora z perrexit cū barach in cedes.) Erat delbora in monte effraim sub palma z inter rama z bethel z recedens inde iuit cum barach vt venirēt in bellū. sed venerunt prius in cedes q̄ erat ciuitas Neptalim de qua erat oriūdus barach vt ibi cōgregarent exercitum de zabulon z neptalim. nā ista ciuitas erat ꝓpinqua mōti tabor ad quē cū exercitu venire dēbat barach. (Qui accitis.) Dic ponit scōm huius ptis. s. populi cōgregatio. Et diuidit in duo qz primo pōit ogregatio fcā ex pte barach. Scōo ogregatio ex parte sysare ibi. (Nūciatūq̄ est.) ¶Circa primū dicit. r. (Qui accitis zabulon z Neptalim). i. vocatis illis ad bellum. vocauit aūt istas duas tribus qz de eis iusserat dñs qz sumeret pugnatores vt pz. ē. z non vocauit totū zabulon z neptalim sed solū decē milia viroz de ambobus tribubus sicut dñs dixerat. (Ascendit). s. vadēs in mōtem tabor: vt spectaret ibi aduentum sysare de quo deus dixerat qz adduceret eum ad torrētem Cyson vt pz supra. (Luz decē milia pugnatoz). Istos iusserat deus accipe z istos accepit. alij tñ ꝑter hos spōte venerūt: sicut de isachar vt pz sequēti. c. s. de isachar duces fuere cū delbora z barach vestigia sunt secuti. (Dñs vel bozā in comitatu suo). s. qz ipsa iuit cū barach vsq̄ ad locū bel li. s. vsq̄ ad mōtē tabor z torrētē Cyson. postea aūt in psecutiōe sysare z fuga nō fuit cū barach ſz mānsit in loco castroz: qz actus pugnādi nō ptinebat ad iplā. ēt qz ipsa solū erat opportuna in bello ad denūciādū tps quo incipiēdū eēt bellū. Et hoc dixerat anteqū recederet barach de tabor. (Aber aūt cineus). Dic ponitur de aber cineo qz agit ad historiā. s. qz vxor eius Jabel occidit sysarā. iste aber cineus erat vnus de cineis descendentibus ō stirpe Jetro soceri moysi. (Recesserat quōdā a ceteris cineis fratribus suis). Cinei dicunt de cin. nā ietro socer moysi multa noia bēbat. s. raguel. ietro. ieter. obab. cin. ō ꝓmo pz Nu. 10. de. z. pz Exo. 3. et. 18. de. 3. pz Exo. 4. de. 4. pz Nume. 10. de. 5. pz Nume. 24. s. si electus fueris de stirpe cin. i. ietro. filij huius venerūt cū israelitis ꝑ desertū semp deserta terra natali vt ait Josephus. 5. antiqtatū. postea in terra chanaan acceperunt illico habitandi locuz in vrbe palmaz. s. in hierico vt pz. ē. primo. manserunt aūt ibi aliquāto tpe: z postea recesserūt cuz filijs iuda in desertum ptis sue ad ptem meridianaz vt pz eodem. c. ab illis aūt Cineis congregatis in vnum recessit ob aliquam cām aber z habitauit in terra galilee. (Filijs obab.) Jetro ēt vocabat obab vt pz Nu. 10. (Cognati moysi). i. soceri. nā nō habebat cognationē aliquaz ad moysen ſz affinitatem. s. qz moyses acceperat filiam eius in vxorē. sed vocat large cognatus ꝑ affine. (Et extēderat tabernacula sua). s. in terra galilee in sorte neptalim. iste aber habebat tabernacula sicut pastores consueuerunt habere: z sicut habet quedā gens afroruz que nō habet certum z fixum locuz ad manendū sed mouet binc z inde: ideo nō faciunt domos sed habēt tabernacula portatilia que alio nomine vocant mapalia: z vocant iste gentes vulgariter alarabes: z sunt agareni. ita antigtus qz substātia dominū maxime consistebat in pecoribus z terra latissima erat nondū plene habitata: ad hoc qz semper possent eligere loca meliozis habitationis nō faciebant domos manētes sed habebant tabernacula portatilia z sic erat de aber. ¶Intelligendū autem qz aber cineus erat vir diues habēs magnam substantiā z familiā. Qō patet qz habebat multa tabernacula que extēdit per vallez. ¶Itē qz dicitur infra qz pax erat inter domuz aber cinei z iabin regez asor. si tñ fuisset aber aliqs bō qui stat⁹ nō fecisset mētionē vllā de eo maximus rex terre. s. iabin ad b̄ qz cōponeret cū eo pacē: ſz erāt federa inter eos. aber cineus ergo erat vir magnus z famosus. (Usq̄ ad vallem que vocat sennim). s. extendit tabernacula in parte quadā terre galilee: z illa pars pueniebat vsq̄ ad vallem quandā que vocatur sennim que erat vallis magna z famosa in terra neptalim. (Et erat iuxta cedes). s. habitatio aber cinei z vallis illa sennim erat iuxta vrbem cedes de qua erat barach vt patet supra in littera. Ex hoc patet qz quādo fugit sysara nō fugit directe in terrā suam sed magis redijt in terrā israel. naz barach psecutus est exercitū sysare vsq̄ aroseth gentiū in qua morabatur sysara vt patet supra. ipse aūt sysara fugit in domum aber qui erat iuxta cedes de qua erat oriundus barach dux belli. (Nunciatūq̄ est sysare). Dic ponit cōgregatio populi ex parte sysare. nā nō potuit congregare ita cito nec ita secrete barach decem milia viroz quin ꝓgnosceret illud sysara: z ipse quoq̄ armauit multitudinem suam. (Qz ascēdisset barach filius abinoem in mōtem tabor). s. cum decem milib⁹ armatozū. z intelligitur qz ascēdisset. i. ascendere disposuisset. nam fama erat qñ congregabat exercitū qz ascendere vellet in montē tabor ad expectandum sysaram: z q̄q̄ nondū factum esset nunciatū est tāq̄ iam factum: vel forte iam ascēderat z tunc nunciatū est sysare. (Et congregauit nongentos falcatos currus). Dic ponit apparatus belli sysare z nominant currus eius: quia in his consistebat maioz virtus belli. ¶Queret aliqs an solum nongentos currus tulerit in bellum sysara. ¶Et videt qz non: qz hic nominant isti nongenti tanq̄ nō tulerit plures. ¶Itē iabin rex non habebat plures. ergo sysara ꝓceps militie eius non poterat habere plures. pz hoc supra in littera cū describeret potentia iabin z dictum est nongentos quippe currus falcatos habebat. ¶In contrariū videt qz plures habuerint in bello. nā Josephus. 5. antiquitatū dicit. iabin rex de ciuitate asor posita sup paludem samachonitidē habebat armatozū trecenta milia z eg tum decem milia curruū tria milia possidebat: z segtur ibi quomodo cum toto isto apparatu pugnauerit ostra barach. ergo saltē tria milia curruū habebat. ¶Rñdere posset aliquis qz nō est curādū de iosepho cū ex sacra scriptura cōstet ōtrariū. ¶Sz istud non est conueniēter dictuz. naz cum iosephus sit maximus auctor i historijs antigs: z fit certissim⁹: nouerit qz plene historiā biblie nō addidisset aliqd nisi qō non credidisset repugnare scripture. cum igitur concordari pōt scripture potius interpretandū est ꝑ ea q̄ ecōtra: qz res potius debet interpretari qz valeat q̄q̄ qz pereat. ¶Dicendū igit qz sysara babuit in bello totam istaz multitudinem armatozū z equitum que nominata est: z in hoc non dubitat quia nō repugnare videtur littere. ¶De curribus etiaz dicendū qz fuerint tria milia curruū sicut dicendū putauit Josephus. ¶Et quādo dicit hic qz erant nongenti currus. respondeti posset qz isti nongenti currus erant ipsi⁹ regis. alij autem. s. duo milia z centum erāt aliozum sibi subiectozū: ideo nō computant inter currus regis. ¶Uel aliter dicendū qz habebat iabin tria milia curruū z nongenti erant electi. duo milia autem z centū erant qualescunq̄: ideo nominati sunt in scriptura solum nōgenti. Sic pz de curribus pharaonis Exo. 14. nam dicit. tulit sexcentos currus electos z quicqd in egypto curruū fuit. Istum segtur historia scholastica dicens. cōgregauit sysara exercitum ad torrentē cyson trecenta milia armatozū: z decem milia equitum: z nongētos currus falcatos: z alios currus duo milia z cētum. s. de alijs qui nō erant ita electi sicut nongēti. Si autē velis intelligere alios. i. non falcatos nō est cōueniens sensus: quia curruz nō falcati nō erant in exercitatione bellica. (Oēmq̄ exercitum de aroseth gentiuz). i. ēt congregauit oēm exercitū quem

babebat

Qō. 12 A Que mlier fit ista i cuius manus traditus est Sysara. ¶Rñ. cōis ad q̄situm.

Obiectio Rñsio

Populi ogregatio. Diuisio eiusdem.

Notādū de aber cineo.

Populi ogregatio ex pte sysare.

Doct. rñ. ad q̄situ. 1. Rñsio ad rōnē.

2. Rñ.

Qō. 13. A An soluz nōgētos curr⁹ tulit in bellū sysara vel tria milia vt vult Josephus. In oziū. Rñ. aliquoz. Confut.

habebat in aroseth gentiuz ⁊ in territorio illius.erat.n. Sysara princeps militie:ideo hēbat exercitū ad manū suam : ⁊ poterat faciliter ꝯgregare qūcunqz vellet.erat aūt ista multitudo exercitus trecētoꝝ miliū armatoꝝ ⁊ decē miliū equitū. (Ad torrētem Cyson). Ad locū istum ꝯgregauit:qz barach erat apud montez tabor:torrens autem cyson erat circa montem tabor.

† ¶ Dixitqz ōlbora ad barach:surge: hec ē.n. dies in q̄ tradidit dñs sysarā in manus tuas. En ipse ductor est tuus. Descendit itaqz barach de mōte tabor ⁊ decē milia pugnatoruz cum eo. Perterruitqz dñs sysarā ⁊ oēs currus eius:vniuersamqz multitudinē i ore gladij ad cōspectū barach:intantum vt sysara de curru desiliens pedibus fugeret: ⁊ barach p sequeret fugiētes currus ⁊ exercitū vsqz ad aroseth gentiū:⁊ oīs hostiū multitudo vsqz ad internitionē caderet. Sysara aūt fugiens puenit ad tentoriū iahel vxoris aber cinei. Erat aūt pax inter iabin regē asor: ⁊ domuz aber cinei. Egressa igit iahel in occursum sysare:dixit ad eum. Intra ad me dñe mi:ne timeas. Qui ingressus tabernaculū ei⁹ ⁊ opertus ab ea pallio dixit ad eam. Da mihi obsecro paululū aque:qz sitio valde. Que apuit vtrē lactis ⁊ dedit ei bibere:⁊ operuit illū. Dixitqz sysara ad eā. Sta ante ostiū tabernaculi:⁊ cū venerit aliqs interrogās te ⁊ dicens: nunqd hic est aliqs:rñdebis. Nullus ē. Tulit itaqz Jahel vxor Aber clauū tabernaculi: assumēs pariter ⁊ malleū:⁊ ingressa abscōdite ⁊ cū silētio:posuit supra tps capitis eius clauū:pcussumqz malleo defixit in cerebruz vsqz ad terrā. Qui sopore morti socians defecit ⁊ mortuus est. Et ecce Barach sequēs sysarā veniebat. Egressaqz iahel in occursuz eius:dixit ei. Veni:⁊ ostēdā tibi virū quē q̄ris. Qui cū intrasset ad eā:vidit sysarā iacētē
25.q.5. §.fi.in fi. mortuū:⁊ clauum infixum in tpe eius. Humiliauit ergo deus in die illo Jabin regem chanaan coram filijs israel. Qui crescebant quotidie:⁊ forti manu opprimebāt Jabin regem chanaan:donec delerent eum.

hostiuz ꝺbellatō **Dixitqz** delbora. Hic ponit tertiū huius.c.s. hostiū ꝺbellatio. (Dixitqz delbora ad barach.) Erat.n. ipa cū barach in mōte tabor qñ venit sysara ⁊ hortata ē barach ad pugnādū. (Surge).i. celeriē fac ⁊ nō timeas inchoare bellū pp multitudinē hostiū. (Hec est.n. dies in q̄ tradidit dñs sysaram in manus tuas). Nōdū.n. tradiderat deus sysarā in manus barach cū nō eēt adhuc ichoatū bellū:sz traditurus erat eū.oz tñ q̄ iā tradidisset pp certitudinē:nā deus id qō facere disponit ita certissime eueniet qō dato q⁹ nōdū factū sit hre debemus illud ita certū ac si iā factū fuisset. Uel oz. (In q̄ tradidit).i. tradere disposuit. ¶ Sed obijciet q⁹ nō tradidit deus in manus barach sysarā sz in manus Jabel. ¶ Rñdēdū q⁹ in man⁹ vtriusqz traditus est:sz in manus barach ad triūphādū de eo ⁊ delēdū exercitū eius:in manus aūt iabel ad occidēdū ipz. (En ipse ē ductor tuus).i. ipe diriget te vt ipse agas ꝫ sysarā.ad h̄ aūt erat necia delbora in bello.s.vt diceret qñ esset tps bellandi.

† pma exposito

† Obo .2. Rñsio

† ¶ An superstitiosus fuerit barach expectando tempus ad bellandum. Questio.14.

A **Queret** aliqs an superstitiosus fuerit barach expectando tps ad bellādū .s. quousqz sibi diceret delbora.

¶ Aliqs dicet q⁹ sic:qz obseruare dies vel tēpora ad pugnandum vel ad faciendum similia est superstitio:cum hoc sit ascribere virtutē corporibus celestibus ad faciendū hec:sed barach expectauit quousqz delbora dixit ei.surge.hec enim est dies.ergo superstitiosus fuit. ¶ In cōtrariū videtur q⁹ obseruare superstitiones erat deo valde odibile sicut habet Leui.19.⁊ Deutero.18. barach tamē laudat vt vir sanctus ⁊ ponitur ab apostolo in catalogo sanctoz ad hebreos.11.ergo nō obseruauit superstitionē. ¶ Item si hoc obseruasset deus nō dedisset ei victoriā sz potiꝰ fecisset eum succūbere vt videret q⁹ nihil pderant superstitiones sue.dedit tamē deus magnificā victoriam.ergo non seruauit superstitionē. ¶ Respondendū q⁹ barach non fuit hic in aliquo superstitiosus. Et cum dicitur q⁹ obseruauit tēpus. Dicendum q⁹ si seruasset tēpus.s.q⁹ esset dies martis:⁊ non mercurij vel talis ⁊ nō talis:vel q⁹ esset tunc tale signum ascēdens:vel tale:aut q⁹ esset tunc hora talis planete:vel esset diunctio:aut aspectus aliquis talium vel talium planetarū esset superstitiosus:qz erat obseruare aligd inutiliter.s.qz ex hoc ascriberemus virtutem tēporibus vel corporibus celestibus ad dandum victoriam huic vel illi.qō falsum est.cum ista solum ꝓueniant a deo ⁊ ipse vetuit respici ad istas superstitiones vt patet Hiere.10.s.iuxta vias gentium nolite discere ⁊ a signis celi nolite metuere que timent gētes:qz leges populoꝝ vane sunt.i.obseruare hoc est vanum.⁊ istud est superstitio.s.cum obseruatur id quod nullius vtilitatis est.tamē si seruet solum tēpus:qz deus iubet aliquid fieri nunc ⁊ nō postea:vel sic ⁊ sic non est superstitiosuz sed ad obedientiā pertinet.⁊ sic delbora dixit ad barach.surge.hec est enim dies in qua tradidit dom⁹ sysaram in manus tuas.nominauit enim diuinam voluntatē ad obseruandū illud tempus ⁊ nō aliud tēpus:ideo non erat superstitio. Sic enim fuit de dauid:quia deus iussit ei q⁹ nō inciperet pugnare cōtra philistinos quousqz audiret sonitum gradiētis in cacumine pirorum vt pz.2.Re.5. Cā huius fuit quia forte deus disposuerat hoc tēpore facere miraculum ꝓ barach ⁊ non alio.nam hic fuit pugnatū de celo cōtra sysaram vt patet sequēti.c.s.de celo dimicatū est cōtra eos: stelle manentes in ordine suo contra sysarā pugnauerūt.voluit vō de⁹ istā pugnā de celo esse certo tēpore:ideo vt concurreret cū illa barach iussum est ei q⁹ aggrederet certo tempore.boc exprimitur in mādato facto dauid.2.Re.5.s.cum audieris sonitū gradientis in cacumine pirorū:tunc inibis preliū:quia tunc egredietur dom⁹ ante faciem tuam vt percutiat castra philistijm. ¶ Ad rōnem in contrariū dicēdum q⁹ obseruare dies ⁊ tēpora ad pugnandū vel agendū similia ex superstitione est deo odibile.cum tamē obseruatur tēpus mandato dei non est superstitiosuz sed meritoriū. (Descendit itaqz barach de monte tabor). non erat barach super montē sed apud illum.dicit tamē descēdisse:quia iuit ad torrentē cyson ad quez venerūt sysara ⁊ erat ibi locus humilior. (Et decem milia pugnatoruz cum eo).s. decē milia virorū quos acceperat de zabulon ⁊ neptalim.aliqui autē alij venerunt de alijs tribubus vt de issacbar:quia tamen erant pauci non facit hic de eis scriptura mentionē. Uel forte qz non venerunt ad principium belli sed postea in fuga sysare. (Perterruit dom⁹ sysaram).s. vt nō auderet pugnare sed fugere.

¶ Quō deus perterruit sysaram in bello. Questio.15.

A **Queret** aliquis quomodo deus perterruit sysaraz. ¶ Rñdendum q⁹ fuit iste terror mittendo aliqua signa de celo que icuterēt formidinē magnā sysare:sic̄ si tonaret de⁹ de celo super sysarā vel cōcuteret terra. Sic factū est tempore samuelis vt patet.1.Re.7.s.intonuit dñs de celo fragore magno super philistin in die illa ⁊ exterruit illos:⁊ cesi sunt a filijs israel. vel forte misit sonitum magnū de celo tanqz aduentētis magne multitudinis exercit⁹:⁊ terrore eiuz fugierunt chananei. sic fuit de syris pugnantib⁹ contra israel vt pz.4.Re.6.s.siquidem sonitum fecit deus audiri in castris syrie curruū ⁊ equoꝝ exercituqz plurimi. dixeruntqz adinuicē syri.ecce mercede conduxit aduersum nos rex israel reges etheoꝝ ⁊ egyptioruz:⁊ venerunt super nos.surrexerūt ergo ⁊ fugerunt in tenebris relinquētes tētoria sua:equos ⁊ asinos ⁊ mulos in castris:fugerūtqz alas tñ suas saluare cupiētes. ¶ Uel forte deus ostēdit multitudinem angelorū armatoruz exeuntiū ad pugnandū contra sysaram quos ipse putabat viros armatos ⁊ extimuit.sic fuit qñ deus ostēdit montem plenuz equoꝝ ⁊ curruū igneorum in adiutoriū belisei contra syros vt patet.4.Re.6. ¶ Uel poterat deus mittere lapides de celo qui occiderēt ⁊ turbarēt exercituz sysare:sicut fuit contra.5.reges cōtra quos pugnauit Josue.naz misit dominus lapides grādinis de celo in descensu bethoron

Rō ꝙ sic.

1.rō i ꝺriū.

Scōa.

Rñsio ad quesitū.

Obseruare tpa ⁊ curs⁹ corpoꝝ celestiū est superstitio.

B

Ad rōnē i diuersum.

A Rñsio ad quesituz. Prim⁹ modus dicēdi.

2⁹ dicendi modus.

3⁹ dicendi modus.

vsq; azecha: ⁊ pluribus lapides intulerunt mortem q̄; gladio perissent vt patet Josue. 10. multis aliis modis similib⁹ hoc fieri poterat. necesse erat tamē q; esset aliqō signum de celo quo terrerentur: q; sequēti. c. dicitur. de celo contra eos dimicatum est: stelle manētes in ordine suo contra sysaram pugnauerūt. Josephus aūt dicit. 5. antiqtatū q; ogressis israelitis cū sysara hyember eis magnus influxit: ⁊ q; nimia simul grādo ⁊ pluuia in faciem chananeorum versa est: ⁊ ventus eor aspectibus imminebat: arcus eor ⁊ fundibile inutiles fiebant: ⁊ armati ppter frigora vti gladijs non valebant. israelitis vero tēpestas imissa post tergū minus nocebat: ⁊ circundātes hostes medios multos eor occiderunt. ita tz bisto. scbo. Uerisimile est aūt q; sysara ⁊ exercitus suus videntes hoc fugerēt scientes q; deus pugnaret cōtra eos: sicut dixerūt egypti in mari rubro. fugiamus israelē q; dñs pugnat pro eis cōtra nos Exo. 14. c. (Et oēs currus eius) .i. omnes sedentes in curribus: ⁊ etiam equos curruū: quoniā si de celo aliqua portenta vt tonitrua vel lapides vel fulgura viderent: non solū viri: sed etiā equi terrerentur ⁊ fugerēt. (Uniuersamq; multitudinem in ore gladij). i. etiaz iste terror fuit supra totam multitudinem pugnatoruz eius que fertur fuisse trecentorum milium armatorum: ⁊ decem milium equitum: ⁊ triū milium curruum vt ait Josephus. 5. antiquitatum. Et dicitur q; perterruit omnes in ore gladij. non q; terreret eos per gladium: sed q; terruit eos de celo mō predicto ⁊ fecit cadere perterritos in ore gladij: q; non cecidissent nisi perterriti fuissent. (A conspectu barach). i. perterruit illos: ita vt nō auderent sustinere conspectum barach sed fugiebant. (Ita vt sysara ō curru desiliens pedibus curreret). i. intantum prevaluit ista turbatio ⁊ terror q; sysara non potuit se continere eundo in curru sz descendit ⁊ pedibus fugit. ¶Queret aliquis quare sysara descendit de curru ⁊ pedibus fugit. nam cuz iam nō possent chananei sustinere impetum israelitarum. si fugiendum foret conuenientius fugeret sysara in curru q; velociores erant equi q̄; q; ipse pedibus curreret. vel saltem si currus non erat ita velox poterat equum sumere. ¶Respondendum q; sysara fugit pedibus quia putauit aliter se non posse euadere. tantū enim terruerat deus chananeos q; resistere non audebant ⁊ etiā fugere sufficienter non poterant. putauit ergo sysara q; breuiter caperentur omnes de exercitu suo ⁊ sic factum est: q; barach p secutus est eos vsq; ad arosetb gentium: ⁊ deleuit totum exercitum ⁊ currus. vt ergo posset euadere sysara voluit pedibus fugere: non q; sic velocius fugeret: sed q; magis tutus foret. nam si mansisset in curru cuz esset currus suus distinctus ab alijs curribus in pluribus: israelite persequerentur eum potius q̄; ceteros. sic fuit quando pugnauerūt syri contra israel tempore regis achab. nam iussit rex syrie seruis suis vt contra nullum pugnarent nisi contra regem israel solū. ille autem mutauerat habitum ⁊ manserat Josaphat rex iude in habitu regali: ideo illū persecuti sunt syri vehementer quousq; clamauit ⁊ cognitū est eum non esse regem israel. de boc. 3. Reg. vltimo. vt ergo non caperetur descēdit de curru: ⁊ q; si fugeret recto itinere in terram suam caperetur pedestre inter ceteros fugientes et occideretur: diuertit ⁊ fugit in domum Jabel. (Et barach persequeretur fugientes currus ⁊ exercitū vsq; ad arosetb gentium). i. tantus fuit timor chananeorum ⁊ animositatis iudeorum q; p secuti sunt eos vsq; ad arosetb gentium. i. vsq; ad terram Jabin. Nam sysara habitabat in arosetb gentium: ⁊ ibi consueuerat habere exercitum vt patet s̄. in littera. s. congreganit Sysara nongentos currus ⁊ omnem exercitum de arosetb gentiuz. (Et ois hostiū multitudo vsq; ad iternitiōez caderet). i. accidit q; oēs hostes ceciderūt gladio. ⁊ b̄ fuit vsq; ad iternitionē. i. ad totalē deletionez. s. q; nullus maneret. vñ in hebreo dr̄ bic. (Et nō māsit nec vnus). Et istud nō bētur tam exp̄sse in latino: sed significat p hoc. s. q; ois multitudo hostiū cecidit vsq; ad internitionē. (Sysara aūt fugiēs peruenit ad tētoriū iabel). Nō fugit sysara recto cursu sz declinauit ad domū Jabel. ⁊ vocat dom⁹ Jabel: q; q̄; q̄; debuisset noiari a viro ⁊ nō a femina: tñ q; ipsa occidit sysarā ⁊ nō vir suus noiat ipsa. (Uxoris aber Cinei.) Dic noiat vir suus: q; cū noiata fuerit ipsa si non noiaret vir suus putaret nō b̄e virum iō nominatur. Etiam vt sciatur q̄ fuerit ista Jabel vel de qua stirpe: nam supra tactū est de aber cineo. cum autem nunc dicatur q; ipsa erat uxor Aber cognosceret que erat vel ad quā gentem pertinebat. ¶Queret aliquis. quare sysara non fugit directe in terraz suā sz rediit in domū aber cinei. ¶Respondēdū q; sysara vidēs magnū impetū barach plequndo chananeos: putauit q; sequret oēs illos vsq; ad terram ipsoruz: ⁊ q; antequ illuc plene peruenirēt nullum dimiteret viuere sicut factum est. Nā persecut⁹ fuit eos vsq; aroseth gentium ⁊ nullū permisit viuentē. si autē ipse fugeret cum illis etiam si mutasset habitū inter ceteros vt incognit⁹ occideretur: ⁊ q; omnes chananei fugiendo directe ibant in terram suaz. s. ad arosetb gentiū: ipse sysara declinauit ⁊ venit in domū iabel que erat in terra galilee apud cedes de qua erat barach. ⁊ q; contra illaz partē nemo fugiebat ⁊ etiam nō erat aliqua ꝓsecutio versus illuc: putauit se tutum fugiturū. ¶Alia cā erat q; inter regem iabin ⁊ domū aber erat pax ⁊ amicitia vt dicit immediate. ideo putauit sysara q; seruaret ibi absconditus per aliquot dies dum cessabat ꝓsecutio hostium: ⁊ tunc abscondite posset ire in terram suam. ¶Queretur etiaz circa hoc preter ea que dicta sunt supra. s. q; habitabat aber vsq; ad vallem sennim iuxta cedes: qūo permittebat ibi habitare. naz ista erat terra neptalim ⁊ aber non erat de stirpe neptalim: ideo p̄iudicabat eis manēdo in terra sua ⁊ occupādo partem magnā eius. nam cum esset vir diues ⁊ potens magnā partem terre occupabat. sic patet supra cū dicatur q; extēderat tabernacula sua vsq; ad vallem que vocat sennim. ¶Respondendū q; aber erat de cineis ⁊ isti erant filij ietro soceri moysi. israelite autem ꝓmiserant ietro in deserto q; si iret cum eis in terram chanaā q; quicquid optimū esset in illa darent ei. cū ergo filij eius venerint cū israelitis sub spe huius sponsiōis nō debebant eis mentiri fidē sed dare eis locū ad habitandū: ⁊ q; isti non erāt de filijs israel nō poterat eis assignari terra aliqua in sortez: sed dabat eis facultas eligēdi in qua terra habitare vellent: ⁊ trib⁹ que haberet sortem illaz ꝓmittebat eos ibi dans eis partem sufficientē terre ad manendū. ⁊ ob hoc a p̄ncipio isti elegerunt vrbē hierico que dicit vrbs palmarū ad habitādū quia illa terra est fertilissima in toto israel: ⁊ habitauerūt ibi vt colligit supra p̄mo. ptinebat autem terra illa beniamin: tamē permisit eis ibi manere. deinde elegerūt cinei manere cū filijs iude in sorte sua ⁊ dicit q; ascēderunt de ciuitate palmarū cū filijs iuda in desertū sortis sue vt pz supra. 1. postea autem placuit aber cineo recedere a fratrib⁹ suis ⁊ morari in terra neptalim: ideo ꝓmissus est q; nullus de israel poterat ꝓhibere cineos: ⁊ putabāt israelite se obligatos ad hoc: ⁊ etiā alia maiora ꝓpter beneficia que susceperāt a ietro in deserto. sic dixit saul quādo pugnare voluit contra amalechitas. s. dixit saul cineo. abite recedite ab amalech ne forte inuoluā te cū eo. tu enim feci misericordiā cum oibus filijs israel cuz ascenderent de egypto vt pz. 1. Re. 15. (Erat autē pax inter iabin regem asor ⁊ domuz aber cinei). quasi dicat lz iabin haberet bella cōtra israelitas ⁊ p̄meret eos seruitute: tamē cum aber cineo habebat pacem. ⁊ hoc forte q; aber non erat de origine iudeor. Uel forte q; nouiter venit ad habitandū circa terram regis iabin: ⁊ anteq̄; veniret iniuit cū eo fedus de pace tenenda. ex hoc autem patet magnitudo diuitiarum ⁊ potētie aber cinei: q; alis non curasset facere mentionē de eo vn⁹ rex potētissim⁹. (Egressa igit iabel.) Posita morte exercit⁹ ponitur hic mors ducis. s. sysare quē occidit iabel. (In occursum sysare.) Uidit iabel sysaram fugientē ⁊ cognouit eum: ideo exiuit in occursuz illius vt euz gratis susciperet quasi beneficiū exhibitura. (Et dixit ad eū. intra ad me domine mi). i. ingredere in domū. nam sm̄ moduz cōem loquendi hebraicū accipitur ingredi ad aliquā mulierē. i. cognoscere eam carnaliter. sed hic non accipit sic. (Intra ne timeas). dicebat ad securādū animū eius q; posset putare latere insidias. (Qui ingressus tabernaculuz eius.) Quasi nibil formidans mali ꝓpter pacem que erat inter iabin ⁊ aber cineū. (Et operт⁹ ab ea pallio.) Nō fuit opert⁹ pallio ad dormiendū lz ipse illico dormierit: lz ad latendū ne q; de transeuntib⁹ eū videret. (Dixit ad eā. da mihi obsecro paululū aque: q; valde sitio.) La bor magn⁹ belli ⁊ fuge indurerāt magnā sitim: ⁊ forte diu erat q; non biberat. s. a p̄ncipio belli: nam ipetus barach non p̄mittebat chananeos ad aliqd attendere nisi ad fugam. (Que aperuit vtrem lactis ⁊ dedit ei bibere.) Erat enim aber diues in gregibus: ideo ꝓmptuz fuit vroxi sue habere vtrem lactis ad vandū de eo sysare. (Et aperuit illum). s. postq̄; bibit sysara operuit eum rursus iabel sicut prius ne q; posset eū videre.

¶Cur iabel dedit lac sysare aquam petēti. Qō. 19.

Queret aliquis cur iabel dedit lac sysare petēti aquam. ¶Rñdebit aliqs q; forte non occurrit iabel ita cito habere in domo aquā vel vinū vt satisfaceret volūtati sysare: iō dedit ei lac q̄ō in ꝓmptuz erat. Uel aliter pōt dici q; forte in terra illa viri ⁊ femine vtunt poculo lactis cōmuniter vt poculo aque vel vini: ⁊ reputāt illud sapidius ⁊ p̄ciosius. sysara autem

B
Josephi sentētia
Qō. 16 A Q̄ sysara de curru ō scēdit ⁊ pedib⁹ fugit. Rñsio ad quesitum
Hebrea Qō. 17. A Q̄ sysara nō fugit directe i terrā suā sz redijt in domum aber cinei. Rñ. ad q̄st. 2. cā.
2. cā. Qō. 18. A Qūo aber vsq; ad vallē sennī iuxta cedes bitare p mittebat Rñ. ad q̄situm.
B
A Cuiusdā rñ. ad q̄situm. Alia rñ.

Aliozuꝝ rñ.ad q̄stum.

aūt vt minus peteret petiuit modicū de aqua: Jabel aūt vt eēt vrbaniot ꝛ seruiret illi principi obtulit ei lac: ꝛ ille gratis accepit. qō ps qz sysara non respuit lac qō ei ꝓpinauit iabel. ¶ Alij dicunt aliter ꝙ fecit hoc iabel ad capiendum experiētiā de Sysara an esset in suo sensu: vel pp timorē incepisset esse extra mētem. ꝛ hoc vt si sciret eū extra mētē faceret de eo qō vellet alio quin abstineret: ꝛ qz dedit ei lac cum ipse petiuisset aquā ꝛ ille non cōsiderauit an esset lac vel aqua sed bibit putās eē aquam apparuit eē extra mētem: iō tūc cōcepit Jabel securā opionez ō occidēdo ipm. ¶ Aliter aūt ꝛ melius dici pōt qz iabel cogitauerat occidere eū: qō nō poterat nisi ipso dormiente: iō ꝓcurauit qūo eum cito sopozaret: ꝛ istud erat dando lac: qz lac bibitū vel in cibū sumptū faciliter sopozē ꝓuocat. ꝛ est ille sopor fortis et tenax. Et cuz iabel dedit lac sysare: credēdū ē ꝙ ipse dixerit cur non dabat ei aquā: ꝛ ipsa non se bēre quicq̄ potabile ad ꝑsens nisi lac responderit: ꝛ tunc biberit sysara. Iste due positiones vltime sunt cōuenientes ꝛ potissime vltima: qz necesse est dici ꝙ lac traditum fuerit tāq̄ quoddā apparamētū ad mortē sysare. Qō ps: nam seq.c. laudat delbora ipsam iabel qz occidit sysarā ꝛ inducit ibi ea que ptinebāt ad mortē eius tanq̄ instra dicēs. sinistrā manū misit ad clauū: ꝛ dextrā ad fabroꝝ malleos percussitq̄ sysaraz. Ponit ēt ibi de lacte cū oz. benedicta inter mulieres Jabel. aquā petenti lac dedit. si tū non ptinuisset ad mozrtem eius lac non fuisset ex hoc benedicta Jabel. Jō vōm ꝙ datum est lac vt obdormiret sysara facilius. (Dixitq̄ Sysara ad eam.) Dic ps ꝙ sysara nō erat extra mentem pre timore: vt volunt aliqui dicentes ꝙ biberit lac putans se bibere aquā. nā de salute sua diligenter prouidit. putauit enim ꝙ q̄ q̄ fuga hostiuz non fuisset contra illam partem in qua erat Sysara: tū finita persecutiōe ꝛ bello putauit ꝙ barach ꝛ viri sui inquirerent per omnia loca circumlatentia ad locum belli an aliquis a casu latuerit ꝛ ꝙ venirent in domum Jabel: ideo voluit ꝙ ipsa euitaret malum hoc. (Sta ad ostium tabernaculi.) Hoc voluit sysara ne introirent aliqui ad inquirendum eum intra domum ꝛ inuenirent. nam cum ipsa ad hostium maneret responderet transeuntibus ꝛ non intrarent in domum. si autem ipsa esset intra tabernaculum inquirentes Sysaram introirent in domuz cum nullus sibi responderet ꝛ inuenirēt eum. (Et cum venerit aliquis interrogans te). Hoc dicebat quia non credebat verisimile ꝙ post bellum non inquirerentur loca circunstantia vt sciretur an aliquis latuisset ꝛ ꝙ ad domum aber cinei veniretur: quia erat propinqua loco belli. (Num est hic aliquis). s. non inquisituri erāt specialiter ꝑ sysara sed pro quocūq̄: q̄ q̄ ille erat quem ipse magis inuenire desiderarent. sic ps qz cum venit Barach ꝛ Jabel occidisset Sysaram dixit ad barach: veni ꝛ ostendā tibi virum quē queris. (Respondebis nullus est). credendum est ꝙ iabel ꝓponderit sysare se sic responsuram ꝛ facturam ad salutem eius quecunq̄ posset cum recepisset eum ꝛ vocasset benigne: ꝛ qz alis non mānisset sysara securus in domo eius. ¶ Queret aliquis si aliquis querens sysaram petiuisset a iabel ꝛ illa respondisset non est hic an peccasset. Aliqs respondebit ꝙ solum peccaret venialiter: qz erat peccatuz mē dacij officiosi. s. pro saluanda vita alicuius. ¶ Rñdendum ꝙ non est dubium an peccaret: sed dubium est an mortaliter vel venialiter peccaret. nam si esset mendacium istud pernitiosum esset peccatum mortale. Si autem officiosum esset veniale.

Doc.rñ. ad q̄stū.

Determinatio.q.

Dubiū Rñsio

¶ Sed dubium est an esset mendacium officiosum vel pernitiosum. Et respondendum ꝙ si ista Jabel fuisset mulier de stirpe iudeoꝝ ꝛ vxor viri iudei mendacium esset pernitiosum si ad defendendam vitam sysare mentiret. naz non vocatur officiosum eo ꝙ est ad defendendam vitaz sed qz est ad defendendaz vitā que iniuste auferenda erat. nunc aūt vita sysare non auferebat iniuste ꝛ iustissime: qz iussu dei cuz ipse iussisset fieri bellum contra illū ꝛ dixisset ꝙ traderet illū in manuz barach vt ps supra. imo defendere vitā illius esset valde pnitiosuz: qz ille postea fugiens armaret chananeos rursus ō israel ꝛ opprimeret populū: ꝛ q̄uncq̄ liberaret eum a morte esset reus oīum malorꝝ que ipse postea ageret. potissime qz quelibet mulier iudea tenebatur diligere salutem terre sue ꝛ abominari hostes atq̄ ad eorum interitum agere quantum posset. Q; ergo aliq̄ mulier iudea eū occultasset ꝛ negasset vt fugeret incolumis: erat fauere hostibus ꝛ tenebaꝝ crimine prie pdite: ꝛ ipsa erat hostis. nō solū ergo peccaret mortaliꝛ: sz ēt grauissime. De iabel aūt videbaꝝ dubiū pp duo. Primo qz ipsa nō erat de populo israel origine sz de madianitis. Etiā nō erat vxor viri israelite sz cinei. Scōo qz vir suus ꝛ tota domus eiꝰ fecerat pacē cū rege Jabin. ¶ De prio dōz ꝙ sz nō eēt iabel origine iudea tenebaꝝ ad desiderādū ꝛ procurandū salutem israel iuxta vires: qz q̄ q̄ proaui fuissent sui madianite cuz ipsa non nata fuerit in terram madian sed in terra israel: ꝛ forte aui sui ꝛ pauī ibi nati fuerāt: qz iam. 180. annī fere trāsierāt ex eo tpe quo cinei ceperant esse cū filijs israel s. a primo anno exitus de egypto qñ venit ietro ad moysen in synai desertū de quo Exo. 18. ꝛ nūeri. 10. gbꝰ. 40. annis deserti addantur. 40. anni othonielis ꝛ. 80. anni aiotb ꝛ. 20. anni in oppressione iabin erunt simul. 180. anni. ꝛ sic in isto tpe iam plene erant cinei effecti pars populi israel. vnde tenebanē ipsi ꝛ vxores eorum ꝓcurare vtilitatem huius populi sicut hebrei ex genere. ¶ Itē sz non esset iabel vxor viri hebrei: tamē erat vir suus natus ꝛ nō conuersus ad iudaismū ꝛ forte patres ꝛ proaui eius fuerūt in ritu iudaico: ideo tenebaꝝ ipse ꝓcurare vtilitatē populi iudaici ꝛ ꝑticulariter vxor eius. ¶ De scōo. s. de pace facta inter iabin ꝛ domū aber non dicek nunc sed infra. p̄supponatur tamē nunc ꝙ nō obstabat illa quin posset iabel ꝓdere ipm sysaram. ¶ Dicendū igit ꝙ iabel non peccasset venialiter. s. officiose: sed magis peccaret mortaliter ꝛ grauissime si mētita fuisset vt absconderet sysaraz. (Tulit itaq̄ iabel vxor aber clauū tabernaculi. Clauus tabernaculi est parillus ferreus quo in terra tabernaculum funibꝰ extentū figitur: ꝛ tulit iabel vnuz de clauis illis. (Assumēs pariter ꝛ malleū.) Ista instrumēta erāt valde necessaria vtētibus tabernaculis ad figendū ea ꝛ ad mutandū ꝛ deponēdū: ꝛ ob hoc iabel habuit illa in promptū: qz vir suus vtebatur tētoriis portatilibꝰ. ¶ Intelligendū aūt ꝙ fecit hoc iabel postq̄ cognouit sopore grauatū forte sysarā. (Et ingressa abscōse ꝛ cum silentio). s. leuiter vt non excitaretur sysara ꝛ ꝑ impediret opus eius. (Posuit supra tēpus capitis eius clauū). Eo ꝙ partem istam promptā inuenit ad figendū ea: vel qz pars ista tenerior est ꝛ leui ictu posset caput transfodere. hic ponit tempus ꝛ est ātiqua grāmatica. naz nūc timpus dz vt assueuerāt oēs doctissimi ꝛ reputāt puerile dictum esse tēpus ꝛ tēpora: sed olim non fuit puerile cuz Hierony. qui se ꝓfitetur inter grāmaticos ꝛ rhetores ab ipsa sua infantia enutritū vt ps in prologo sup Job qui incipit. Logor ꝑ singulos. hoc dixerit. Ōsuetudo tamen ex tēpore in vocabulis introducit: ꝛ cessant que fuerūt: ꝛ noua supducuntur: ꝛ fiet quicqd volet vsus. vt ait horati⁹ in libro suo de correctione poetarū qui incipit. Humano capite ceruicē pictor equinā. (Percussit malleo). s. clauuz positū supra tēpus. (Defixit in cerebrū vsq̄ ad terram.) Unica ꝓcussio fuit sed fuit valida: iō potuit transuerberare vsq̄ ad terram: aliogn si prima ꝓcussio fuisset debilis surrexisset sysara ante secundā percussionē. (Qui sopore morti sociās). i. sopor suus fuit cōiunctꝰ cū morte. q. d. ꝙ postq̄ cepit dormire nunq̄ euigilauit sed in ipso sopore mortuus est. (Defecit ꝛ mortuus est). s. defecit viribus. nā cuz valida fuisset ꝓcussio non habuit vllas vires ad surgēdum: voluebaꝝ tamē per terram in primo limine mortis. sic patet sequēti. ca. s. inter pedes eius ruit. defecit ꝛ mortuus est: ante pedes illiꝰ voluebatur ꝛ iacebat exanimis.

¶ Quare iabel occiderit per seipsam sysaram ꝛ non tradidit euz in manus israelitarum. Questio. 21.

Queret aliqs quare iabel occiderit ꝑ seipsam sysarā. sed debuisset seruare eū vt traderet in manibꝰ eorū qui ingrerent eum ꝛ sic nō ageret tam directe cōtra pacē interpositam cuz rege iabin. ¶ Respondendū est ꝙ sysara erat magnus hostis israel: ꝛ si euasisset inde poterat facere multa mala israelitis que abominabatur iabel: ideo desiderauit ipsa nimis ꝙ morereꝝ: ꝛ qz timebat ꝙ forte nullus veniret ita cito ad ingrendum ipm ꝛ ipse expergefactꝰ de somno forte recedere inde vellet deluderetur intētio iabel: ideo festinauit occidere euz per seipsam. ¶ Alia rō erat quia si ipsa nō occidisset eū sed tradidisset in manus ingrentium eum forsitan p̄sumereꝝ contra eam ꝙ ipsa voluisset ei sponte dare locum euadēdi: ꝛ qz nunc nō ꝓdidisset eum sponte sed qz non potuit eū celare. habereꝝ autez ad hoc radix suspicādi. s. qz dom⁹ aber babebat pacē cū rege iabin vt ps supra. ꝛ si suspitio ista vera eēt iabel eēt rea criminis: iō vt excluderet a se istam suspitionē interfecit eū. ¶ Alia rō fuit qz forte iabel erat mulier auida laudis: ꝛ qz occidere istum principem erat magna gloria cū esset tā potēs: potius ea voluit eū occidere q̄ tradere alteri occidendū. ¶ Cum autē dicit ꝙ minuz directe egisset contra pacem interpositā si ipsa nō occidisset eū. Respondendū ꝙ si pax interposita obligabat eam quocūq̄ modo eū occideret peccabat ꝛ agebat cōtra federa. nec est differentia in hoc an ipsa per se euz occideret vel alteri euz traderet occidenduz: ꝛ ad hoc soluz seruasset eum vt occidereꝝ ꝛ tū neutrū

Aliozuꝝ rñ.ad q̄stum.

Doc.rñ. ad q̄stū.

Determinatio.q.

Dubiū Rñsio

Notādū.

In vocabulis stat vsui approbato ꝑ sapiētes.

Rñsio ad questiū. 1.rō.

2.rō.

3.rō.

Rñsio ad rōnē i ꝓriū.

Qō.22 A Cū veniſſ ſyſarā ad domuz iabel cur nō dixit ei iabel q̄ inde recederet. Rñſio ad queſitū.

agendo putabat ſe iabel teneri crimine ruptoꝝ federuz de quo infra dicet. ¶Queret vlterius cū veniſſet ſyſara ad domū iabel cur non dixit ei iabel q̄ recederet inde: ⁊ qz non poterat ibi eſſe ſecurus. ⁊ in hoc videt q̄ ſatiſfeciſſet vtriſq̄. ſ. tam paci interpoſite q̄z iudeis. nam ſi ſic miſiſſet eum ſatiſfeciſſet ei q̄ nō occidebat illū nec tradebat alteri occidendū. Nunc autem ipſa occidit ⁊ viſa eſt violaſſe federa: ſatiſfeciſſet etiaz hebreis qz non receptabat eum in domo ſua ad vandū illi locū fugiēdi ⁊ euadēdi. ¶Rñdendum q̄ iabel cautius egit euz ſic occidēdo q̄z dimittēdo. nam illo modo offendiſſet vtrāq̄z partē: ⁊ nulli p̄ feciſſet. nam ſi reſpexiſſet federa pacis ⁊ ob hoc nollet euz occidere nec ſeruare alteri occidendū: non ſolum obligabat ad hoc ſed etiā ad occultandū eum. nam ſi non reciperet illum caperet in agro non habēs locū ſe abſcondēdi ⁊ hoc ipſa videbat: iō tenebat rea fracti federis. Etiā nō ſatiſfaciebat iſraelitiſ: qz ſi ipſa ſic euz non reciperet ⁊ ob hoc fugeret poterat ille euadere ⁊ poſtea egiſſet mala multa in iſrael quoꝝ oium tenebat rea iabel: qz potuiſſet euz occidere ⁊ noluit ſed ob hoc eū a ſe eiecit vt nō occideret. ergo teneret crimine fautricis hoſtiū. non fuit igitur conueniēs modus ille. iſte autē quem tenuit fuit valde conueniēs. nā non putabat nō obligataz federe gn poſſet occidere ſyſaram: ideo vt plene redderet debitū populo ſuo ⁊ natali terre: nō ſoluz eū recepit ſed ēt induxit vt intraret dicēs. intra ad me oñe mi ne timeaſ. ⁊ poſtea occidit illū. (Et ecce barach). ſ. poſtq̄z occidit iabel ſyſarā accidit q̄ veniret barach duz exercit⁹ iſraeliſ. (Sequēs ſyſarā veniebat). i. veniebat ad ingrēdū ſyſarā an alicubi lateret: qz cōpererat ipſuz i bello fugiſſe de curru. Et nō dicit q̄ veniebat ſequēs ſyſaram. ſ. q̄ vidiſſet ſyſarā fugientez ⁊ nunc perſequeret eum per iter quo fugierat: ſed pſequebatur eum. ſ. ingrendo. (Egreſſaq̄z iabel in occurſuz eius). ſ. ad cōgratulandum ei de morte ſyſare ⁊ vt aliqd boni nūciaret. nam barach putabat q̄ forte euaſiſſet ſyſara de quo nimis doleret: qa poterat rurſus mouere bella contra iſrael: nunc vero nunciādo ei mortem ſyſare aliquid letuz enunciabat. (Dixit. veni ⁊ oſtendā tibi virum quez queris). Anteq̄z quicq̄z loqueret barach locutus eſt iabel quia ſciebat q̄ ipſe p̄cipalius inquirebat ſyſaram q̄z aliquem alium. (Qui cum intraſſet ad eam). i. in domū vel tabernaculū eius. (Vidit ſyſarā iacentē mortuum.) Quia non excluſerat euz de domo quouſq̄z venirēt viri iſrael ⁊ viderent quid egerat iabel. (Et clauū infixum in tempore eius). ſ. qz ſicut infixerat eum configēs terre ita ⁊ nunc manebat vt daret probatio rei facte: ⁊ non crederet q̄ aliunde mortuus ductus fuiſſet. (Humiliauit ergo deus in die illa iabin). ſ. fecit euz ipotentez vt iam non poſſet eleuari ſuper populū iſrael premendo illos ſicut prius: quia mortuo ſyſara duce exercit⁹: ⁊ veleto exercitu combuſtiſq̄z curribus ⁊ ſubneruatis equis non manebat ei adminiculum contra iſraelitas: ideo non ſolum nō poterat eos oppzimere ſicut a p̄ncipio: ſed etiam non poterat iam defendere ſe ab illis. (Regem chanaan.) Vocat rex chanaan. i. totius terre chanaan: quia ciuitas aſor in qua ipſe regnauit erat principatum tenens ſuper omnia regna chanaam vt patet Joſue. 11. (Lozam filiſs iſrael). i. videntibus eis humiliatus eſt. ſ. quia per terrorem quem deus miſit de celo ſuper ſyſaram ⁊ exercitum eius humiliatus fuit iabin: ita q̄ non auderet iam pugnare contra iſraelitas. Vel dicit. (Lozaz filiſs iſrael). i. a facie filiorum iſrael. ſ. q̄ ipſi fuerunt qui humiliauerūt euz domino tamē agente hoc. (Qui creſcebant quotidie). ſ. in poteſtate. naz diminutio vnius oppoſiti eſt cōfortatio alterius: ⁊ quia quotidie decreſcebat rex creſcebant iſraelite: quia nunc ſub barach colebāt dominuz. ipſe enim ſuſcepto beneficio illo ſpeciali a deo coegit illos ad colendū ſemp deū duz ipſe vixit. (Et forti manu oppzimebant iabin). ſ. cum magna poteſtate inſurgentes in eum oppzimebant ipſum inferendo ei violentias multas. Nam poſtq̄z ſemel preualuerunt armabant ſepe exercitum vt eum oppugnarent: ⁊ predabant in terra eius atq̄z capiebant loca. (Regē chanaan). Quāq̄z non maneret nunc iſte titulus: tamen ſemper nomen manebat quia antiquitus hoc fuerat vt patet Joſue. 11. (Donec delerent eum). ſ. totaliter eius potentiaz deſtruendo ⁊ caperent terraz eius. vnde poſt hoc nunq̄z iſte rex pugnauit cōtra iſrael. ¶Queret aliquis circa ſupza dicta an aber cineus peccauerit faciendo pacem cum rege iabin. naz dicitur in littera q̄ pax erat inter iabin ⁊ domū aber. ¶Aliquis dicet q̄ ſic: quia iabin erat hoſtis iſraelitarū ⁊ premebat eos duriſſime. aber autem erat vnus de populo iſrael. q̄ ergo ipſe iniret pacez cum hoſte iſrael videbat agere contra populū. ¶Reſpondēdū q̄ aber cineus non peccauit faciēdo pacē cum iabin: nec offendit in hoc iſraelitas: qz alioquin ipſi eum expulſſent de medio ſui tanq̄z hoſtem ⁊ fautorem hoſtiū ⁊ publicaſſent bona eius: ſz nihil ei mali intulerunt permittendo viuere vbi vellet. ergo nō offendit populum. ¶Pzo quo ſciēduz q̄ iſta pax poterat multipliciter iniri. Uno modo q̄ cum iabin eſſet rex potēs: ⁊ aber eſſet habitans circa terram eius q̄ p̄ſtitis aligbus magnis ſeruitijs: ⁊ muneribus ei ab eo obtinuerit pacē. ſ. q̄ nullus de regno iabin noceret aber cineo nec rebus eius: ⁊ tñ iabin nō petiuit hoc ab aber cineo: qz cū ille non eſſet vir potentiſſimus: ſed ſolum qdam vir diues nō timebat q̄ ei quicq̄z mali infligere poſſet: iō non curauit petere ab eo aliquā ſecuritatē: ſed ſolum ei illam preſtitit: ⁊ in hoc nō faciebat aber quippiam otra iſraelitas: qz q̄ ipſe q̄reret vtilitatē ſuā nō nocēdo iſraelitiſ nō faciebat iniuſtum. ſi aūt p̄miſiſſet adiuuare regem iabin cōtra quēcunq̄z hoſtem ſuuz tunc iſraelite offenderēt: qz aber deberet pugnare cōtra eos. ¶Alio mō poterat iniri pax. ſ. q̄ iabin ⁊ aber conuenirent inter ſe. ſ. q̄ nullus de regno iabin noceret aber: ⁊ q̄ aber vel domus ei⁹ nō offenderet in aliquo iabin ⁊ habitatores regni eius: tñ nō cōuenerunt vlterius de mutuo adiutorio impendendo. ¶Aliter ēt fieri poterat. ſ. cum q̄ iſraelite oppzimerent a iabin tributis: ⁊ vellēt aliqualiter reſiſtere nō bēbant pacem cū eo qz non ſubdebant omnino. Aber aūt ſoluebat tributa immoderata. ſ. q̄ſtūcunq̄z petiſſet Jabin: ideo ſpāliter ei preſtiterat ſecuritatem ⁊ pacē. ¶Aliter eſſe poterat q̄ Aber ⁊ Jabin cōueniſſent inter ſe de non nocēdo in alterutrū ⁊ de cō pugnando mutuo. ſ. q̄ qcunq̄z eſſet hoſtis vnius eſſet hoſtis alterius ⁊ qñcunq̄z vnus indigeret auxilio ad bellū teneret alius ei auxilium preſtare. iſtud aūt non ſolū vocatur par: ſz ēt fedus ⁊ amicitia. ſic Ariſt. 8. et. 9. ethicoꝝ dicit eē amicitiā inter duas ciuitates que de cōpugnando cōuenerūt. ſimile fedus ⁊ amicitiaz cōpoſuerūt romani cū iudeis vt p̄z p̄io mach. 8. ¶Dōm aūt q̄ in tribus modis primis nō offendebat aliqualiter Aber cineus iſraelitas ſed ſolum p̄curabat vtilitatē ſuā. Jn. 4. modo ipſe offenderet eos eſſetq̄z hoſtis populi cum per hoc obligaret ſe ad pugnandum otra iſrael: et tunc iſraelite non paſſi fuiſſent eum intereſſe viuere. Dōm igitur q̄ babebat pacem aliquo de tribus modis primis cum Jabin.

¶An Jabel ſyſarā occidendo peccarit. Queſtio. 24.

Queretur vlterius an peccauit iabel occidēdo ſyſarā. ¶Aliquis dicet q̄ ſic: qz dō. ē. in lra. erat enim pax inter iabin regem ⁊ domum Aber cinei. ergo occidēdo ſyſaram violabat federa interpoſita qō eſt graue peccatuz: non ſolū de iure poſitiuo: ſed etiā de iure naturali ⁊ gentium. ¶Jtez iabel induxit ſyſarā vt introiret in domū ſuaz p̄mittēs ei ſecuritatem: ⁊ poſtea occidit eum. ergo peccauit. Rñdenduz q̄ non peccauit Jabel occidendo ſyſaraz: qz ſacra ſcriptura laudat eam vt patet ſequenti. c. in cantico cum delbora prophetes dixit. benedicta inter mulieres iabel vroz Aber cinei. ſcriptura tamen non laudat vitia. ¶Dicendum ergo q̄ non peccauit ſz potius meruit: eo q̄ habet multiplex incentiuuz ad hoc. ¶Primum fuit quia ſicut quilibet de populo tenebatur iurta vires dare operam ad procurandum ſalutez populi: ⁊ maxima ſalus populi erat in occidendo ſyſaram: ita ⁊ iabel tenebatur ad laborandum pro ſalute populi: ⁊ conſequenter poterat licite conari ad occidendum Syſaram. nam Aber cineus ⁊ vroz ſua: ⁊ tota domus ſua erant partes domus iſrael eo q̄ morabātur in terra illa ⁊ non habebant alibi habitationem. ideo tenebantur magis pugnare pro ſalute terre huius q̄z alicuius alterius. ¶Jtez Aber erat iudeus. ſ. ſeruans rituz iudaicum ipſe ⁊ vroz ſua ⁊ tota domus ſua: ideo pugnandum fibi erat pro gente que tenebat banc legem. ¶Item Aber erat quaſi habens originez de iudeis. nam ſz antiqua ꝓgenies eius ⁊ alioꝝ cineoꝝ fuerit de madianitis: tamen iam erant quaſi. 180. anni quibus cinei pertinebant ad populum: ita q̄ iam habuerant auos ⁊ patros in populo iſrael: ideo rationabiliter agendum eis erat pro ſalute huius populi. ¶Item iabel poterat hoc iuſte agere qz ſciebat iſtam eſſe voluntatem dei. ſ. q̄ deus dixerat q̄ traderet ſyſaram in manus Barach vt patet ſupza in lra. ergo ſciebat licitum eſſe cuilibet eſſe miniſtrum dei occidendo ſyſarā. ¶Jtē hoc oſtenſum eſt qz deus de celo pugnauerat contra ſyſaram ⁊ exercitum eius vt patet ſequenti. c. ⁊ ſupza in lra dicitur q̄ perterruit dominus ſyſaram ⁊ omnes currus eius; ideo non erat culpabile exercere vindictam in illos quos deus puniri volebat. ¶Ad primam rationem in contrarium dicendum q̄ non egit Jabel contra federa ⁊ pacem. Nam ſi primo modo de. 4. ſupza poſitis fuerit pax non obſtāte illo poterat Aber ⁊ quilibet

Par iter Jabin et domum aber multipliciter iniri poterat. ¶1. mō

2. modo.

3. modo.

4. modo.

Determinatio qō.

A Quinſdā rōnes in oppoſitū. p̄ma rō. 2. rō. Rñ. ad q̄ſitum.

Jabel meruit ſyſarā occidēdo ⁊ pp multa debuit illud facere. Primo

Scdo

Tertio

Quarto

Quinto

Ad p̄mā ronē i oppoſitum. i. q. p̄ce.

Qō.23 A An aber cineꝰ peccarit faciēdo pacē cū rege iabin. Rñ. aliquorum. Rñſio ad queſitū.

¶Queref vlterius an iepte ex hoc q erat illegitimus erat simpliciter puandus successione vel poterat succedere in aliqua pte. ¶Dōm q nūc nō oportet distingui de successiōe illegitimorū fm iura humana.s.aut succedat mri aut pri:z si patri aut stantibus liberis legitimis aut nō stātibus:z in quota portione pōt instituī heres vel suscipere legatū:qz forte nō erat tūc eadē lex ciuilis q nūc:z sic nihil faceret ad ppositū dicere de successione vt modo fit. Sz dōm fm successiones illius tēporis q filij illegitimi nō poterāt succedere vlr pribus ex institutione in testamēto nec ab intestato:sz poterāt instituī heredes in aliqua parte. Vel saltez poterat eis dari aliqđ per modū legati magis q̄ per modū heredis.sic pr Heñ.25.de abraam qui dedit oia que possedit filio suo isaac:filijs aūt cōcubinarum largitus est munera. largiri aūt munera dicit ppie legatū: qz legata dant ex liberalitate testatoris.successio aūt vel institutio heredis interdū necessaria est.s.cū quis legitimos heredes habet quos exheredare nequit: z sic fres iepte puauerunt eū hoc dono qz poterat ei pater suus donare aliqd viuens vel in testō relinquere p modum legati.illo autē exclusō nihil hoz fieret:z forte ex hac cā fratres sui expulerunt eum z ipse recessit ab eis:non solū nō manēs in ciuitate patris sui:sed etiā lōge recedēs de puincia illa. (Habitauit in terra thob). Ista terra thob erat in terra galaad.erat gppe q̄dam pua regio terre galaad z in illa erant aliq̄ vrbes:quarū vna erat maspbat in qua habitabat iepte vt pr. j. non q nūc habitaret in maspbat sz postea habitauit:qz nunc galaadite erāt in maspbat pcedenti c.z tñ miserūt pro iepte in terrā thob vt patet. j. in littera. Et apparet hoc qz supra dr q habitabat iepte in terra galaad.z hic q habitabat in terra thob:z vtrūq referē ad idē tēpus.s.qñ galaadite inerūt ad vocādū eum.q opz q terra thob eēt i terra galaad vel econuerso.z sic erit terra thob i galaad:qz alioquin nō posset fugere i terra thob cū stās in terra galaad eēt in terra thob. (Cōgregatiq sūt ad eū viri inopes). Iste iepte erat vir fortis z bellator qñ recessit de domo patris sui:z nūc nihil habēs de quo viueret exercebat latrocinia vt ide pasceref.z qz videbatur esse vir aptus ad pncipandū multi de pauperib⁹ non habentes aliunde victum cōgregati sunt ad eum:vt illo ductore de pda vel alīs viueret. ¶Queref an iepte peccauit colligēdo ad se viros inopes. ¶Aliqs dicet q sic:qz abimelech cōgregauit sibi viros inopes z vagos:z peccauit:qz accepit illos ad malū finez.s.ad occidendū fratres suos supra.9.c. ¶Itē viri iopes q nullis artibus honestis vitā asseq pñt nō ueniūt ad aliquē nisi cuz ille pōt eos de artibus inhonestis pascere.sed cōuenerūt ad iepte.ergo peccabat:qz dabat illis occasionē vel incitabat ad studia inhonesta. ¶In dzium videf q nō peccabat:qz dauid recepit ad se viros inopes oppssos ere alieno z amaro animo.1.Re.22.c.z tñ ille nō peccauit vt declaratū fuit ibi.ergo etiā non peccaret iepte. ¶Rñdendum q cōgregare viros inopes ad se nō est peccatū fm se:sz erit peccatū vel bonū opus ex fine ad quem cōgregat eos.naz si eos cōgregat ad pascenduz vel vt defendat eos de manu potētiorū:vel vt vtatur eis ad ministrādū eis ad aliqđ bonuz.s.ad pugnādū contra hostes bonū est:vel si congregaf ad defensionē alicuius inocētis qui aliter defendi non pōt. ¶De iepte dicēdū q cōgregauit ad se viros inopes z vagos z illi sponte venerunt ad euz:quia vtriq vtile erat:z hoc fuit ad defendendā vitaz.nam iepte expulsus de domo paterna cum illegitimus esset:nihil possidebat quo vitā defendere posset:nec vidit aliquas artes honestas sibi posse pficere:sz recurrit ad id ad qđ euz natura sua z habilitas maxima inclinabat.erat enim vir fortis z pugnator:ideo putauit nullo modo melius vitaz trāsigere posse q̄ pugnando z de preda viuēdo:z qz solus hoc agere nō poterat cōgregauit ad se viros inopes q euz velut pncipē sequebaf:si aūt predari z pugnare ad tuendā vitā licitū erat eēt quoq licitū congregare viros iopes ad hec agēda.si aūt bellū z preda illicita erāt eēnt quoq illicite cōgregati isti viri iopes.de hoc dicet sequēti.q.videbiē. ¶Ad rōnē primā in dzium dōm q nō erat filius de iepte z abimelech.nā ad abimelech nō conuenerūt viri inopes z vagi:sed ipse conduxit eos pcio.s.de.70.pondo argēti que dederāt ei fichimite supra.9.iepte aūt non cōduxit viros inopes sed ipsi cōuenerunt ad eum gratis scientes sibi vtile fore.non est aūt tam culpabile aliquos qui malū exercere possunt cōducere z excitare sicut illos venientes recipere. ¶Scdo est dissimile:quia abimelech congregauit istos viros ad occidēdū fratres suos:z occidit illos qđ erat sceleratus.iepte aūt non congregauit viros istos inopes ad occidendū iniuste aliquem sed ad latrocinandū vt tueretur vitaz z acquireret necessaria:z ista poterāt in aliquo casu licite fieri sicut infra dicef.ideo non peccauit iepte. ¶Cum aūt dicitur in parte contraria quia non peccauit:eo q dauid sicut congregauit viros inopes z non peccauit:agit ad propositum z non est ad illud respondendum. Si tamen velimus dicere q peccasset:poterat dici q dauid non congregauit eodez modo viros inopes sicut iepte:quia causa principalis in dauid fuit q posset vitā defendere.nam persequebatur eum saul:z poterat capi faciliter in quocūq loco esset nisi haberet adiutores:ideo congregauit viros inopes vt patrocinium ei ferrent.

De sita thob.

2 Qō. 10. A An iepte peccauit colligendo ad se viros iopes. Quidā rō q sic. Scda.

Rō i cōtrariū.

Rñ.ad quesitū.

¶An iepte peccabat agendo predas z bella. Qō.11. A

Queref vlteri⁹ an iepte peccabat agendo p̄das z bella. nā supra dictū est q predas agebat.qđ satis pr: qz in lra dr q cōgregati sunt ad euz viri inopes:z latrocinātes. ¶Aliqs dicet q non peccauit qz spūs dñi veniebat sup iepte.q̄ nō peccabat.pr.j.in lra.cum dicif q spirit⁹ dñi factus est super ipm. ¶Itē pr ad Hebreos.11.vbi in catalogo sanctorum ponit

Quidā rōnes in oppositū. 1.rō. 2.rō.

Legata qd sint.

Apostolus

Rñ. ad q̃stũ.

Apostolus iepte. ergo non peccauit faciẽdo predas. ¶ Rñderi posset q̃ iepte peccauerit faciẽdo p̃das: nec est hoc aliq̃ inconueniẽs vt j. ỏclarabiẽ. nã nũc nõ erat iepte vir alicuius pfectionis: vt de eo deberemus negare peccatum mortale. Si tñ volumus dicere q̃ nõ peccauit etiam poterimus hoc dicere. nã forte faciebat iepte latrocinia ⁊ bella sicut dauid: ille enim cũ esset in terra philistinoꝝ agebat p̃das cõtra gessuri ⁊ gezre ⁊ amalechitas: atq; occidebat quotquot poterat. 1. Re. 27. c. ⁊ tñ ibi declaratum est q̃ nõ peccabat eo q̃ agebat cõtra gẽtes cõtra quas licitum erat pugnare. sic forte erãt alique gentes hostes israelitarum cõtra quas israelitis erat semp iustum bellum: ⁊ quicunq; vellet de illis nõ petito consilio plebis nec cõsensu poterat pugnare. sicut nunc fit inter illas gẽtes que ad inuicẽ nõ hñt pacez: ⁊ iepte qz erat vir fortis cõgregatis viris inopibus pugnabat ꝯra istam gentem ⁊ p̃das agebat. de quibus viuebat ipse ⁊ cõsortes sui. ¶ Cum autẽ dr̃ q̃ erant latrocinãtes cum iepte non obstat: qz forte illi qui p̃us erãt latrocinãtes in terra israel conuenerunt ad eum vt non essent iam latrocinãtes in israel sz contra hostes israelitarum. Si autẽ vellemus dicere q̃ iepte peccauit latrocinãdo: vtpote si latrocinia agebat in terra israel: nõ est inconueniens. nam non est iepte aliquis vir semper conuersationis sancte de quo nefas sit aliquid finistri cõfiteri. ¶ Ad rationem primam cum dicitur q̃ in iepte veniebat spiritus domini. ergo non peccabat. non tenet consequentia: quia iste spiritus multiplex est: ⁊ cum illo stare põt peccatuz nisi sit spũs gratie gratificantis: vel cum quo necessario est ⁊ gr̃a gratificans. sic patet de balaam sup quez fiebat spũs domini. ⁊ tñ peccabat grauiter Nume. 24. c. etiam sup saulẽ factus est spũs domini. 1. Re. 10. et. 11. et. 19. et tamen peccauit grauiter post hoc ⁊ añ b̃. ¶ Itez spiritus domini qui irruisse dicitur sup iepte fuit spũs animositatis ad bellum vt auderet pugnare contra filios amon cõtra quos alꝫ non ausurus esset pugnare: ⁊ iste spiritus non inducit secum gratiam gratificantez: ideo habentes illum põt peccare.

B Ad rõnẽ p̃mã i diuersum.

Ad scõaz rõnẽ.

¶ Ad secundum dicẽdum q̃ apostolus ponit iepte in catalogo sanctorum. s. illorum qui habuerunt magnã fidem: ⁊ p bãc exposuerunt se piculis. ⁊ sic iepte non dubitauit se exponere contra amonitas: quãquã illi plures ⁊ fortiores eẽnt confidẽs de dei adiutorio. non tamẽ ex hoc tollitur quin iepte peccauerit añ̃q̃ per fidem se exponeret. sicut non repugnat q̃ aliquis moriatur pro Christo: ⁊ ante hoc peccauerit. immo etiam q̃ moriatur pro Christo: ⁊ pereat eternaliter vt ait Augu. in encheridion de illo qui in aliq̃ hereſi vel schismate existẽs moriẽ ne Christuz neget. nam non est ei salus. ⁊ habetur hoc p magistrũ. 4. sniarum dist. 3. in fine. Etiam gedeon poterat peccare postq̃ se exposuit ad mortem p fidem contra amonitas. nam non fuit p hoc factus impeccabilis. potest ergo teneri in hoc q̃ peccauerit iepte: vel q̃ non peccauerit. Sed rationabilius est q̃ dicamus eum non peccasse: quia in dubijs fauorabilius eligendum est. (Et latrocinantes). i. conuenerunt ad iepte aliqui qui prius erant latrocinantes: sed postea cum eo manẽtes non latrocinabantur de israel sicut prius sed de hostibus vt supra dictuz est. In hebreo non habetur latrocinãtes: sed apposuit illud Dieronymus quia ad sentẽtiam videtur ptinere: eo q̃ isti viri inopes ⁊ vagi non habẽt vnde viuã ntisi de latrocinijs. (Et eum quasi p̃ncipez sequebãtur.) Obediẽtes ei in omnibus: quia erat vir fortissimus: ⁊ prudẽs: ⁊ exercitatus in bello: ideo suberãt directioni eius in omnibus. (Exierũt cum ipso.) Sed est mutatio tẽporis. ⁊ oportet dici exibant cum ipso: quia p hoc impatur consuetudo ⁊ non vnicus actus. ⁊ dicitur exibãt cum ipso. i. ibant cum eo quocũq; vellet. ⁊ hoc est q̃ eũ quasi p̃ncipem sequerẽt. (In diebus illis.) Dic ponitur scõm huius ptis. s. iepte bonorabilis reductio ⁊ in p̃ncipem constitutio: ⁊ istius fuit occasio bellum cõtra amonitas ideo ponitur illud bellũ. ⁊ dr̃. (In diebus illis). s. quando iepte cũ viris suis agebat p̃das. (Pugnabãt filij amon cõtra israel.) scz quia castrametati fuerãt in terra galaad ⁊ ibi pugnabant: ⁊ faciebant predas: israelite tamẽ nondum ꝓcesserant cõtra amonitas in bellum: eo q̃ nondum habebant ducem belli. (Quibus acriter instãtibus). i. acriter pugnãtibus amonite. s. pugnabant dure: ⁊ tanto durius quanto minor resistentia erat ex pte israelitarum non habentium ducem: ⁊ si amonite leuiter pugnauissent nõ curauissent galaadite inquirere iepte de terra thob: sed magnitudo belli coegit eos. (Perrexerunt maiores natu de galaad). i. seniores galaaditarum iuerũt pro iepte: ⁊ missi sunt isti quia erant maioris auctoritatis: vt magis posset moueri ad veniẽdum iepte videndo q̃ tãtum eum honorabãt q̃ mitterẽt honorabiliores viros de tota terra galaad pro eo. ¶ Itez quia isti debebant conuenire cum iepte q̃ veniret ad pugnãdum ꝓ galaaditis: ⁊ q̃ esset p̃nceps eorum. iepte tamen non crederet nunciis nisi essent viri magne auctoritatis inter reliquos de populo galaad: ⁊ totus populus ratuz haberet q̃ facerẽt isti p̃ncipes. ¶ Item vt iepte veniens ad eos veniret honorabiliter comitatus tanq̃ iam p̃nceps eorum factus. (Vt tollerẽt in auxilium suum iepte de terra thob.) Sciebãt eum habitare nunc in terra thob latrocinãdo: ⁊ illuc miserunt ad ducẽdum eum vt eẽt eis in auxilium. s. in ducem. nam nesciebãt aliuz qui ita vtiliter posset eis ducatum p̃bere. (Dixerũtq; ad eum). s. seniores galaaditarum. (Veni esto p̃nceps noster). i. dux belli ꝓ nũc: ⁊ etiã p̃nceps ꝓ omni tpe vt domineris terre nostre. (Et pugna cõtra filios amon). i. sis dux noster in pugna cõtra amonitas. In hebreo hꝫ. (Pugnabimus ꝯra amonitas.) Idẽ est. sz ĩra nostra voluit significãtius loqui attribuẽdo totam istam pugnam iepte. s. q̃ ipse dr̃ eam ordinare: ⁊ p̃cipalẽ curam gerere de illa: quã ipse totam ageret. Et pr̃ quia israelite hoc imponebãt ei in onus vt darẽt in p̃mium q̃ eẽt p̃nceps illorum. si aũt diceretur pugnabimus non videbatur hoc magis incumbere iepte q̃ãm galaaditis: sz eẽt negocium cõe. (Quibus ille rñdit. nõne vos estis qui odistis me ⁊ eiecistis de domo p̃ris mei). q. d. quomodo iustum est q̃ ego vobis auxilium p̃beã: cum me oderitis ⁊ eieceritis de terra mea: ⁊ domo p̃ris mei. ⁊ dicebat hoc ad significãdũ q̃ nõ crederet eis. nã ipsi q oderãt eũ eiecerũt ipm de domo patris sui. ita nũc q̃ãm adiuuaret eos postea eum non reciperẽt in p̃ncipez. Etiã nõ credebat qz veniebãt ad eũ in tpe necessitatis: iõ recedẽte necessitate putabat q̃ nõ seruarẽt ei fidẽ. increpuit ergo eos hoc mõ: vt illi videtes se rõnabiliter increpitos facerẽt magnaſ ꝓmissiõez ⁊ firmas. ¶ Quereſ qũo iepte dixit: vos estis q odistis me ⁊ eiecistis de domo p̃ris mei: qz soli fres sui eiecerãt eũ. ⁊ isti erãt seniores galaaditaꝝ. ¶ Nicolaus rñdet vno mõ. s. q̃ forte erãt hic alig de fratribus suis inter istos seniores. ¶ Sz nõ est vsimile: qz sciebãt galaadite q̃ iepte oderat fres suos eo q̃ eũ de terra eiecerãt: iõ si mitterẽt aliquẽ de illis exasperareſ magis ⁊ nõ veniret: qz cũ is q displicet ad intercedẽdũ mittiſ: alius iratuz ad deteriora ꝓuocaſ vt ait Grego rius in moralibus. ⁊ hr̃ in decre. 49. di. c. solicite. ¶ Alr̃ p̃t dici q̃ fres iepte eiecerũt eũ de domo p̃ris auctoritate iudicis tanq̃ scãdalosuz vt nõ succederet in hr̃ditate pr̃na cũ illis: ⁊ isti iudices veniebãt nũc cũ istis senioribus: vel erãt alig istoꝝ seniorum iudices: iõ oquerebaſ de eis q̃ eũ iniuste eiecissent de domo patris sui. ¶ Aliter p̃t intelligi q̃ isti eiecerũt eũ ⁊ oderũt. s. dederũt fauorẽ fribus suis ad hꝫ q̃ eũ eijcerẽt dato q̃ nõ eẽnt iudices. ⁊ istud fuit ex odio. ¶ Aliter ẽt põt intelligi. s. q̃ solũ fratres iepte eum eiecissent de domo p̃ris sui: qz tñ isti erãt de terra illa trãssert crimẽ in istos. sic. n. cũ alicui in aliq̃ cõitate vel loco iniuria ẽ illata: quoscũq; de illa cõitate aut loco viderit cõqueriẽ tãq̃ ad oẽs illos ptineat delictũ de iniuria sibi illata. (Et nũc venistis necessitate cõpulsi). s. qz filij amon p̃mũt vos. q. d. oũ eratis trãquilli non venistis ad petẽdũ me in p̃ncipẽ vz̃um vt pugnarẽ ꝓ vobis: sz nũc necessitate cõpulsi venistis: iõ nõ deberẽ vobis p̃stare auxiliũ. nã p̃sumiẽ ɔ illos q aliqd agũt necessitate cõpulsi q̃ nõ bono zelo agãt. sic ecclia p̃sumit ɔ illos q baptizantur qñ sunt in egritudine: ⁊ dum essent sani nolebant: q̃ nõ agãt deuotione religionis: iõ statuit q̃ q baptizatus fuerit oũ in egritudine ẽ post ad sacros ordines nõ possit ꝓmoueri vt pz in decre. 57. di. c. figs in egritudine. sic ẽt mitius agiẽ in iudicialibus cũ spõte confesso q̃ cũ convicto. ⁊ tñ si confiteaẽ metu ⁊ necessitate ꝓbationũ instãtiũ non agiẽ mitius. ¶ Quereſ q̃re seniores galaad non se excusauerũt de hoc crimine electõis iepte: qz poterãt se excusare rõnabiliter si ipsi nõ fuerũt ptícipes q̃q̃ eẽnt de eadẽ terra. Etiam dato q̃ eẽnt iudices poterant se excusare si iure hoc existẽte fecerunt. ¶ Respondẽdum q̃ isti seniores noluerunt se excusare quãquaz possent: eo q̃ excusando se loquerẽtur contra iepte: ⁊ in hoc mouerẽt eum ad iram: iõ erat melius q̃ darẽt locum ire eius relinquẽdo verbuz in ore ipsius: ⁊ sic mitigaretur spiritus furoris. plus. n. irã taciturnitas q̃ rñsio mollis vel excusatoria frangit. ⁊ qz isti nolebant ꝓuocare ad irã ipm iepte sz ducere eum secum non responderunt: vt sic euacuaretur furor. (Dixerunt q̃ p̃ncipes galaad. ob hanc ergo cãm venimus ad te.) Rñderunt isti seniores qui erant p̃ncipes galaad verum eẽ qõ dicebat iepte. s. ob hanc causam venimus ad te. ⁊ tñ non ob hoc minus ɔfidẽdũ nobis ẽ: qz cũ te egeamus certissime cõstituemus te p̃ncipẽ. (Ut pficiscaris nobiscũ). s. illico eas qz instãt amonite. (Et pugnes ɔ filios amõ). s. q̃ tu fis dux in pugnando. et sic totum bellum tibi videbitur imputari. In

† Littera in hebreo.

» Qõ. 12. A Qũo iepte dixit. vos estis q odistis me et eiecistis de domo p̃ris mei. Nico. rñ. ad quesitũ. Cõfutatio.

Doc. multiplices rñ. ad q̃stum. Prima.

Secunda.

Tertia.

« Qõ. 13. A Qñ seniores galaad ñ se excusarũt ꝺ hꝫ crĩe electiõis iepte. Rñ. ad q̃st.

Taciturnitas plusq̃ mollis rñsio irã frãgit.

† bebreo habeť.ē. (Cum sitis in tribulatione.) Ubi lra nra dicit
† necessitate cōpulsi venistis.z idē est. (Sisq; dux oium qui habi
tāt in galaad).i.z postq; pugnaueris maneas semper princeps
omnium galaaditarum:etiam si nunq; postea sint bella.per hoc
autem constituebant eum principem sup dimidiam tribum ma
nasse:z sup tribum gad.nam iste gētes mozabantur in terra ga
Notādū. laad. ¶ Credendum est etiam q; tribus ruben veniret in banc
conditionem:quia lz non habitarent rubenite in terra galaad:
tamen habitabant simul cū tribu gad z dimidia tribu manasse
in terra duozum regum amozreozū Num̄.32.z Josue.13.tota
autē terra istarū duarū tribum z dimidie fuit olim terre amoni
tarum z moabitarum.sed seon et alij reges amozrei ceperunt
eam violenter de manibus moabitarum z amonitarum vt col
ligitur Nume.21.z Josue.13.si igitur nunc amonite repetētes
terraz galaad tanq; sibi debitam quia olim fuit de terra eozum
obtinerent contra manasse z gad:ita moabite peterent terrā in
qua manebant rubenite:quia illa erat de iure eoez.ideo veri
simile est q; nunc omnes due tribus z dimidia simul pugnarēt
contra amonitas:z omnes se subiecerint ducatui iepte ad sem
p.dz tñ de habitantibus in terra galaad quia pp istos erat nūc
† belluz. (Iepte quoq; dixit eis.) Putauit iepte q; galaadite vel
lent eū fallere:ideo noluit petitioni eozū assentire sine firma ꝓ
missione:scz q; iurarent ei q; baberent eum semp in principem.
† (Si vere venistis ad me vt pugnē ꝓ vobis otra filios amon.)
i.q; dubitabat an vere venirent ad boc.naz nō dubitauit de isto
quia bene nouerat q; necessitate compulsi veniebant ad eum vt
pugnaret contra amonitas.sed dubitabat an vere vellent eū fa
cere p̄ncipē:z qz ipsi boc dicebāt dixit.si vere venistis.i.cū ve
† ra intentione ad me faciendū p̄ncipem. (Tradideritq; eos dñs
in manus meas ego ero p̄nceps vester).i.si cū vera intentione
faciendi me principē ad pugnandū venitis ꝓmittatis mihi q;
facietis me p̄ncipem si prevaluero cōtra amonitas. ¶ Quere
Qō.14 ť quare non dixit ad omnē casuz q; facerent eū p̄ncipē postq;
A pugnaret contra filios amon:siue traderentur in manus eius:
Qz iepte si siue non:quia cū ipse faceret quātuz in se erat merebatur princi
dixť ad oēz patuz:siue obtineret:siue non.ᵇ ¶ Respōdendū q; iepte dixit so
casuz q; fa lum si tradiderit dominus filios amon in manus meas:vt ostē
cerēt cum deret q; volebat iustissime babere p̄ncipatū.nā si anteq; trade
p̄ncipē isra rētur amonite in manus eius efficeretur princeps eozū:poterat
elite pu- cōuenire cuz amonitis vt non pugnaret q; daret eis aliquā par
gnatis amo tez terre galaad quā ipsi petebāt:z tunc manerēt deluſi galaadi
nitis ꝛc. te:scz quia baberent in principē illuz qui nibil eis proficeret sed
ᵇ Rñ.ad q̄. magis noceret.si autē non efficeretur princeps sed solum dux
belli quousq; traderēť amonite in manus eius:merebať postea
Amōite in sine dubio babere principatū exercitus. ¶ Uel dixit boc quia
man? iepte amonite poterant dupliciter tradi in manus iepte.s.per boc q;
dupliť tra ipse in bello victos occideret. Uel quia eos de terra galaad effu
di poterāt. garet.nunc autez intendebat iepte pugnare indesinenter contra
amonitas:scz vel q; ipse z israelite bellando deficerent z mozerentur:vel expellerent amonitas de terra. ¶ Si aūt iepte moze
retur pugnando:non egebat principatu.si autem superuiueret
expelleret de terra amonitas victos:z tunc essent traditi in ma
nus eius.ergo non egebat iepte principatu nisi deus traderet in
manus eius amonitas.

¶ An iepte potuit licite principatum terre galaad desiderare:
z an desiderare liceat beneficia z dignitates ecclesiasticas vel
temporales. Qō.15.

A **Queretur** an iepte potuit desiderare licite p̄ncipatum
terre galaad.nā noluit ire ad adiuuādū eos
Rñ.ad q̄st. nisi iurarent ei de constituēdo illū p̄ncipē. ¶ Rñdendū q; con
tingit desiderare bonorē secularē:aut ecclesiasticum. In bonore
ecclesiastico qui concernit curā animarū non est licitū alicui de
siderare absolute:quia nemo debet se iudicare dignū ad p̄fecte
exequēdū id qō dignitas illa requirit.z potissime boc est in ma
gnis dignitatibus.s.in epatu z maiozibus:ideo nullus sponta
neus debet assumi sz vocatus z iussus.Et in signū huius eccle
sia iubet ei qui consecratur in epm q; bis dicat,nolo:cū petiť ab
Nulli epa- eo si vult epari:z in tertia dicit volo quasi obediendo z non cu
tū absolute piendo.si tñ liceret alicui desiderare epatū absolute:nō iubereť
optare licz. ei q; diceret nolo:quia tunc ecclesia induceret eū ad mentiēdū.
In illis aūt ecclesiasticis officijs vel dignitatibus q̄ nō babēt cu
rā animarū sed babēt iurisditionē adbuc difficultas est:qz lz ma
gis alicui liceat desiderare istas q̄ illas que requirunt curam
animarū:tñ non licet cuilibet desiderare eas:sed ei soli qui vir
tute z prudentia iuste p̄esse pōt exercendo vtiliter iurisditionē
suā.Si aūt sunt ecclesiastice dignitates:vel officia:aut beneficia
que non exigunt animarū curaz:nec iurisditionē annexā habēt
sed solū exigunt seruitium ecclesiasticū:qlibet pōt desiderare il
la dum tñ moribus se ornare cōtēdat agēdo qō in se est.in scho
laribus aūt dignitatibus quedā sunt q̄ nō cōcernūt iurisditionē
sed solum bñt quasdā vtilitates cōsequi babens dignitatem vel
offiū.alie dignitates exigunt iurisditionē.de ꝓmiss dōm q; cuiq;
licet desiderare illos:eo q; solū est ibi vtilitas tpalis:q̄ cuiq; cō
uenire pōt.Si aūt cōcernūt iurisditionē:non licet cuiq; desidе-
rare.nā si leges humane ambitū dignitatū reprobant quāto ma
gis lex diuina reprobare dz.Siquis tamē est qui virtutibus et
prudētia sufficiens est preesse iurisditioni potest illā desiderare:
lz iudicare de se boc non sit nimis tutū:nec tñ est valde repro
bandū. ¶ Nunc aūt dōm de iepte q; ipse desiderauit dignitatē
secularē q̄ exigebat iurisditionez.s.qz volebat esse p̄nceps terre
galaad:p̄ncipalis tñ iurisditio istoz iudicū israelitaz nō erat in
diffinitiōe causaz:lz in bellis vt declaratū est in ꝓlogo huius li
bri.ad bec aūt erat aptissimus iepte.nā ob boc eligebať a viris
galaad in ducē:iō poterat desiderare iustū p̄ncipatū. ¶ Cōside
rādū tñ circa boc q; cum aliqua dignitas est vel offiū in quo est
bonoz et redditus pōt aliqs desiderare illā:vel inquatū bz bo
norē:vel inquātum bz reditus. ¶ Primo mō non est desiderū
tam licituz:qz bonoz fm se nō dz ab aliquo desiderari:lz bonoz
iam obtētus dz vel pōt saltē magno studio cōseruari. Causa bu
ius est qz desiderare bonorem fm se est velle frui seipso:z istud
nulli licet.Si aūt desidereť inquantū bz reditus pōt esse licitum
desiderū magis respectu cuiuscūq; dignitatis vel officij:inquan
tum aliquis qui alis nō babet vnde viuat illo mō babebit:cuili-
bet tñ licet desiderare z ꝓcurare q̄ ad vitā necessaria sunt:nisi
in ꝓcurādo sit modus illicitus. (Dixerūtq; ei.dñs qui bec audit †
ipse mediator ac testis est q; nra ꝓmissa faciamus).i.deus au
dit q; nos ꝓmittimus tibi noie oium galaaditaz q; faciemus te
p̄ncipē sup terrā galaad:z ipse est testis:z nos inuocamus eū in
testē q; faciemus q̄ ꝓmittimus.nā tunc deus in testē vocatur.z
dz deus qui bec audit loquēdi vulgariter modus est.nam deus
nibil audit cū non fit aial.ad aialia aūt pfecta aliqualiter ptinet
audire cum babeant organa potentie auditiue:deus aūt nec bz
organa nec potētiam auditiuā:ideo non pōt audire:qz tñ deus
intelligit quecunq; nos loquimur nibil audiendo:ac si oia audi
ret dz a vulgaribus audire.sic etiā deus nibil videt:cū nec ocu-
los babeat sed quia que nos videntes intelligimus ipse quoq;
pfectius intelligit dz illa videre.vocatur deus mediator z testis
iter iepte z seniozes galaad pp duo.Primo qz ipsi inuocauerūt
eum in testem z mediatorē.Scdo qz dato q; ipsi non inuocarēt
eū:deus omnibus que fiunt z dñr ꝓsens est.in bebreo babetur.
(Dñs sit audiens inter nos.) Ubi lra nra dicit.dñs q; bec audit
ipe mediator ac testis est.z posuit istud lra nostra ad exponēdū:
qz lra bebraica interdum pre brevitate non explicat qō intēdit.
(Abiit itaq; iepte cū p̄ncipibus galaad.) Jam certificatus q; nō
fallerent eum prexit cū illis ad adiuuandū eos.(Fecitq; eū dīs
populus p̄ncipē sui).s.venit iepte ad locū illū in quo galaadite
castrametati fuerāt.nā amonite castrametati fuerāt in terra ga
laad ꝺ ipsoz galaaditaz:z galaadite castrametati sunt i maspbat
p̄cedēti.c.z de ipso loco missi sunt seniozes ad iepte in terrā tob:
z reduxerūt eū in maspbat:vbi erat totus populus cōgregatus
z ibi constituerūt eum in p̄ncipē. *¶ Queret quare galaadi
te cōstituerūt nunc iepte p̄ncipē terre galaad anteq; pugnaret z
traderentur amonite in manus eius:qz sic ipse dixerat.s.si tra-
diderit dīs amonitas in manus meas ero p̄nceps vr.ᵈ ¶ Rñ-
dēdum q; galaadite constituerūt eum nūc p̄ncipem ante bellum
ꝓpter tria.ᵃ Primū est vt ostenderēt affectionē suam ad iepte:
z q; non baberēt desideriū fallendi ipsum:qz anteq; aduenireť
dītio quā ipse posuerat suscipiebāt eū in p̄ncipē.z sic iepte ma
gis se exponeret ad q̄cunq; picula ꝓ illis.ᵒ ¶ Scōm erat qz ga
laadite nō dubitabāt de fide iepte:iō nō putabāt differre q; tra
derent ei p̄ncipatū anteq; pugnaret vel post.nam nō recte agen
te illo poterāt ei auferre p̄ncipatū. ¶ Tertiū erat ad imponen-
dum ei maiorem curam pugnādi.nam cū faceret eum p̄ncipem
putaret iam pugnare ꝓ re sua:z afficeretur valde ad pugnan-
dum. Si autem nondum factus esset p̄nceps:quia poterat dubi
tare adbuc an seruarent promissa non tanto affectu pugnaret.
(Locutusq; est iepte oēs sermones suos coram dño in maspbat.)
s.proposuit ibi omnia verba sua de compositione quā faciebat
cuz galaaditis ad boc q; pugnaret pro eis fideliter vsq; ad moz
tem cōtra quoscunq; hostes:z galaadite ꝓmiserūt q; sicut nunc
recipiebāt in p̄ncipē iepte:ita euz semp tenerēt finitis bellis.
*¶ Queret quomodo dicit bic q; posuit iepte omnia verba sua

coram

De cupi-
ditate
scholari-
um oigni
tatum.

Doc. rñ.
ad q̄situz
formalr.
B

Notādū

Bonoz ō
fideraď
nō est.

De? vo-
cať dupli
ci cā me-
diatoz z
testiš iter
iepte z se
niozes ga
laad.
Lra i be
breo.

*Qō.
16.
A
Qz gala
adite cō-
stituerūt
nūc i p̄n-
cipē iep-
te ēre ga
laad añ-
q̄ pugna
ret cōtra
amōitas.
ᵈ Rñ.ad
q̄situm.
ᵃ 1.cā.
ᵒ 2.cā.
ᶾ.cā.
*Qō.
17.
A
Quō dz
q; iepte
posuit
oia vba
sua coraz
dño.

Nōnullor rñsio ad q̄stū. Jm pba.

coram domino. ¶ Aliqui respondent q̄ erat sanctuariū in maspbat: t loquendo coram illo dicebantur loqui coram domino. ¶ Sed dicendū q̄ non stat: q̄ ꝛ aliq̄ teneant q̄ fuerit sanctuarium in maspbat aliquādo. s. tēpore samuelis. s. quando immolabat ibi. 1. Reg. 7. vt vult Nicolaus. tamen nunc nō poterat esse in maspbat sanctuariū: q̄ erat in sylo. nam ex tpe iosue vsq̄ ad tempus beli semp fuit in sylo. israelite enim postq̄ introierunt in terra chanaan t obtinuerunt quandam partem terre: anteq̄ diuiderēt eam p̄ sortes posuerunt tabernaculuz domini in sylo Josue. 18. t postea non fuit mutatum vsq̄ ad tp̄s beli vt p̄z. 1. Re. 1. et. 4. c. nā tūc ibi erat eū capta est arca a philistinis. ¶ Dici pōt q̄ israelite constituerant ibi aliqō altare in quo immolarent dño. t stando coꝛā illo altari dicebant esse coꝛaz domino.

Alia rñ.

Doc. rñ. ad q̄stū.

¶ Sed adhuc magis videtur dōm q̄ ꝓposuit iepte sermones suos coꝛā dño. i. deo vocato in testē. fic. n. dixerūt. ō. galaadite ad iepte. dños q̄ hec audit: ipse mediatoꝛ t testis est q̄ nr̄a ꝓmissa faciamus. vel coꝛā dño vel publice. t isti duo modi fuerūt: q̄ iepte t galaadite vocauerūt in testē dñz eoꝛ q̄ tūc ꝓmittebāt et in vltoꝛē figs ꝓmissa ifringeret. ¶ Etiā fecerūt illud publice: t q̄cqd publice fit coꝛā dño fieri dꝛ. simile bī Josue vltimo. vbi dꝛ q̄ locutus ē iosue ad totū populū coꝛā dño: t tñ in sichem vbi tūc erat iosue cū populo nō erat sanctuariū ſz in sylo vt ibi declaratū est. sed dicebaī coꝛā dño. i. p̄sente toto populo.

Alia rñ.

Sybilla libyca claret.

¶ Et misit nuncios ad regē filioꝛū ammon q̄ ex ꝑsona sua dicerent. Quid mihi t tibi est: q̄ venisti ꝓtra me vt vastares terrā meā? Quib⁹ ille rñdit: q̄ tulit israel terrā meam q̄n ascēdit de egypto: a finibus arnō vsq̄ ieboc atq̄ ioꝛdanē. Nūc ergo cū pace redde mihi eā. Per quos rursuz mādauit iepthe: t ꝑerauit eis vt dicerēt regi āmon. Hec dicit iepthe. Nō tulit israel terrā moab: nec terrā filioꝛ āmon: ſz q̄n de egypto ꝓscenderūt: ambulauit p̄ solitudinē vsq̄ mare rubꝝ: t venit in cades. Misitq̄ nūcios ad regē edom dicēs. Dimitte vt transeaz terrā tuā. Qui noluit acquiescere p̄cibus eius. Misit quoq̄ ad regē moab: q̄ et ipse transitū p̄bere ꝓtēpsit. Mansit itaq̄ ī cades: t circuiuit ex latere terrā edom t terram moab. Venitq̄ ad oriētalē plagā t̄re moab: t castrametatus est trans arnon: nec voluit intrare terminos moab. Arnon q̄ppe ꝓfiniū est terre moab. Misit itaq̄ israel nuncios ad seon regē āmoꝛreoꝛū: q̄ habitabat in esebon: t dixerūt ei. Dimitte vt transeam p̄ terrā tuaz vsq̄ ad fluuiū. Qui t ipse israel v̄ba ōspiciēs non dimisit eū trāsire p̄ terminos suos: ſz infinita multitudine ꝓgregata egressus est cōtra eū in iasa: t fortiter resistebat. Traditiq̄ eū dñs ī manu israel cū oī exercitu suo: t percussit eū: t possedit oēm terram āmoꝛrei habitatoꝛis regionis illius t vniuersos fines eius ō arnon vsq̄ ieboc: t de solitudine vsq̄ ad ioꝛdanē. Dñs ergo deus israel subuertit āmoꝛreū: pugnāte cōtra illū populo suo israel: t tu nūc vis possidere terrā eius? Nonne ea que possedit chamos deus tuus tibi iure debēt.

Sybilla europea ꝓpbetat

Sybilla cumana vaticinatur. nu. 22. a.

Que aūt dñs deus nr̄ victoꝛ obtinuit: in nr̄az cedēt possessionē. Nisi forte melioꝛ es balac filio sephoꝛ rege moab: aut docere potes q̄ iurgatus sit contra israel: et pugnauerit cōtra eum quando habitauit in esebon t in viculis eius: t in aroer t villis illius: vel in cunctis ciuitatibus iuxta ioꝛdanem per trecentos annos. Quare tāto tempoꝛe nihil super hac repetitione tentasti. Igitur nō ego pecco in te: sed tu cōtra me male agis: indicens mihi bella non iusta. Judicet dominus arbiter huius diei inter israel et filios ammon. Noluit/q̄z acquiescere rex filioꝛum ammon verbis iepthe que per nuncios mandauerat. Factus ē ergo sup̄ iepthe spiritus domini: t circuiens galaad et manasse: maspha quoq̄z galaad: et inde transiens ad filios ammon votuz vouit domino dicens. Si tradideris filios ammō in manus meas: quicūq̄z primus fuerit egressus de foꝛibus domus mee: mihiq̄ occurreꝛit reuertenti cum pace a filijs ammon eū holocaustum offeram domino.

Et misit nūcios. Hic ponitur secundū principale huius. c. s. iepte supplicantis humiliatio: quia humiliter misit ad petendum a rege amon q̄ non indiceret ei bella. Et diuiditur in tres partes. Primo ponitur petitio iepte rōnabilis. Scōo regis amonitarum responsio irrationabilis. ibi. (Quibus ille respondit.) Tertio irrōnabilis responsionis iussa euacuatio. ibi. (Per quos rursum mandauit.) ¶ Circa primū dꝛ. (Et misit nuncios). s. iepte p̄nceps constitutus consilio habito cum galaaditis misit nuncios ad regē amon vt desisteret a bello. ¶ Queret quare iepte misit nuncios ad regem amon vt desisteret a bello: q̄ potius debuisset pugnare contra illū: cū videret q̄ ꝓcedebat p̄ terrā suam vastando illaz. ¶ Rñdendū q̄ voluit iepte amonere regē amon iustis exhoꝛtationibus si forte sine bello cederet. t hoc quia forte rex amon ex quadā ignoꝛātia mouebaī ad petenduz terram galaad tanq̄ sibi debitam: t iepte nunc ꝓtulit rōnes euidentissimas p̄ quas rex amon deberet cognoscere se non habere ius t cedere: t forte illas ignoꝛabat. ¶ Itē ꝓficiebat misio nuncioꝝ ad iustificandum bellū: q̄ cum nunc rex amon iniustū bellū indicēs israelitis t ostenso q̄ bellū iniustū esset nō desistere: poterat iepte iuste occupare id q̄ō erat nūc de terra amon: cū iniuste vellet vexare israelitas: t poterat facere cedē: t p̄dā iustā in terra amon. t sic fecit. nā cū nō assensisset rex amon v̄bis iepte ipse pugnās ꝫ illū percussit amonitas effugās illos: t postea ciuitates. 20. p̄cussit ō terra amonitaꝝ: t tulit ſpolia illaꝝ vt p̄z. j. in lr̄a. (Et misit nuncios ad regē filioꝝ amon). s. q̄ erat nūc in terra galaad iā vastās terram galaaditaꝝ. (Qui ex ꝑsona sua dicerēt). i. noīe suo. istud dꝛ q̄ nō mittebanī nuncij ex ꝑsona totius populi. nā si fuissent galaadite sicut p̄ius nō bñtes p̄ncipē: mississent nūcios ex ꝑsona totius populi: q̄ tñ p̄ncipē hēbāt: ille debat mittere nūcios noīe suo. In hebꝛeo nō habeī. q̄ ex ꝑsona sua dicerēt. sed solum misit nūcios ad regē amō. Hieronymus tñ posuit h̄ q̄ō colligit ex lr̄a sequēti. cū dꝛ. qd mihi t tibi: q̄ venisti ꝫ me vt vastares terraz meā. t sic sunt ista verba ex ꝑsona solius iepte. lr̄a autē nr̄a sepe addit aliq̄ verba q̄ non bñr in hebꝛeo q̄ztū ad lr̄az: t tñ necessario subintelligunī: t q̄ optimū genus interꝓetādi non est trāsferre semp v̄bū ex v̄bo: ſz magis sensuz ex sensu: interduz aliqua v̄ba addit vel mutat sequēdo ſp sniaz: vt p̄z cuicūq̄z fine inuidia intuēti. (Quid mihi t tibi). i. qd habes mecū: vel qd ego feci tibi. (Quia venisti contra me). s. ꝓtra me t ꝓplm meū. soluz tñ se exprimit q̄ oia sua sunt: t ꝫ eū soluz agere censeī. (Et vastares terram meā). i. terrā galaad q̄ mea est. non eni erat terra sua sicut alie terre sunt regū vel dñoꝝ: q̄ iepte non fuit ꝫstitutus rex vel dñs: sed solū p̄nceps vel iudex. nam inter iudices computaī iepte. potestas aūt iudicum valde minoꝛ erat q̄z dominoꝝz vel regū vt declaratum fuit in ꝓlogo huius libri t. ē. 8. c. ſz vocauit terram suā quantū ad ꝓtectionē. nā ad eū ptinebat ꝓtectio cuz fecissent euz p̄ncipē omnes galaadite. (Quibus ille rūdit.) Dicponitur scōm huius partis. s. irrationabilis rñsio regis amon. (Quia tulit israel terram meam quando ascendit de egypto.) Quasi dicat iuste pugno ꝫ te petens restitutionē. nam israel tulit

Jepte supplicātis humiliatio.

†

Qō. 18 A

Qꝛ iepte misit nuncios ad regē amō vt desisteret a bello.

ℨ Rñ. ad q̄.

†

†

†

Littera in hebꝛeo.

Sen⁹ optimū interꝓetādi.

†

†

†

Irrōnabilis rñsio regis amon.

Qō.19 A Qūo acceperūt isrlīte trā amonitaꝝ cū ñ pugnassent otra illos: ♣Rñ.ad q̄. ©Obiectio

terram meam quando ascendit de egypto:iō licite repetere possum ꝛ bellum indicere si non reddatur. ¶Queret aliquis quomodo acceperunt israelite terram amonitarum cum nō pugnauissent contra illos immo:dominus iussit ꝙ non pugnarēt quia non daret eis de terra illoꝝ saltē vestigiū pedis Deute.2. ♣¶Respondendum ꝙ israelite acceperunt terram amonitaruꝫ non pugnando contra amonitas:sed pugnando contra seon ꝛ og reges amorreos qui detinebant illam Nu.21.©¶Sꝫ obijcietur ꝙ non ceperunt israelite ptem terre amonitarum:sed solum moabitarum.nam Nume.21.quando dicitur de terris q̄s cepit israel de manu seon regis esebon.subiungit.vbs esebon q̄ fuit regis seon qui pugnauit contra regem moab:ꝛ tulit omnez terram que ditionis illius fuerat vsq; arnon.ꝛ de terra amonitarum nihil dicitur.¶Respondendum ꝙ quāquā ibi nō exprimatur de terra amonitarū:tamē exprimitur alibi.ſ.Josue.13. cum dr ꝙ moyses dedit tribui gad dimidiam ptē terre amon. ſ.medietatem illius terre que fuerat olim amonitarū ꝛnūc erat israelitarum:ꝛ in eo tpe fuerat regum amorreorū.¶Uel aliter posset dici ꝙ seon rex solū accepit ciuitates que erant de terra moab.og aūt rex cepit ciuitates que erant amonitarū.ꝛ sic ambo reges amorrei tenebāt ciuitates moabitarū ꝛ amonitarum. ¶Aliter posset responderi ſm intentionem Nicolai.quia ipse vult ꝙ balacb qui erat rex moabitarum eo tpe quo israelite introierunt in terram amorreorū:erat etiam rex amonitarū.ꝛ cuz dicit Nu.21.c.ꝙ tulit seon omnes ciuitates que ditionis illius fuerant vsq; arnon.non solum intelligitur de ciuitatibus terre moab:sed etiā amon:quia vtrisq; ipse p̄erat.(A finibus arnon vsq; ieboc atq; iordanē.)Dic ponunt duo termini terre istius q̄ capta est ab israelitis.scz terminus orientalis ꝛ occidentalis. Nā arnon est terminus orientalis:qz est ad ptē orientalem.arnon est desertum quoddaz qō vocat via campestris:p quā ambulauerunt israelite de belath ꝛ aslongaber q̄ sunt ciuitates terre edom vt pz Deuter.2.pz etiam.j.nā cum steterunt israelite in terra que est apud arnon miserunt ad amorreos vt concederēt eis viam Nume.21.ꝛ Deuter.2.ꝛ sic non erat ante arnon aliquis locus terre amorreorum quē cepissent de terra ipsoꝝ ꝛ p̄tinuisset olim ad moabitas vel amonitas.¶Jeboc est quidam paruus fluuius apud iordanem qui distat quasi p duo miliaria: ꝛ illum transiuit iacob anteq̄ trāsiret iordanē quādo veniebat de mesopotania Sen.32.c.ꝛ iste fluuius est apud terrā amonitarum.nunc.n.cum erat ista contentio inter regē amon ꝛ iepte p locum illuz:distinguebatur terra israel ꝛ amon.ꝛ dixit.ad iordanem:quia iordanis est p̄ncipium terre chanaā a pte orientali ꝛ est finis occidentis terre moab ꝛ amon:vnde a p̄ncipio totum qō erat vltra iordanē inter amon ꝛ moab erat moabitaꝝ ꝛ amonitarū.postea seon rex ꝛ og amorrei acceperunt magnā ptē terre moab ꝛ amon:ita vt fierēt ibi duo regna magna ſm magnitudinē regnorum temporis illius in quibus acceperunt possessionem due tribus ꝛ dimidia.vnde non posuit hic rex amon aliquem terminum meridianum ꝛ septētrionalē:sed solum occidētalem ꝛ orientalem:quia ꝓcedendo a meridie in septētrionē totum qō erat inter terram moab ꝛ amon erat ablatum de terra eorum:quia olim inter terram amon ꝛ moab nulla erat interpositio.(Nunc igitur cuz pace redde mihi eam).i.anteq̄ plus pugnem contra terram tuam.nam iam non poterat dari cum pace:eo ꝙ rex amon introierat in terram galaad ibiq; castrametatus erat p̄cedenti.c.ꝛ pugnabat acriter contra terrā illā:vt dicitur.ē.ſ.quibus acriter instantibus perrexerunt maiores natu de galaad vt tollerent in auxiliū suū iepte.sed dicebat.(Redde in pace).ſ.ne cogar pugnare cōtra te:ꝛ tunc deuicto populo tuo ego tollā terrā.(Per quos rursum.)Dic ponit tertium bius ptis.ſ.euacuatio iusta responsionis irrōnabilis regis amon: ꝛ allegat hic iepte multas rōnes ostendens ꝙ ipse nihil accepit de terra amonitarum.(Per quos rursum mandauit iepte).i. per eosdem nuncios misit legationem iterum ad regem amon: qz illi melius possent expedire negocium quia iam ceperāt.ꝛ dicitur mandauit.i.misit.sic accipitur Gen.45.ſ.hec mandat Joseph filius tuus.ꝛ tamen filius non mādaret aliqd p̄ri:sed dicit mandat.i.mittit ad dicendum.sic etiā accipitur Nume.20.c.ſ. hec mandat tibi frater tuus israel.ꝛ tamen ibi israelite nō mādabāt idumeis:sed humiliter supplicabāt.accipitur ergo p mittere.(Et imperauit eis vt dicerent regi amon.hec dicit iepte).ſ. vt loquerentur omnia sequentia ex nomine iepte sicut p̄cedētia. (Non tulit israel terram moab nec terrā filiorum amon).ſ.tu petis a nobis restitutionem terre tanq̄ abstulerimus tibi:israel autem non accepit aliquid de terra moabitarum aut amonitarum:ꝛ si forte nunc possideat id qō fuit aliquādo amonitarum vel moabitaruz non competit contra eū actio spoliationis ꝛ petitio restitutionis:quia solū competit contra spoliantē vel habētem:vel rem ratam habētē.nos aūt nec spoliauimus:nec spoliari iussimus:nec spoliationem ratā habuimus:cum ad nos nihil tunc ptineret qui in egypto eramus:ideo non cōpetit tibi cōtra israelitas actio.dicitur autez de terra moab ꝛ amon qz israelite habebāt ciuitates aliquas q̄ fuerāt amonitarū:ꝛ alias moabitarum.ꝛ tamen neutras illarū acceperāt de manu amonitarum vel moabitarum. ¶Queret an iste rex amon peteret nunc vrbes q̄ fuerāt olim terre amon solū:vel tam vrbes amonitarū q̄ moabitarū.♣¶Rñdendum ꝙ iste petebat tam terrā moabitaꝝ q̄ amonitaꝝ.Quod pz qz posuit terminos vtriusq; terre capte.nā quecunq; petitio debet continere aliqd certū qō petit:iō ad hoc ꝙ peteret rex amon terrā ab israelitis:oportebat ꝙ limitaret eam:ꝛ ad hoc limitauit terram dicēs.ab arnon vsq; ieboc vel iordanem.ista autem terre limitatio non solum otinet terrā amonitarum captā ab israelitis:sed etiā terrā moabitarū vt pz Deutero.2.vbi victo rege seon dr ꝙ possederūt israelite terraz ab arnon vsq; ad ea q̄ adiacent torrenti ieboc:ꝛ vsq; ad terram amonitarū.ꝛ tñ rex seon tenebat loca que fuerunt de terra moabitaꝝ Nume.21.c.ergo non solū petiuit iste terrā amonitaꝝ ſz etiā moabitarum.¶Itē pz qz solū ponunt hic termini ab oriēte ꝛ ab occidente ꝛ non a meridie ꝛ septētrione.Ex quo apparet ꝙ cum totuz qō erat nunc inter terrā amonitaꝝ ꝛ moabitarum fuisset olim moabitaꝝ ꝛ amonitarū totū illud petitum:qz alioquin limitaret ps terre ab aquilone ꝛ meridie.sed cū totum qō est inter meridiē ꝛ aquilonē petat non curauit aliquid limitare. ab oriente autem ꝛ occidente qz nō erat limitatū ipse limitauit. ¶Itē pz hoc ex responsione iepte:quia ipse non respōderet ad impertinens.respondit tñ ad terrā amon ꝛ moab dicens nō tulit israel terrā moab nec filioꝝ amon.ergo vtrāq; petebat iste.

Qō.20. A An iste rex amō peteret nūc vrbes q̄ fuerāt olī terre amō solū vl' vrbes tā amon q̄ moab ♣Rñ. ad q̄stū.

¶Queret quomodo iste cum eēt rex amonitaꝝ poterat petere terram que fuerat moabitarū.♭¶Responderi potest dupliciter.Uno modo ꝙ iste petebat iniuste tam terrā que olim fuerat amonitarū q̄ moabitarum:qz tamen videbat se potentem ꝛ putabat israelitas nō posse resistere ei petebat qō volebat:credens ex necessitate israelitas assensuros ei alioquin bello subigendos.*¶Aliter pōt dici ꝛ melius ꝙ iste rex amonitaꝝ erat etiam simul rex moabitarum.qō pz quia.j.dixit iepte huic regi. nisi forte melioz est balac filio sephoz.ille tamen erat rex moab: ꝛ iste comparat illi in iure.ergo necesse est ꝙ etiam iste esset rex moab.ꝛ est sensus balac filius sephoz erat rex moab:ꝛ non ausus est petere terrā moab quā tenebāt israelite tanquā nō bñret ius repetendi.ergo nec tu g succedis poteris eā repetere nisi forte fis melioz illo.i.potioz in iure.erat ergo ēt iste rex moab alioquin non ꝓcederēt verba iepte:¶Itē pz qz dixit iepte ꝙ ea q̄ chamos deus istius regis obtinuit ptinebāt ad eū:sz chamos nō erat deus amonitarū sed moabitaꝝ vt pz.3.Reg.11.vbi ponit chamos deus moab:ꝛ moloch siue melchon deus amonitarum vt pz.4.Re.23.c.vocatur quoq; populus moabitarū populus chamos.i.cultoz ei⁹ Num.21.ſ.ve tibi moab populo chamos qd pisti.ergo iste rex cuius deus erat chamos necesse erat rex moabitaꝝ:ꝛ sic erat rex vtriusq; regni tā moabitaꝝ q̄ amonitarū:iō fungēs iure vtriusq; gentis petebat totā terraz que olim fuit moabitaꝝ:ꝛ totā terram que fuit amonitaꝝ.ꝛ ſm hoc non maneret aliqua terra in qua habitarent due tribus ꝛ dimidia: quia tota sua possessio fuerat terra duoꝝ regum amorreorū:et illa fuerat terra moabitarum ꝛ amonitarum.sed oportebat ꝙ due tribus ꝛ dimidia reciperent possessionem ad occidentalem partem iordanis cuz alijs nouem tribubus ꝛ dimidia.(Sed qñ de egypto.)Declarat iepte ꝙ competat regi amon repetitio cōtra israelitas ex parte amonitarum vel moabitarū.Et hoc tribus rationibus.prima ex iusta terre possessiōe.Scōa ex dei auctoritate.ibi.(Tradiditq; eū dominus.)Tertio ex diuturna p̄scriptione.ibi.(Nisi forte.)Circa primū ostendit ꝙ israelite iuste possiderunt a principio terram illā:ꝛ nunc quoq; iuste tenebant:eo ꝙ non pugnauerūt contra moabitas vel amonitas ad obtinēdū aliquid eius:sed extorserūt illā de manu regis seon ꝛ regis og contra quos iustū bellū habuerūt. ¶Queret vlterius ad intellectum istius responsionis iepte de duplici dubio. ¶Primū est si licuit aliquo modo israelitis accipe aliqd de terra moabitaꝝ vel amonitarū.nā lz non acceperūt qō actualr possiderēt moabite vel amonite:tñ susceperūt id qō accepat ab eis pauloante lz rex seon ꝛ og.vz tñ ꝙ nullo mō liceret isrlitis accipe de terra illoꝝ:qz de⁹ dixit.nec.n.tibi dabo ō terra eoꝝ quā-

Qō.21. A Quomō iste cum esset rex amōitaꝝ poterat petē trāz moabitarum. ♭ Rñ.1. mō ad q̄. * Rñ.2. mō ad q̄.

Qō.22. A An licuerit aliq̄ mō isrlitis accipe aliqd de tra moabitaꝝ vl amōitaꝝ

tum potest

tum ꝑt vnius pedis calcare vestigiū Deute. 2. c. ſz iſta terra erat moabitarū ⁊ amonitaꝝ. ergo non licebat iſraelitis accipe illā ſz ab alijs tūc teneret. ℂ Rñdēdū ꝙ deus nō vetuit iſraelitis accipe terrā q̄ olim fuerat amonitaꝝ ⁊ moabitaꝝ: ⁊ nūc tenebāt ab alijs gētibus: ſz ſolū illa q̄ actualiter poſſidebāt ab eis. qō pz qz deus vetuit pugnare iſraelitis ⁊ moab ⁊ amon. nā forte iſraelite deſiderio capiēdi multū de poſſeſſiōe inferret bellū moabitis ⁊ amonitis vt terrā eoꝝ caperēt. deus āt vetuit dicēs. ne pugnaret iſraelite ⁊ filios amon nec ꝺtra filios moab: ſz trāſirēt apud terras eoꝝ. nā nō daret deus de terra illoꝝ iſraelitis quātū potest vnius pedis calcare veſtigiū Deute. 2. bellū aūt ꝺtra moabitas ⁊ amonitas ſolū eēt ad obtinēdū terrā quā illi actualr poſſiderēt. ergo ſolū vetabat deus iſraelitis accipe aliquid de terra moab ⁊ amon quātū ad id qō poſſidebāt. iſtud tñ qō acceperūt poſſidebāt ab amoꝛreis: iō potuerunt accipere.

Rñ. ad q̄ſitum.

℣ Si iſraelite cōtra p̄ceptū dei pugnarēt ⁊ moabitas ⁊ amonitas ⁊ obtinerēt aliqd de terra eoꝝ an tenerēt ad reſtōnē. Qō. 23.

A Rñſio cuiſdā ad q̄ſi. ⁊ rō. Solo

Queretur vlterius ſi iſraelite forte ꝺtra p̄ceptū dei pugnarēt cōtra moabitas ⁊ amonitas: ⁊ obtinerēt aliqd de terra eoꝝ. an tenerēt ad reſtōnē. ℂ Aliqs rñdebit ꝙ ſic: quia faciebant contra dei mandatum. Sed huic poſſet rñderi ꝙ nō tz: qz multa fieri ꝓhibent q̄ ſi fiant obtinēt firmitatem: ſicut ꝓhibent conferri ordines extra tpa ordinata a iure: ⁊ tñ ſi cōferant tz collatio. ⁊ ſic de multis. ℂ Rñdendū eſt ꝙ non eſt admittendus caſus: qz ꝺato ꝙ iſraelite conarent ex cupiditate contra dei ꝓhibitionē pugnare cōtra moabitas ⁊ amonitas vt obtinerēt terrā eoꝝ: non poſſent obtinere de terra illoꝝ nec vnius pedis veſtigiū: qz deus ꝺixerat ꝙ nō moueret ad pugnādū ꝺtra illos: qz nō daret de terra illoꝝ iſraelitis nec vnum veſtigiū pedis: iō ipoſſibile erat iſraelitas quātūcūq; fortiter pugnarēt obtinere q̄cq; de terra illa: ſz potius caderent in manus moabitaꝝ vel amonitaꝝ ⁊ fugarent ab eis: imo etiaz amonitis vel moabitis non pugnātibus cōtra iſraelitas deus pugnaret �pro eos tanq; cōtra manifeſte rebelles: ⁊ ꝓcuteret eos peſte vel alio gñe plage: iō non eſt admittēdus caſus. ſ. ꝙ iſraelite ꝓ tunc potuiſſent aliqd obtinere de terra moab ⁊ amon. nō qdē ex hoc ꝙ deus vetuit: ſz qz ꝺixit. non ꝺabo. iō ipoſſibile erat ꝙ aliqd reciperēt de illa. Sz adhuc ꝺato ꝓ ipoſſibile ꝙ iſraelite poſſent aliqd obtinere de terra moab vel amon ⁊ obtinerēt. ꝺōm ꝙ tenebant ad reſtitutionē: qz ille q̄ non pōt effici ds̄ rei poſſeſſe vel ꝺetētate tenet ad reſtitutionē ſemp: cū alis ſemp maneat iniuſt⁹ poſſeſſor. ſz iſraelite obtinētes aliqd ꝺ terra moab vel amō nūq; poſſent effici ds̄i. nā tituli rerū ꝑ ius ꝺependēt a deo q̄ ex alio iure: eo ꝙ ds̄i eſt terra ⁊ plenitudo eius. Si ergo deus ꝺicat alicui ꝙ non accipiat rē quia nō intēdit eam ꝺare ſibi: nūq; iſti ꝑt eſſe titulus rei. ſic aūt erat de poſſeſſione amonitaꝝ ⁊ moabitaꝝ qz deus ꝺixit ꝙ iſraelite non pugnarēt contra eos ad obtinēdū terrā: qz non ꝺaret eis de terra illoꝝ ſaltē veſtigiū pedis: qz ꝺederat eā in poſſeſſionē filioꝝ loth. i. moabitaꝝ ⁊ amonitaꝝ qui erāt filij loth Geñ. 19. c. ergo appet ꝙ deus volebat manere firmum titulū terraꝝ illaꝝ apud amonitas ⁊ moabitas: ⁊ nūq; trāſire ad iſraelitas. ergo ꝺato ꝙ ꝑ mille ānos poſſiderēt eas iſraelite: ſp eēnt iniuſti ꝺetentatores ⁊ moabite eēnt ds̄i. ℂ Itē q̄ cunq; aliqd obtētū eſt ꝑ iniuſtū bellū tenemur ad reſtitutionez illius: nec poterimus vnq; effici ds̄i illius. ſz bellū fcm̄ ꝺ exp⁹ſam dei ꝓhibitionē eſt iniuſtiſſimū: ⁊ ꝺñr nihil ꝺtentū ibi pōt effici capiētiū. Sic aūt eēt ſi iſraelite pugnarent contra moab ⁊ amon: qz eēt contra dei ꝓhibitionē Deute. 2. ergo terrā ꝺtētā non poterāt vnq; ſuā efficere: ſz tenebant ad reſtitutionem.

*Qō. 24. A De reſtōne terre amōitaꝝ ⁊ moabitaꝝ. Ratio.

*℣ Quere vlterius de. 2. ꝺubio. ſ. qz tota ꝺefenſio iepte ꝺ regez amon fundat in hoc. ſ. qz iſraelite nō acceperunt terrā de manu moabitaꝝ vel amonitaꝝ ſz de manu amoꝛreoꝝ: iō quāq; fuiſſet olim moabitaꝝ ⁊ amonitaꝝ non tenebant eis ad reſtitutionez.

Im ꝓbatio rōnis

israel:sciētes q̄ venisset arca in castra timuerunt valde dicētes.
ve nobis q̄s nos liberabit de manu deoꝝ sublimiū istorum:isti
sunt oīj q̄ pcusserunt egyptū oī plaga ꝓmo Re.4.c.Sic etiaz pu-
tauerūt syri serui regis benadab dicētes ad eum.oīj montium
sunt oīj eoꝝ.i.iudeoꝝ:iō ꝑualuerunt contra nos:ſ̄ melius est B
vt pugnemus contra eos in vallibus t obtinebimus eos.3.Re.
20.c.t sic putabant syri q̄ oīj israel pugnabant pro israelitis in
montibus. t q̄ non erant oīj vallium:non haberēt potestatem
ad pugnāduz ibi. t boc dato putabāt gētiles q̄ cum oīj alicuius
gētis pugnantes pro ea obtinerēt aliquā terram q̄ gens illa iu-
ste possidebat illam terram. t q̄ deus israelitarū obtinuerat ter
ram amorreoꝛum pro israelitis qō non negaturi erāt amonite:
babebat iepte sufficiētem probationē ex boc contra amonitas.
Q; aūt iepte non argueret bic ex veris simpliciter vel ex bis q̄ Ex q̄bus
ipse probaret vera:ſ̄ ex illis que putabat vera rex amon:p3 q̄ arguebat
dixit.nonne ea que possedit chamos deus tuus tibi iure debē- b iepte.
tur:que autē deus noster victoꝛ obtinuit in nostram cedēt pos-
sessionē. Sz manifestuz est q̄ iepte non putabat q̄ chamos deus
amonitarum t moabitarum fecisset amonitas aliquid possidere
re:q̄ sciebant israelite q̄ nullus erat deus ꝓpter suū deum: t
cōsequēter non poterat aliquis alius dare populo cultoꝛi suo
possessionem aut facere bellum pro eo. Q; tamē rex amon puta
bat q̄ chamos deus suus erat potēs ad adiuuādum eum: t in-
terdum adiuuabat:credebat q̄ fecisset eū possidere aliqua. t sic
potuit conueniēter ex sua positione arguere iepte:nō tñ confitē
do illā. sicut enim philistin ꝓualētes contra israel occiso saule t
filijs eius fecerunt laudes magnas dijs tanc̄ ipsi dedissent eis
victoriam hāc: t posuerūt arma saulis in templo astaroth: t ca-
put eius in tēplo dagon pro Re.31.c.sic etiā quando compre-
hēderunt philistini samsonē factis hostijs laudabāt deum suuz
dagon dicētes q̄ tradidisset samsonē in manus eoꝝ.ī.16.c.

¶ Queret̄ vlterius cum vera cā q̄ faceret bellū israelitarū iustuz Qō.
contra amorreos:eēt q̄ deus iusserat pugnare t possidere ter- 32.
ram illoꝝ:quare nō allegauit istam iepte. c ¶ Rñdēdum q̄ ad A
probationē faciēdam contra aliquē possumus vti ꝓmissis sim- Qz iepte
pliciter veris:vel bis q̄ apparēt respondēti. t dato q̄ apparē- ñ allega-
tes respondēti non sunt simpliciter vere sufficiunt. t si simpli- uit istā q̄
citer vere non apparēt respondēti:non conueniēter arguitur cō bic ferf.
tra eum quousq̄ ille efficiantur ei rñdēti apparētes: t q̄ ſ̄ esset c Rñ.ad
causa simpliciter ad efficiendum bellum iustum q̄ deus iuſſis- q̄situm.
set:quia tamen rex amon non iudicaret istam esse sufficientem
causam:non allegauit eam.nam tunc oportebat q̄ rursus ꝑba-
ret iepte istam ꝓmissam faciēdo eam apparentē. t in boc prin-
cipaliter laborandum esset:sicut in probatione cōclusionis prin-
cipalis. t istud erat inconueniēs. ¶ Alia aūt allegata ſ̄ non eēt
vera:q̄ tñ erat apparens ipsi contra quā arguebaſ sufficiebat:
iō ipsam allegauit. Q; autem non esset apparēs regi amon ista
causa appet quia illa fundaſ sup boc q̄ deus hebreoꝝ erat deus
toti⁹ orbis: t qcqd ipse iuberet eēt licituz: t q̄ vniuersaliter sibi
obediēdū foret:q̄ aliogn ꝓceptū suum non extēderetur ad oēs

gentes:

gentes: nec ꝓpter illud posset tolli ius alicuius ⁊ transire in alterum. ꝓbare aūt hoc erat difficillimū ipsi iepte: iō non curauit allegare hanc ꝓbationē que est valde difficilis ⁊ non ꝛcludens ad regem amon. ⁊ hoc quia ipse putabat ꝙ deus hebreoꝝ non esset deus totius orbis sed alicuius gentis: ⁊ non maioris perfectionis q̄ alij oīj gentiū. ¶ Quereť vlterius dato ꝙ fuisset per impossibile qō intelligebat rex amon. ſ. ꝙ deus israelitarum esset deus ſpālis sicut chamos deus moabitarū ⁊ oīj aliarū gentiuz. an cā assignata a iepte ꝓcederet. ¶ Rñdendū ꝙ nō: qz dicit iepte ꝙ sicut ea que possedit chamos deus moab iure debentur huic regi: ita que deus israel vincendo obtinuit deberentur israelitis. Sed hoc dato nec deus israelitarū erat deus moab ⁊ amon: nec chamos erat deus israel: iō ꝓceptū chamos solum obligaret moabitas: ⁊ ꝓceptū dei israel solum obligabat israelitas: ⁊ sic esset deus chamos erga oēs gentes p̄ter moab ⁊ amō sicut ꝓsona ꝓuata: ⁊ deus israel esset cōtra oēs gentes ꝓter q̄s ad israel persona ꝓuata. sed ꝓceptū alicuius ꝓuati aut affirmatio vel negatio non cōstituit ius vel tollit ius alterius vel factum illius. ergo sicut si alia gens pugnaret cōtra aliam sine cā ⁊ obtineret aliqd esset bellum iniustū ⁊ tenereť ad restitutionē rei obtente: ita cū deus israel esset ꝓsona vt ꝓuata ɔtra amorreos non potens illis ius dicere: dato ꝙ per violentiā suaz obtineret aliqd de terra illoꝝ esset bellum iniustuz: ⁊ tenerenť israelite ad restitutionē. nec. n. in dīs hoc mō essent bella aliter iusta vel iniusta nisi vt sunt in hoībus. ſ. subsistente cā aliqua rōnabili vel nulla existe. rex tñ amon ⁊ alij gentiles arbitrabāt ea q̄ a dīs suis vel quibuscūq; aliis facta erant iuste facta: iō si deus israel obtinuit terram de manu amorreoꝝ: licite possidebant israelite ſm hanc possessionē. ¶ Et sic dicendū ꝙ ista ꝓcedunt nō ex veris: sed ex his que apparebāt rñdenti. ſ. regi amon. (Nōne ea q̄ possedit chamos deus tuus). i. ea que tibi dedit in possessionez: vel ea que te possidere fecit. ſ. adiuuando te in pugna ꝺ aliquas gentes. Nō. n. pōt aliter intelligi qz sic dicit. ꝺ. que autē deus noster victor obtinuit in nostrā cedent possessionē. hoc etiā magis pz ex lr̄a hebraica vt. ꝺ. dicet. vocat chamos deus regis huius. ſ. principalis. Est enim chamos deus moabitarū Nume. 21. et. 3. Re. 11. et. 4. Reg. 23. c. iste aūt vocat rex amonitarū. Sed vt. s. declaratum fuit. intelligendū est ꝙ iste erat simul rex moabitaꝝ ⁊ amonitarū: ⁊ qz regnum moab erat ꝓcipuū vocabatur deus suus chamos. ⁊ tñ ex parte amonitarū erat deus suus melchon siue moloch. 3. Re. 11. et. 4. Reg. 23. c. et. 1. Paralip. 20. Alia cā est quare vocatus fuit chamos deus huius regis: qz lz tā de terra amon q̄ de moab aliqd captū esset ab amorreis ⁊ postea ab israelitis de manu amorreoꝝ: maior pars tñ fuit illa que pertinebat ad moabitas: iō deus suus notari debuit. (Tibi iure debent). i. que ipse fecit te possidere adiuuando te cōtra aliquam gentem debentur tibi iure: ⁊ non pōt quisquā a te repetere vt tu asseris. ideo etiā sic erit de israelitis respectu dei sui. ¶ Sed dicendū ꝙ hic sunt duo falsa. Primū est ꝙ chamos deus moabitarum fecerit eos aliqd possidere. nā cum ille nihil sit non poterat adiuuare. Scōm est qz dato ꝙ fuisset deus particulariſ potens adiuuare cultores suos: non sequebat ꝙ bella ab eo facta essent iusta: aut obtēta per hmōi bella possent licite possideri ab amonitis vt. s. ꝓbatū est. Sed ista duo posuit iepte non tanq̄ vera aut ab ipso credita: sed vt apparentia rñdenti. ſ. regi amō. (Que autez dīs noster victor obtinuit). i. illa que obtinuit pugnando cōtra aliquas gentes. (In nostrā cedent possessionē.) Duplr legit hebraica. Duplr legi pōt. Uno mō interrogatiue. ſ. que possedit chamos deus tuus debenť tibi iure. nunqd ergo que deus noster obtinuit non debebunť nobis. q. d. debebunť. Alio mō pōt intelligi per cōsecutionē. ſ. que chamos deus tuus possedit debenť tibi. ergo que deus noster obtinuit in nostram cedent possessionē. ⁊ tunc bñ arguit iepte: qz si verꝝ est ꝙ ea que acqreret chamos ꝓtinebāt ad amonitas ⁊ moabitaſ vt ꝓsupponebat rex amon. eadē ratio erat ꝙ acqsita per deū israel ꝓtinerent ad israelitas. Et est sensus ꝙ amonite ⁊ moabite colebāt chamoſ ⁊ alios deos. ⁊ cū obtinuerūt terrā quā nunc possidebant de manu quorūdam gigantiū vt pz Deute. 2. putabant se habuisse adiuuāte chamos ⁊ alijs dīs suis. ⁊ ex hoc dicebat se iuste possidere illā: qz chamos fecerat possidere illā. g̃ cū deus israel adiuuisset israelitas capere terrā amorreoꝝ iuste possiderent illā. In hebreo habeť. (Certe qō fecit te possidere vel hereditarie hz̃e chamos deus tuus illud possidebis vel hereditarie tenebis: ⁊ totū qō fecit dīs possidere ante nos vel hereditarie hz̃e: illud possidebimus vel hereditabimus.) Et eadē sīnia est. ⁊ pōt cōuerti ad modū interrogationis sicut lr̄a nostra: vel ad modū cōsecutionis. ⁊ habeť hic clarius q̄ in lr̄a nostra. ſ. qō fecit te possidere deus tuus. lr̄a aūt nr̄a dicit qō possedit chamos. i. dedit tibi ad possidendū. (Nisi forte melior es.) Hic ponit tertia rō. ſ. ex diuturna ꝓscriptione. ſ. qz longo tpe possedit israel terrā istā: ⁊ nunq̄ fuit facta repetitio nisi nunc. Et dō. (Nisi forte melior es balac filio sephor rege moab.) Istud non refert ad imediata. ſ. nōne que possedit chamos deus tuus. naz ad hoc nihil attinebat ꝙ iste eēt melior q̄ balac. Sed est sensus. ſ. non potes repetere terram istam sicut intendis nisi forte melior es q̄ balac. Accipitur melior i. potior in iure: qz meliozitas mox vel potētie aut alteriuſ nobilitatiſ ad petendū terrā nihil de iure tribuit. ſz est sensus. nisi plus de iure habeas q̄ balac filius sephor non poteris petere restitutionem terre: qz ille nō ausus est petere diffidenz de iure suo. Iste balac erat rex moab q̄ misit ad vocandū balaam ariolū Nu. 22. c.

¶ Quereť quare noiauit hic iepte balac regē moab cuz iste cui rñdet esset rex amon vt pz hic ⁊ p̄ce. c. ⁊ non ageret ad ꝓpositū de iure vnius ⁊ alterius. ¶ Rñdenduz ꝙ pōt dici dupl̄r. Uno modo ꝙ balac esset rex moab ⁊ amon. vocabať tñ rex moab qz erat ꝓncipalioꝝ terra moabitarū. sic iste de quo hic agitur erat rex moabitarū ⁊ amonitarū vt. s. declaratū est. ⁊ tñ solū vocať rex amon. ⁊ sic successit iste in iure balac regis moab: ⁊ qz successor cōsequiť idē ius p̄cise qō p̄decessor tam imediatus q̄ mediatus. sed balac qui fuit rex ꝓrior in terrā moab ⁊ amon ⁊ fuerat de terra sua tota terra quā accepant amorrei: nō habuit ius ad petendū terram banc. etiā non bz̃et ius iste rex amon qui nil plus de iure hēbat q̄ balac. ¶ Scōo dici pōt ꝙ balac solū erat rex moabitarū: ⁊ tñ ponit qz terra quā accepunt amorrei ⁊ nūc tenebať ab israelitis erat ꝓtim ꝓtinens ad moabitas ⁊ ꝓtim ad amonitas. De moabitis pz Nume. 21. c. cum dō ꝙ seon rex tulit terrā que fuit regis moab. ſ. esebon ⁊ alias vrbes. De amonitis patet Josue. 13. ſ. ꝙ Moyses dedit tribui gad medietatē terre amon. ſ. medietatē terre que acqsita fuerat ab amorreis de terra amonitarū. iō si aliqō ius repetēdi terram cōpetebat hic: necesse esset ꝙ cōpeteret equalr regi moab ⁊ amon: dato ꝙ essent duo. ſ. ꝙ si vnus habeat ius petendi ⁊ alius etiaz. ⁊ si vnus non habebat ⁊ alius non habebat etiaz. ⁊ tunc stat argumentū. ſ. balac rex moab non putauit se hēre ius: ⁊ ob hoc nō repetijt. ergo etiā tu non habebis ius repetendi nisi forte melior es illo. i. potior in iure. ⁊ tamē hoc falsuz est. ¶ Quereť vlterius quare noiatur hic balac rex moabitarū potiuz q̄ alius rex moab cū haberent omnes idez ius si aliqō erat. ¶ Respondendū ꝙ pōt esse ꝓp duo. Primo qz iste fuit ille rex de cuius manibus terra erepta est. nā rex seon accepit terrā istam de manu regis moab Nume. 21. ⁊ tñ tunc rex erat in moab balac filius sephor Nume. 22. ergo cū essent ɔtēporanei de manu illius eriperet terra: lz. n. non sit necessariū argumentū qz poterat tolli de manu ꝓdecessoris sui: tñ verisile est ꝙ lr̄a faciat mentionē ibi de bis duobus regibus: ⁊ iō si aliqs poterat de moabitis vel amonitis petere terrā tanq̄ bello iniusto ablatā iste posset pluſq̄ oēs: eo ꝙ erat ille cui ꝓma iniuria inflicta est: ⁊ si ipse illico repetiuisset non videret aliqñ habuisse animū perdendi oñium. si aūt post multa tpa repetereť videret res habita ꝓ derelicta: ideo melius ipse q̄s ceteri successores poterat petere. sed ipse nō putauit se posse petere nec petiuit terrā. ergo nulli successori cōpetebat repetitio. ¶ Scōa est ꝙ iste rex balac fuit tpe quo israelite acceperūt terrā de manu amorreoꝝ vt pz Nume. 21. et. 22. nā cum occiderit israel seon regez erat balac rex moabitarū ⁊ timuit. ⁊ ob hoc misit ad vocandū balaā vt malediceret eiſ Nume. 22. c. ⁊ dato ꝙ rex qui ꝓdidisset terrā moabitarū ⁊ amonitarū fuisset magno tpe ante balac nunq̄ fuisset ius repetēdi ɔ israelitas sed cōtra chananeos: eo ꝙ tpe huius regis israelite ceperūt possidere terrā istaz: ⁊ sic iste poterat maxime petere ab israelitis: ⁊ tñ ille nō putauit se posse petere. g̃ nec ceteri poterāt. ¶ Scōo dici pōt ꝙ istud posse inducit hic pp maiozitatē iuris. Nā tpe balac ceperūt israelite possidere terrā istā: ⁊ cū nōdū aliquāto tēpore possedissent non bēbant aliqō ius ex possessione diuturna nisi forte aliūde bz̃ent ius. nunc aūt erat longissima ꝓscriptio qz fluxerant trecēti anni vt allegauit iepte. ergo si tpe iepte nōduz finita: vt incepta ꝓscriptione nō babebant moabite ⁊ amonite ius repetendi. ⁊ ob hoc non repetiuit balac. nūc a fortiori minus de iure bz̃ent cū iam esset ꝓscriptio longissimi tpis finita.

¶ An verū sit qz non repetijt balac qui perdidit terram istam ꝙ non baberent ceteri reges repetendi ius. Qō. 36.

Queretur an verum sit ꝙ ex hoc ꝙ non petijt balac qui perdidit terrā istam ꝙ non baberent ceteri ius petendi. ¶ Rñdendū ꝙ verū est ꝙ balac non poterat repe-

Qō. 33. A An cā assignata casu supposito a iepte ꝓcederet. ✱ Rñ. ad q̄situm.

† Impro-batio.

† Duplr legit hebraica. 1. mō 2. mō

† Lr̄a hebraica.

B

† Deter. q.

Chamos deus moabitarū.

† Qō. 34. A Qr noiauit balac regem moab. Rñ. 1. ad quesitum.

Rñ. 2. ad quesitū.

Qō. 35. A Qr noiať balac rex moabitarū poti⁹ q̄ ali⁹ rex moab. Rñsio ad quesitum. 1. cā

2. cā

A Rñsio ad quesituz.

tere:ideo etiā posteri non poterant repetere eo q̄ israelite bello iusto acq̄siuerūt terrā:z ōnr facta est ipsoꝝ:ideo nunc̄ poterat ipse aut quis̄c̄ alius petere ab israelitis.z tñ si arguaē ex condi tione p̄scriptionis sicut.j.arguit iepte nō valet ōntia.Primo qz 1.rō
oato q̄ tacuisset balac poterat succes̄oꝝ suus vel moabite vel amonite:z nōdum cōpleto tpe p̄scriptionis interrūperetur per proclamationē iudicialē:vel per petitionē factā de vno rege ad alterū cum nō bzent superiorē cozā quo altera pars posset iudi cialiter ꝓclamare:vel per bellū inflictū ex hac cā sicut nunc infli gebaē:z qz per quācunc̄ interruptionē factā p̄scriptio redit ad initiū:sufficiebat q̄ quicūc̄ succes̄oꝝ balac faceret aliquā inter ruptionē oato q̄ balac nihil petiuisset. ¶Scōo non tenet qz cō tra aliquē p̄scribiē si intra tps p̄scriptionis nō interrūpit finiē 2.rō
p̄scriptio:nisi forte cā iusta excusauerit interrūpentē.s.qz non potuit vel timuit tali timore qui poterat cadere in cōstantē viz. sic.n.forte diceremus de balac q̄ excusareē timore iusto qō nō interrūperet.nā videbat q̄ israelite occiderant duos reges fortissimos amoꝛreos:z timuit valde dicēs.sicut solet boꝝ sylueſtriꝝ herbā vsq̄ ad radices carpe:sic populus iste delebit oēs qui in nostris finibus cōmorant Nume.2 2.si ergo nūc debuisset balac interrūpere bellando timendū sibi erat:qz cū duo reges po tentissimi occisi fuissent ab eis:a fortiori ipse cuz pplo suo deleret.si aūt vellet interrūpere petēdo terrā sine bello:israelite cō citarent ad irā qz moabite offenderant eos valde mittendo fi lias suas ad fallendum eos Nume.25.iō timore iusto excusabat balac ne interrūperet p̄scriptionē:z q̄ ipsa non curreret.postea aūt sui posteri habita opportunitate.s.recedēte illo timore pote rant petere illaz non facta aliqua p̄scriptione. Jn hebreo habeē bic. (Nisi melioz melioz eo balac.) Sz ista duplicatio vbi nibil agit sed accidit ex cōsuetudine sermonis.(Aut docere potes q̄ iurgatus sit ℈ israel.) Est alia ꝓbatio que ad p̄scriptionē ptinet: ¶Et duplr̄ pōt exponi sm quosdā. Uno mō sic.aut potes.s.q̄ israel sit iurgatus ℈ balac vel ℈ alium regē moab ad obtinendū istam terrā.q.d.tūc nos nō fouebimus iustaz cām.z istud rūdet dictis iepte in principio.s.q̄ israel nō pugnauit cōtra moab vel amon nec cepit aliquā terrā eoꝝ:sed pugnauit ℈ regē amoꝛreo rum z cepit terrā de manu eius. ¶Sz iste sensus non pōt stare qz opz q̄ referant ad balac q̄ ipse pugnauerit ℈ israel.Et est sen sus.aut docere potes q̄ iurgatus sit ℈ israel.i.si potes docere q̄ balac iurgatus fuerit ℈ israel.s.verbis repetens terrā istam re clamādo iniuriā sibi factā.nā per hoc interrūpisset p̄scriptionē. (Et pugnauit ꝺtra).i.potes docere q̄ pugnauit ℈ israel ipse ba lac ad extorquendū istam terrā de manu eius.ponit ista duo.s. iurgari z pugnare:qz per ista duo vel per qōlibet eoꝝ poterat interrūpere rex balac p̄scriptionē israelitaꝝ.s.turbando eos in possessione pacifica que regrit ad p̄scribendum.(Qñ habitauit in esebon z viculis eius).i.postq̄ cepit bitare in ista terra.q.d. p̄scriptio p̄cedit in possidēte:iō oz fieri interruptio p̄scriptio nis ℈ possidentē.z sic ad hoc q̄ israel p̄scriberet z interrūperet p̄scriptio ℈ eū opz vt iam habitaret in terra.z posuit exēplum de quibusdaz locis terre acq̄site vt intelligant reliqua loca per illa.s.esebon.est ciuitas metropolis totius terre capte de parte moabitarū:ideo rex seon habitabat in esebon tanq̄ in loco opti mo.vicule eius vocant quedaz rura adiacentia esebon siue loca non murata.(Et in aroer z viculis eius.) Jsta est alia ciuitas q̄ est versus orientē terre huius z adheret lateri meridiano:ideo assignando terminos terre illius ponit primo aroer Deutero.2. z Josue.13.z quādo dauid fecit cōputari totum israel in aroer cepit cōputatio.sic pz.2.Reggū.24.et.1.Paralipo.21.c.cecidit tamē tam aroer q̄ esebon in sorte ruben vt pz Josue.13.c.(Et in cūctis ciuitatibus apud iordanē.) Jste ciuitates sunt ad occi dentē terre illius:ideo cuz posuerit aroer z esebon que sunt ma gis orientales:posuit postea occidentales.q.d.nunqd oum ba bitaret israel in oibus ciuitatibus z viculis terre huius pugna uit balac ad interrūpendum p̄scriptionem.

¶An si balac rex moabitarū interrupisset p̄scriptionē iudeoꝝ pugnando ℈ eos postq̄ acceperant terrā de manu amoꝛreoꝝ: ex hoc tolleret q̄ nunc iudei possent p̄scribere. Qō.37.

Queretur oato q̄ balac pugnasset ℈ israel in isto tpe: an ablatū fuisset ius israelitis ita q̄ nō pos sent nunc p̄scribere.Et oato q̄ nō feciss̄et:an ex hoc sequebatur israelitas habere ius firmū ex p̄scriptione.¶Rñdendū ad pri mum q̄ si israelite cepissent terram pacifice possidere:z deinde balac per verbale iurgiū vel per belluz inquietasset israelitas in p̄scriptione interrūperet p̄scriptio si incepta erat:z tñ non tol leret ex hoc quin possent postea p̄scribere.nā istud solum tolle-

Lra in hebreo

Dupler bu ius littere expō.

Jmprobatio

Rñsio ad primum quēstum.

bat ius p̄teriti tpis sed non futuri. Jnterruptio quippe legitime facta tollit ius quātum ad prius ex p̄scriptione:sed nō impedit quin manente possessione possit de nouo incboari p̄scriptio: z qz a principio huius terre capte vsq̄ nūc fluxerant anni fere tre centi lz balac interrupisset p̄scriptionē:poterāt post illā interru ptionez legitime cōpleri multe p̄scriptiones longissimi tēporis.

¶Ad scōm dōm q̄ si nō interrūperet p̄scriptio per balac non sequeret ius plenū iudeis ex p̄scriptione:qz forte postq̄ cepunt israelite possidere terrā istā vixit balac minozi tpe q̄ vt posset p̄scriptio legitima inter absentes p̄sentes finiri:iō sufficiebat q̄ per aliqō parū tps ante illā finitā aliqs reclamaret per iur gium vel per bellū.z sic succes̄oze balac reclamāte ante finitam p̄scriptionē satis erat ad tollendum ius ex p̄terita p̄scriptione: oato q̄ balac nō reclamasset.¶Sed dōm q̄ ad hoc q̄ tolleret ius ex p̄scriptione iudeis:non solus opoztebat q̄ balac vel aliqs succes̄oꝝ eius a principio reclamasset:sed q̄ multotiēs reclama tum foret:qz in trecētis annis vna vel due aut tres reclamatio nes nō sufficiebant sed regrebant multe ad hoc q̄ nō fieret ali qua p̄scriptio:qz in tanto tpe multe p̄scriptiones fieri possunt. Et hoc intēdit iepte dicens.per trecētos annos.s.cū habitauerit israel per trecētos annos in terra ista:cur balac a principio nō interrupit p̄scriptionē pugnādo:z postea succes̄ozes eius cōse quenter nō interruperūt.z satis apparet q̄ nō referē ad solum balac.nā oz.cur balac nō pugnauit cū habitauerit israel per tre centos annos in his locis.Sed manifestū est q̄ balac non pote rat pugnare in his trecentis annis:qz modico tpe viueret.ergo referē ad succes̄ozes suos qui vixerūt in his trecentis annis.z ponit ipse primus qz debuerat incboare interruptionē z conti nuare debebant eam succes̄ozes sui.(Per trecentos annos).i. trecentis vel fere habitauit israel in terra ista:cur in tanto tēpo re non est facta repetitio nisi nūc.vī q̄ ex p̄scriptione lōgissimi tpis ꝑdiderit ius suū rex moab z amon oato q̄ aliqō būerit.

¶Queret quō iepte dixit q̄ a tpe quo israelite ceperūt posside re terrā istam vsq̄ nūc fluxerūt anni trecenti.ª ¶Respōdet q̄ pauciozes sunt.qō duplr̄ pz.ᵇ Primo accipiēdo de sūma annoꝝ que habeē.3.Re.6.partē illam que habetur ab exitu de egypto vsq̄ introitū in terrā chanaā siue adeptionē huius possessionis: z partē que habeē ex nūc vsq̄ ad tēpli Salomonis fundationē. est.n.summa totalis ab exitu de egypto vsq̄ ad fundationē tē pli quadringentoꝝ octoginta annoꝝ.3.Re.6.c.a qbus demātur 40.anni qui fluxerunt ab exitu de egypto vsq̄ ad adeptionē bu ius possessionis.nā ipsa fuit anno.40.post medietatē anni.nam aaron moꝛtuus est anno.40.mense qnto Nume.33.z tñ posses sio hec acq̄sita fuit aliquāto tpe post mortē aarō.qō pz qz aarō moꝛtuus est in mōte hoꝛ Nume.20.z post hoc israelite circue runt longo tpe montē seyr Nume.21.z Deut.2.z venerunt ad arnō vt declaratū fuit.ē.z sic esset iam mēsis septimus vel octa uus anni qñ incipent pugnare ℈ seon regē:quē occidentes ince perunt possidere terraz.Tollanē ēt oia tpa ex nunc vsq̄ ad cō structionē templi.s.sex anni iepte:z septē anni abesan:z decem anni chialon:z octo anni abdon sequēti.c.et.20.āni samsonis.j. 16.et.40.anni heli.1.Re.4.40.anni samuel z saul simul Actu. 13.et.40.anni Dauid.2.Re.5.et.3.Re.2.z tres anni qui fluxe rant de regno Salomonis cepit edificare tēplum.s.in principio quarti anni sui regni sunt simul anni.174.qbus addendo.40. vsq̄ ad exitū de egypto vsq̄ adeptionē possessionis sunt.214. quibus subtractis de quadringētis octoaginta manent ducenti sexaginta sex:z deficiunt de summa trecentoꝝ anni.34.¶Alr etiā pōt hoc cōputari incipiendo a tpe adepte possessionis vsq̄ nūc.s.40.anni othoniel sub qbus cōputant tēpora Josue z.80. anni aioth.ē.3.et.40.anni barach.ē.5.et.40.anni gedeonis.ē. 8.z tres anni abimelech.ē.9.et.22.anni:thola z.23.anni iair:z 18.anni sine iudice.ē.p̄cedenti.c.qui simul sunt anni ducentise xaginta sex.¶Cum aūt oī.quare ergo ponunt hic āni trecēti. Rñderi pōt dupl̄r.Uno modo q̄ ista non est assertio scripture sed ipsius iepte:z scriptura refert verba eius.z sic interdū scri ptura refert aliqua falsa nō tanq̄ a se asserta sed ab alijs dicta. poterat aūt iepte mentiri in aliqua summa annoꝝ forte ex igno rantia.Uel qō verisimilius est dixit ad augendū ius suū vt ostē deret p̄scriptio valde longa.¶Uel aliter z melius dici pōt ex cusando iepte ab intentione mentiendi.s.q̄ sciebat quātitatem temporis preteriti:z tamē noluit ponere numerū precisum sed parum plus vel minus.Et etiā iste modus loquendi interdum est in sacra scriptura vt sepe patet.potissime qz non differebat ad ius israelitarū q̄ ponerent trecēti vel ducenti sexaginta sex: qz in quacūc̄ summa esset finita longissima p̄scriptio.

Allia cō putatio

Rñ.pus

2.rñ.soli dior.

¶Qūo

¶Quomodo iepte allegauit prescriptionem trecentoꝝ annorum cum videretur esse cum mala fide: ⁊ an inter antiquos prescriptio longissima cum mala fide taneret. Qō. 39.

A **Queretur** vlterius qūo iepte allegauit ꝑscriptionē trecentoꝝ annorū: qz aut volebat se defendere ex aliquo titulo qui sufficienter causaret dn̄ium: ⁊ tūc non oportebat allegari prescriptionē cū sine ipsa esset tutus ⁊ securus de iure. si aūt nō habebat titulū sufficientē: ista ꝑscriptio trecentoꝝ annoꝝ: imo potius possessio trecentoꝝ annoꝝ non dabat dn̄iuz aut ius retinēdi: qz ista possessio est cum mala fide: ⁊ possessor male fidei vllo tpe nō ꝑscribit vt pz extra de ꝑscrip. c. vigilāti. ⁊ de reg. iu. i. 6. in regula possessor. iō siue ista possessio lōgissima p se allegaret: siue vt adminiculū iuris alterius nibil oīno offeret. ⁊ tūc est dubiū ad qd volebat allegare iepte id qō nibil ꝓdesset probatū. ¶ Rn̄enduz qꝫ israelite bēbant iustum titulū qō non solū daret cā prescribendi sed etiā cōstituerat dn̄m verum sine adminiculo ꝑscriptionis. s. qz obtinuerāt terram iusto bello ex mandato dei. ex quo efficiebanť veri dn̄i. Sed vltra titulum voluit iepte allegare prescriptionē longissimaz que erat ius distinctū: ⁊ illa etiā per se daret plenū ius retinendi terrā. ⁊ pz qz als esset oīno supflua allegatio istius ꝑscriptionis. Qꝫ etiā intēdat se habere ius aliqō ex illa pz ex verbis suis qz dixit. quare tanto tpe nibil sup hac repetitione tentastis: nō ergo ego pecco in te sed tu peccas in me indicens bella iniusta. q. d. qz tanto tēpore nibil ꝓposuisti sup repetitione terre ego ꝑscripsi: ⁊ ex hoc iuste possideo: iō indicendo mihi bellū ad repetēdum facis bellum iniustū. ¶ Sed tunc dicendū qūo iepte putabat ex hac prescriptione habere ius cū nō ꝓcedat ꝑscriptio cuz mala fide. ꝓ est aūt mala fides qñ possessor bz cōscientiā rei aliene: sed israelite accipientes terrā de manu amoꝛreoꝝ habuerūt semp cōscientiā rei aliene. ꝯ nō potuerūt ꝑscribere etiā in mille annis. Si autez velis dicere qꝫ nō habebant cōscientiā rei aliene: necesse erat qꝫ crederet fuisse iusto bello captā terram de manu moabitaruz ⁊ amonitarū per amoꝛreos qꝫ ipsi iusto bello acceperint illam de manu amoꝛreoꝝ. ⁊ hoc dato non erat bona fides sed titulus sufficiens dans cām possidendi ⁊ habendi plenū dn̄ium: ita vt nō requireret ꝑscriptio: imo nec esset possibilis qz prescriptio non currit nisi in re aliena que nostra esse putat. ª ¶ Rn̄enduz qꝫ iepte putauit prescriptionē currere cum mala fide dum tñ esset longi tpis: ⁊ sic allegauit prescriptionē trecentoꝝ annorū. nec in hoc erat iniusta opinio eius qꝫ sic erat de iure ciuili. s. qꝫ in prescriptione parui tēporis. s. decem vel viginti annoꝝ requireret bona fides: ⁊ tamē in ꝑscriptionibus longi tēporis. s. annoꝝ triginta vel quadraginta sufficeret possidere sine bona fide vt pz extra de ꝑscriptionibus. c. vigilanti. ¶ Sed dicet qꝫ ista lex ciuilis non erat tūc qz illa fuit a legislatore ephe sine vt pz palle. c. ⁊ tamē iste postea fuit. ¶ Itē dato qꝫ iam fuisset nō obligaret amonitas moabitas ⁊ hebreos: qz non erant subditi legibus talibus ptinentibus ad alias gentes: sed quelibet gens ꝓprias habebat leges: qz qō quilz populus statuebat ꝫ lex illius ꝑpli erat. ¶ Item dicēdum qꝫ dato qꝫ cōtingeret legē de ꝑscriptione cum mala fide haberi apud hebreos solus vel amonitas ⁊ moabitas solum: nō possent israelite mala fide ꝑscribere cōtra moabitas ⁊ amonitas: qz ad hoc oportebat qꝫ vtrozūqz ius cōmune esset. nam si ista lex solū esset hebreoꝝ non possent per eam ꝑscribere cōtra moabitas ⁊ amonitas: qz illi non obligabanť legibus iudeoꝝ vt posset eis ꝑiudicari per illas. si aūt esset lex ista amonitarum ⁊ moabitarū ⁊ non iudeoꝝ: non possent israelite per illaz prescribere qz nō poterant gaudere priuilegio legis ꝓ se: quā non recipiebant cōtra se. ¶ Item dato qꝫ cōtingeret legem de prescriptione cū mala fide esse legem moabitarū ⁊ amonitaꝝ ⁊ israelitarū: dum tamē non esset vtrisqz lata ab eodē legislatore sed cōtingeret eandē legem que fertur a legislatore cuiusdā terre ferri ab alio: non possent ꝑscribere israelite cōtra amonitas ⁊ moabitas. nam lz ista lex obligaret quālibet gentem istarū specialiter vel inter se: tñ non obligaret in cōparatione ad aliā gentem: qz ista lex lz vtrobiqꝫ seruareť vtriqꝫ genti erat ꝓpria ⁊ nō cōmunis: qz cōmunitas legis est per cōmunitatē legislatoris cuius potestas ad vtrūqꝫ extendit. Nam stante casu aut israelite vellent ꝑscribere per istam legē cōtra amonitas ⁊ moabitas inquātum lex erat ꝓpria amonitarū vel moabitarū: vel inq̄tum erat ꝓpria israelitarū: vel inquātum erat cōmunis vtrisqz. Nō primo modo qa israelite nō poterant gaudere priuilegio legis cōtra amonitas quā cōtra se non suscipiebant. Non scō modo qz ius israelitarū non obligabat amonitas ⁊ moabitas cum inquātum bmōi erat ius priuatū vel municipale. Non tertio mō qz ista lex non erat vere cōmunis sed solum equiuoce. naz esset vere cōmunis si ꝓpter eundem legislatorē esset cōmunis. Sed falsum est qz cum lata est in vna regione non obligabat in alia quousqz per aliū legislatorē fuit lata ī altera regione. ⁊ ita est cōmunitas legis in noīe ⁊ non in re per equiuocationē: sicut cum multi vocanť Petrus: equiuocať istud nomen ⁊ non est aliqua identitaz rei signate in vtrisqz. vñ cum fm rem ista lex esset due leges. s. vna moabitarū ⁊ amonitarū: ⁊ alia israelitarū: per neutram illarū posset israel ꝑscribere contra amonitas ⁊ moabitas vt. ꝛ. declaratum est. ¶ Ideo dicēdum qꝫ iepte putauit se posse prescribere per possessionē longi tēporis cum mala fide non ex aliqua lege positiua sua vel moabitarū sed ex iure gentiuz. nam sicut quedam cōia sunt de iure gentiū vt seruitutes: bella: emancipationes: manumissiones: ⁊ similia vt pz. ff. de iustitia ⁊ iure lege ex hoc iure. lege manumissiones. ita ⁊ ꝑscriptio cum mala fide per longum tēpus erat inter oēs gentes tunc approbata: iō putabat quilibet contra aliuz sibi esse plenū ius cum longo tpe sine interruptione ēt cuz mala fide ꝑscripsisset: ⁊ huic iuri tanq̄ cōmuni non resisterent amonite vel moabite. vñ nec rn̄det rex amon tanq̄ obiściens aliqd de iure cōtra hec: sed soluz viribus voluit opprimere israel. si tñ ista oia non essent firma fm ius illius tēporis rn̄disset rex amon. ergo erant hec de iure. (Quare tanto tēpore nibil sup hac repetitione tentastis). i. cum per trecentos ānos fere possederit israel incōcusse iam ꝑscripsit. quare enim non tentastis per tantū tēpus repetere ad hoc qꝫ non ꝑscripsisset israel nuncautē lz repetatis non cōpetit vobis repetitio iure. In hebreo dr̄. (Cur nō liberastis boza ipsa). i. cur nō liberastis terrā istaz de manu nostra boza ipsa. i. tēpore balac regis moab cū illam ꝓdidit vel cuz eo viuente nos eam accepimus de manu amoꝛreoꝝ. littera aūt nostra aliqualiter mutata est ad ponendum ius ex ꝑscriptione israelitarū. nam ad hoc qꝫ non ꝑscriberent israelite nō requirebať qꝫ moabite vel amonite liberassent terrā. s. eam eruendo totaliter de manu israelitarū: sed satis erat qꝫ interrūperent ꝑscriptionē pugnando vel petendo. qō est iurgari vt. ꝛ. pz in lra. ideo littera nostra nō dixit. quare non eripuistis. sed. quare nibil sup repetitione tentastis. Etiā non requirebať qꝫ in ipsa boza. i. tēpore balac facta fuisset repetitio: sed satis erat qꝫ fieret qñcunqz dum tñ ante cōpletam prescriptionē: ideo lra nostra non. dixit in ipsa boza. sed. quare tanto tēpore. s. qz iam transiuit tēpus plene ꝑscriptionis ⁊ nibil interrupistis. (Igitur non ego pecco in te). s. qz iam ꝑscriptio legitime finita dedit mihi titulum non pecco ego cōtra te. s. detinendo loca que olim fuerunt de terra tua sicut tu dicis me iniuste detinere illa. (Sed tu cōtra me male agis indicens mihi bella nō iusta). i. qz iam sciens dn̄iuz istius terre meū esse ex cā assignata male agis mouendo cōtra me bella vt reddā tibi terrā. ⁊ sic bella ista erūt iniusta qz nō habent instantiā motiuam qz iepte in hac rn̄sione sua fundauit se principaliter sup prescriptionē. Erūt aliqua dubia cōuenientia de ꝑscriptione que in fine huius expedientur. (Judicet dn̄s arbiter huius diei inter israel ⁊ filios amon.) qz putabat iepte qꝫ rex amon non cōsentiret rōnibus suis sed violenter vellet auferre terrā sicut dictum est. inuocauit deū in iudicem cōtra amonitas. s. dn̄s iudicet. s. declaret per effectuz quis nostrū fouet iustam cām. ⁊ hoc dando victoriaz fouenti iustum bellum. vocatur arbiter huius diei. i. qz in illa die iepte eligebat eum in arbitrū. i. iudicem: vel qz inter israelitas ⁊ amonitas qui illa die cōtendebant nullus erat iudex superior elegit iepte deū: ⁊ illa die debebat esse iudex cuz illa die cōtenderet. (Noluitqz acquiescere rex filioꝝ amon verbis iepte). s. non dedit nūc aliquā responsionē vel excusationē sicut prius fecerat: sed solū dixit qꝫ non curabat de his sed oportebat terrā dari vel bello vel pace. ⁊ hoc qz nunc rex amonitaꝝ nescisuit qd rn̄deret ad verba iepte que erant iustissima. (Que per nūcios mandauerat). s. oia ista verba misit ei per nuncios bis vt pz. ꝛ. in littera. (Factus ergo.) Dic ponit tertium huius. c. s. bostis rebellantis expugnatio. ⁊ dr̄. (Factus est sup iepte spiritus dn̄i). s. venit sup eum spiritus dei ad cōfortandū illum cōtra bostes suos amonitas. naz cum exposuisset iepte iustam cām regi amon vt non pugnaret cōtra eum nō assensit: ideo inuocauit deum in iudicē. i. vltorem iniurie. ⁊ nūc venit spūs dei ad cōfortandum eū vt pugnaret.

ª ¶ Quereť quis spūs dei fuerit iste qui venit sup iepte. ᵇ ¶ Respondeť qꝫ spiritus vocať quodlibet motiuum vel impulsiuum motū: dum tñ fit aliqō quasi incoꝛporale. sic. n. ventus vocatur spiritus qz flat a seipso ⁊ moueť. sic accipit̄ ps. 9. spiritus ꝓcellarum pars calicis eoꝝ. ⁊ ps. 149. s. spiritus procellaꝝ que faciunt verbuz eius. ⁊ ex hoc quodlibet qō est in anima nostra: ⁊ potest

D Doctoris determi. Quedā de iure gētiuz cōia sunt apud oēs nationes.

† Lra in hebreo

Hostis rebellātis expugnatio.

ª Q. Ō. 40. A Quis spiritus dei fuerit iste qui venit sup iepte.

ᵇ Rn̄sio ad quesitum.

nos mouere ad aliquid intelligendum volendum aut agendum vocatur spiritus. sic dicimus spiritus prophetic̄ id per qō prophete mouentur ad pn̄ciandum futura. sic etiā dicimus. quo spiritu iste egit hoc. i. quo incentiuo. istum modū loquēdi seruat valde scriptura. sic pz Esa. 11. s. spiritus sapientie: spiritus timoris: spiritus cōsilij ⁊c̄. vbi omnia septē dona spūssancti vocātur spiritus qz sunt aligd qō nos mouet interius. ⁊ sm hoc spiritus dei multipler est. nam allegato c. ponit sexcuplex spiritus ⁊ Sapien̄. 7. ponit. spiritus sapientie variatus bene per. 20. modos. vnde aliquādo dicit venire super aliquē spiritus dn̄i. i. spiritus prophetie. sic pz. 1. Re. 10. et. 19 cum dicit. insiliet in te spiritus dn̄i ⁊ ppbetabis mutaberisq; in virum alterum. nam ibi solum intelligit de spiritu ppbetico: cuz sequat. ppbetabis. Aliquādo accipit pro spiritu roboris ⁊ animositatis sm quez aliqs audet pugnare cōtra aliquos cōtra quos prius non audebat. ⁊ ga ista animositas vel cōfidentia est quoddam motiuū ad agendū vocatur spiritus. ⁊ qz est a deo imissa vocat spiritus dei. sic habet 1. Reg. 11. cum dicit de saule. ⁊ insilijt spiritus dn̄i in eum cum audisset verba viroz iabes galaad. ⁊ pz q fuerit spiritus roboris ⁊ animositaz: qz imediate posuit preceptū toti israel de venie do ad bellum sub interminatione pene: ⁊ pgressus est cōtra regem amon atq; preualuit. ita nūc in iepte fuit qui ante hoc forte timebat amonitas cōfidentes de virtute sua ⁊ erat ei durum cōmittere bellum cōtra illos. nunc autē cōfortatus est ad hoc q cōfidenter pugnaret q̄ certus de victoria. ⁊ isto modo sepe accidit pt. 1. Re. 16. s. q spiritus dn̄i recessit a saule: ⁊ q directus est ex die illo spiritus domini in Dauid. ⁊ intelligitur de spiritu animositatis vt ibidē dicit. (Et circuiens galaad ⁊ manasse). s. postq̄ rex amon dn̄o ostendit q volebat pugnare ad eruendū terram de manibus israelitarū parauit se ad bellum iepte: ⁊ ad hoc circuiuit oia ista loca que nominant hic. s. premuniens illa si forte amonite per terrā illam vagari vellent: ⁊ cōstituens custodes ⁊ bellatores in illis. ¶ Aliquis dicet ex hoc q terra manasse sit extra terram galaad: qz dicit q circuiuit manasse ⁊ galaad. Et tamē falsum est qz terra galaad diuisa est in duas medietates: ⁊ medietas eius data est tribui gad: ⁊ medietas dimidie tribui manasse vt pz Deute. 3. c. Ideo dicēdum q accipitur hic galaad pro quadam parte terre galaad. (Maspha quoq;.) Ista erat quedā ciuitaz in quadā parte terre galaad in qua erāt galaadite castrametati qñ miserunt ad vocandū iepte de terra thob ⁊ ibi fecerūt eum principē suū. (Et inde transiens ad filios amon). s. de maspha transiuit ad pugnādum ⁊tra amonitas. nā amonite castrametati fuerant in quadā parte galaad p̄edēti. c. ⁊ cum hoc ageret iepte non mouebant ipsi ad pugnandū nec recedebant inde in terrā suam cum nollent desistere a bello. Iepte aūt transiuit ad expellendū eos de loco suo. (Votum vouit domino dicens. si tradideris filios amon in manus meas). i. si dederis victoriā mihi de illis. s. occidēdo illos vel effugando ⁊ faciendo q iam nō repetant terrā istam. Istud erat votū additionale ⁊ non obligabat nisi stante cōditione. an vota cōditionalia teneant declaratū est Numeri. 30. c. (Quicūq; primus egressus fuerit de foribus domus mee.) Siue ipse videret eū existentem siue nōdum occurreret ei in via etiam si in aliquāta distantia a domo sua. (Mihiq; occurrerit reuertenti cū pace.) Vocat reuertens cum pace. s. victis hostibus. nā si reuerteret fugiens nō tenebatur ad reddendū votum. Sed dato q pdidisset de viris suis multos in bello ⁊ ipse vulneratus foret: si obtineret victoriā tenebat ad votū. (A filijs amon). i. a pugna cōtra filios amon. (Eum holocaustuz offeram dn̄o). i. occidam ⁊ imolabo dn̄o in holocaustū. qō est genus sacrificij in quo carnes totaliter cremabant in altari ⁊ nō cedebat aliqua ps offerentibus aut sacerdotibus. de cerimonijs huius habet Leui. 1. et declaratū est ibi.

¶ An peccauerit iepte vouendo immolare primuz occurrentem sibi de domo sua: ⁊ an in isto voto solum intellexit de solo animali immolaticio. Qō. 41.

Queret an peccauerit iepte vouendo q̄ imolaret primū ereūtē de domo sua. ¶ Rn̄dēdū q iepte voluit nimis deo famulari. ⁊ ad h̄ fecit votū indeterminatū. s. q offeret quicqd ei primo occurreret. nā ex h̄ erat solicitus qz poterat occurrere ei aligd qō valde diligeret: ⁊ tenebat illud occidere. ⁊ vt magis se traderet deo obligando ad maioza nō determinauit votuz suū. Dōm tn̄ q peccauit sic vouēdo qz fuit valde indiscretus. nā vouit imolare eū qui sibi primo occurreret: ⁊ tn̄ poterat sibi occurrere aliqs bō vel qui nō cadit sub imolatione ⁊ holocausto: eo q illum imolare in holocaustū est impiū cum homo non debeat occidi sine cā. Scōo qz dato q bō esset reus mortis non poterat imolari in holocaustū: qz istud pertinet ad animalia bruta determinata in lege. s. ad boues oues ⁊ capras. Itē erat indiscretus qz poterat occurrere aliud aīal qō non esset imolaticium sicut canis vel asinus: qz nihil hmōi deo in holocaustum immolabat lege vetante. vnde quedā sunt que ad oēm aduētū sunt bona ⁊ in istis tenet votuz. alia sunt que semp sunt mala: ⁊ in istis nunq̄ tenet votū. alia sunt que possunt euenire in bonuz ⁊ in malū: ⁊ inq̄tum pūt bn̄ euenire tenet votū: ⁊ inq̄tum male eueniunt nō tenet. ⁊ pz exēpluz in isto voto iepte in quo poterat votum malū euentū habere: vt si occurreret bō vel asinus q nō erat aīal imolandum. vnde beatus Hieronymus ait q vouendo fuit indiscretus ⁊ reddēdo fuit impius. ¶ Quer̄ vlterius an iepte in voto suo intellexerit de solo aīali bruto vel de solo boue vel de vtroq; cuz dicit. quicūq; egressus primus fuerit de foribus domus mee. ¶ Aliquis dicet q solum intelligebat de aīalibus brutis vt de ouibus bobus ⁊ capris. qō pz qz dixit. offeram eū holocaustū dn̄o. ⁊ tn̄ sciebat iepte q holocaustū non poterat offerri nisi de tribus generibus animaliū. s. ouibus bobus ⁊ capris. ⁊ hoc de pecoribus. de volucribus aūt fieri de duobus generibus solū. s. de turturibus vel de pullis colūbarū vt patet Leui. 1. ergo solū intelligebat de brutis. ¶ Aliquis dicet ēzio q etiā intelligebat de boibus ⁊ de pecoribus. qō pz qz si solum intellexisset de brutis imolaticijs: h̄z occurrisset ei filia sua nō tenebat illam imolare: ⁊ tn̄ ipse dixit. decepisti me ⁊ ipsa decepta es: aperui os meū ad dn̄m ⁊ aliud facere nō potero. ⁊ istud tenet beatus Thomas de aquino dicens. q votoz quedam eueniunt interdū in bonam partē ⁊ interdū in malam: ⁊ inquātum eueniunt in bonā seruanda sunt: ⁊ vt in malā eueniunt nō obligāt. ⁊ ponit exēplum de voto iepte qō poterat euenire in bonum si occurreret ei animal imolaticiū: vel in malum vt si occurreret ei homo vel asinus vl animal qō non erat imolandū. si tn̄ de solis brutis imolaticijs intellexisset non posset cōuerti istud ad votuz bonum ⁊ malū. ¶ Aliquis arguet q solū intelligeret de imolatione bois solum. ⁊ hoc pz in duobus vel tribus. Primū quia dicit. quicūq; primus egressus fuerit de foribus domus mee. sz quicūq; dicit psonam: bruta aūt non sunt psone. ergo solū intelligendū est de illis que sunt psone. s. de boibus. Scōo pz qz dō. mihiq; occurrerit reuertenti. occurrere aūt non ptinet ad bruta qz non dicimus q occurrit mihi bos vel capra sed inueni bouem vel capā in via. de boie aūt dicit q occurrit alteri. Tertio pz qz iepte voluit dn̄o offerre aligd magnum. si autē intelligeret ipse in aliquo casu de aīalibus non dixisset ⁊fuse. quicūq; occurrerit. qz tunc solū intelligebat vnū pecus in isto voto: ⁊ istud votum erat paruū. vnde si intellexisset de pecoribus vz q ipse voluisset determinate multa. s. 20. vel. 30. aut valde multa pro tanto bono. s. victoria ꝫ hostes. ⁊ tn̄ non vouit determinate multa. ergo vz q intelligebat aliqō magnuz sacrificiū per boc. ⁊ istud erat imolatio alicuius bois qui pponderaret multis pecoribus simul sumptis. Quarto pz qz iepte fecit magnā distantiā voti in boc q non determinauit qd offerret: sed dixit. quicunq; primuz egressus fuerit. si tn̄ intelligeret de pecoribus modicum differebat q offerret istud pec⁹ vel illud. ergo nō intelligebat de illis sz de boib⁹. s. q quēcūq; sibi occurrētē imolaret. ⁊ in hoc multū differebat qz aliqui erant de domo sua quos multū diligebat. s. filia sua vnigenita: ⁊ alios minus diligebat. s. famulos: ⁊ noluit de his diffinire vt magis se astringeret vt cogeret deo reddere qōcunq; eueniret. ¶ Rn̄dendū q quelz istarū trium partiū teneri posset. De prima pz. s. vt dicamus q iepte solū intellexit de aīalibus imolaticijs. Et qñ obijcit q tunc nō putasset se obligatum ad occidendū filiam nec occidisset. Dicendū q votuz iepte fuit generale. s. quicūq; primus exierit de foribus domus mee. ⁊ quātum erat ex verbis intelligebat votum tam de boibus q̄ de pecoribus: ideo lz intētio sua fuisset soluz de pecoribus putauit se ex verbis obligari ad imolandū filiam suaz ¶ Ad aliud qñ dicit beatus Thomas q poterat istud votuz euenire in bonam partē vel in malam. dicendū q istud erat quātum ad significationē verboz: qz cum essent verba vniuersalr dicta poterāt capi pro aīali imolaticio ⁊ pro non imolaticio. Et quātum ad h̄ intelligit dictū Hieronymi. s. q fuit stultus vouendo. s. qz nō distinxit verba sua ita vt determinate intelligerētur pro animali imolaticio: ⁊ cūq; circa ea que inducūt obligationē nimis cauere debemus qualiter pferant vt sciamus ad quid obligamur. Si autem tenere volumus scōam positionē dicemus q votum iepte intelligebat de animali bruto ⁊ de boie. ¶ Ad rōnem in contrariū pro prima parte dicēdum q lz aīalia bruta in tribus speciebus ppie imolent in holocaustū Leui. 1. tn̄ large vocat

imolari

Spūs dei multiplex.

Improbatio opinionis de situ terre Manasse.

Holocaustū qd sit.

A Rnsio ad quesituz.

*Qō. 42. A

An iepte in voto suo intellexerit ō solo aīali bruto: aut de solo boie: aut de vtroq;. Cuiusdā rō prima

Thome rō scōa.

Opi. thome fa fe q. 84. ar. 2. ad 2m. Vota tu plicit euenient. Rōes cuiusdaz p 3. pone. 1. rō 2. rō

3. rō

4. rō

B

Rn̄. ad q̄situm. Ad rōnē ꝫ hāc pri maz positionē rn̄.

Ad rōnē Thome.

Pro fa poātice. Rn̄. ad rōnez in 3rium.

Ad p̄mā rōnez .p 3. pōne. Ad scōā ⁊ tertiaz rōnes.

immolari in holocaustum qōcunqz occiditur animo famulandi deo ⁊ totum applicatur ei de quo. j. declarabit. ¶ Ad primam rōnem pro tertia positione dicendū q̄ quicūqz lz psonaz signet: propie tñ hic ponit ad significandū personā vel non psonam: ⁊ tñ ponit vt significet psonaz denominādo a nobiliozi. ¶ Ad scōm dicendū q̄ occurrere p̄t esse cōmune ad rem rōnalem ⁊ irrationalē. ¶ Ad tertiū dicendū q̄ cum iepte voueret indistincte qō ei prius occurreret siue homo siue bzutū satis magnū deo vouebat q̄ cōfuse vouendo vouebat id quod preciosissimū sibi erat. nam si illud sibi occurrisset tenebat saltē ex intentione sua illud īmolare. ¶ Ad quartū dicendū q̄ non militat cōtra hanc positi nē sed solum ō primā: q̄ intelligeret de solis bzutis quin potius cōfirmat istam: qz ꝓpter hoc non determinauit de pecoribus vt intelligeret de boibus vel de pecozibus: ⁊ differebat nimis an homo vel pecus īmolaret. ¶ Si aūt velimus tenere tertiā dicemus ad rōnem prime positionis sicut. ō. dixim⁹. s. q̄ immolare in holocaustū aliqū accipit large ⁊ p̄t pertinere ad boues de quo. j. dicet. ¶ Ad primā rōnem secūde positionis nō est rndendū sed cōcedendus est: qz solum est cōtra primaz positionē. ¶ Ad scōam rōnem de positione sancti Thome dicēduz esset negando positionē illius: qz non cogit qñ veritas sacre scripture aliter petere p̄t q̄z ipse asserat. ¶ Sed dicendū q̄ inter sustentabilis est q̄z reliqua: iō de ea non est curandū. De primis est dubium. quidaz tenent q̄ vouerit indistincte de boue vel de pecore: ⁊ q̄ intentio sua fuerit se obligandi ad hec duo si quolz illoz eueniret diuisim. ¶ Sed dōm q̄ prima positio est rōnabilioz ⁊ magis pia. s. q̄ iepte solū intelligeret de pecozibus: ⁊ tamē fuit sermo suus vniuersalis qui de vtrisqz itelligi poterat. ⁊ tūc magis excusat iepte. s. qz nullo mō intendebat de occisione humana: sed postea dubitauit de suis verbis ⁊ putauit se obligare ad occidendā filiam. Item patet qz dz. īmolabo eum dño in holocaustū. ⁊ tñ si intellexisset etiā de hominibus non dixisset īmolabo in holocaustū. sed īmolabo solū. ¶ Sed tunc obijciet quia si solum intellexisset de pecoribus occurente filia non teneretur occidere eam. ¶ Dicendū q̄ lz intenderit penes se solū de pecoribus: tamē verba generaliter protulit: ⁊ putauit q̄ ex eis obligaretur ad occidendum filiam.

Ad q̄rtā rōnē.

Pro tertia pōne

Ad rōnē 1. pōnis. Ad rōnē scde positionis. Deter. q.

Obiectō

Rñsio

Nico. strata literaz latinas inuenit.

¶ Transiuitqz iepthe ad filios ammon: vt pugnaret cōtra eos. Quos tradidit dñs in manus eius: percussitqz ab aroer vsqz dum venias in mēnith viginti ciuitates: ⁊ vsqz ad abel que est vineis cōsita plaga magna nimis. Humiliatiqz sunt filij ammon a filijs israel. Reuertenti aūt iepthe in maspha domū suam: occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis ⁊ choris. Non enim habebat alios liberos. Quia visa scidit vestimenta sua: ⁊ ait. Heu me filia mi: decepisti me: ⁊ ipa decepta es. Aperui. n. os meum ad dñm: ⁊ aliud facere nō potero. Cui illa rndit. Pater mi: si aperuisti os tuum ad dñm: fac mihi quodcūqz pollicitus es: cōcessa tibi vltione atqz victoria de hostib⁹ tuis. Dixitqz ad patrez. Hoc solū mihi p̄sta qō deprecoz. Dimitte me vt duobus mensibus circueā montes: ⁊ plangaz virginitatē meam cuz sodalibus meis. Cui ille rndit. Vade. Et dimisit eā duobus mēsibus. Cūqz abisset cū socijs ac sodalibus suis: flebat virginitatē suā in montibus. Expletisqz duobus mensibus: reuersa est ad patrē suū. Et fecit ei sicut vouerat. Que ignozabat virū. Exinde mos increuit in israel: ⁊ ꝯsuetudo seruata est: vt post āni circulū cōueniant in vnū filie israel: ⁊ plangāt filiam iepthe galaadite diebus quattuoz.

Aragnes femia retia ꝑma inuenit. 56. di. c. nasci. 22. q. 4. c. vnusquisqz. 23. q. 5. c. si nō licet. in fi. Typhis carpētari⁹ nauis gubernaculū p̄mus inuenit.

Transiuitqz iepte ad filios amon. s. iuit cōtra illos in bellum vbi erant castrametati in galaad terra. (Ut pugnaret cōtra eos.) Amonite aūt a principio volebant incipe bellum cōtra israel: nunc aūt iepte iuit cōtra amonitas ipsis nō pugnantibus cōtra israel. Cā huius est qz a principio introierūt amonite in terrā galaad que erat terra israel: ⁊ in hoc mouebant bellum cōtra israelitas. nunc aūt manebāt in terra eadē: iō iepte ibat ad pugnādum cōtra eos non tanqz aggrediens sed tanqz defendens terraz suam. (Quos tradidit dñs in manus eius). s. qz vertit deus illos in fugā incutiendo timoze: ⁊ sic iepte poterat occidē de illis multos. (Percussitqz ab aroer.) ¶ Sciendū q̄ hic fuerunt duo bella. s. vnū fuit cōtra amonitas qui cōuenerant in castra ⁊ erāt in terra galaad p̄senti. c. istos. n. partim interfecit ⁊ ptim fugauit. Aliud belluz fuit post fugatos amonitas. nā pugnauit cōtra terram illoz ⁊ pcussit multas vrbes eoz occidendo habitatozes ⁊ terrā desolando: ⁊ de isto secundo bello dz. (Q̄ pcussit ab aroer vsqz dū venias in mēnith 20. ciuitates). s. q̄ iste ciuitates icipiebāt ab aroer ⁊ finiebant in mēnith. est. n. aroer ciuitas terre israel vt p3 Josue. 13. nam ibi data est filijs ruben: iō dz hic accipi exclusiue. s. q̄ ab ista ciuitate cepunt israelite introire in terrā amonitarū pcutiendo: ⁊ pcusserunt viginti ciuitates. s. capiendo eas bello ⁊ occidendo eos qui intus erant: ⁊ fuit finis in mēnith ⁊ abel. nam noluerūt vlterius pugnare. (Et vsqz ad abel que est vineis cōsita.) Ista est quedā ciuitas amonitarū satis famosa i excellētia vini: iō vocat cōsita vineis: quasi nulla alia ciuitas terre illius sic cōsita fozet. (Plaga magna nimis). i. in istis ciuitatibus fuit magna plaga qz occisi sunt valde multi: vel qz occidebant oēs qui inueniebantur. (Humiliatiqz sunt filij amon a filijs israel). s. superbia illoruz humiliata fuit. nā ante hoc quotidie petebāt terrā galaad ab israelitis ⁊ vastabant illos. nunc aūt cessauerunt petere ⁊ pugnare. ⁊ satis illis erat q̄ se possent defendere ne israelite acciperēt eis reliquā terram quā possidebant. ¶ Quere. an licuit israelitis facere istud bellum cōtra amonitas. ¶ Aliqs dicet q̄ non qz deus vetuit israelitis pugnare ō amonitas ⁊ moabitas Deu. 2. c. * ¶ Rñdendū q̄ licebat israelitis pugnare ꝺtra illos qui debebant iniustā cām pugnādi. * ¶ Ad auctozitatē dicēduz q̄ illa fuit quoddam preceptū tempozale: ideo solū obligauit pro illo tempoze quo datū est. s. quādo israelite transituri erant inter cōfinia moabitarum ⁊ amonitarū. nunc autē non obligabat illud preceptū. ¶ Aliter dici potest q̄ illud preceptū datum est ad excludendū iniustū bellum. s. quia israelite forte mouerent ad pugnādum cōtra moabitas ⁊ amonitas desiderio capiendi terraz eoz in transitu. nunc aūt non pugnabant vt caperent terrā eorū sed ex iusta cā: ideo licitū erat pugnare. ¶ Quere vlterius dato q̄ liceret israelitis nūc pugnare cōtra amonitas si haberēt cām: an habuerint aliquā cām pugnādi. ¶ Aliqs dicet q̄ non qz bellū qō nunc fecit iepte cōtra amonitas erat ad expellendus eos de terra sua. nā ipsi introierant in terraz galaad p̄cedēti. c. postqz ergo impulissent eos videbat iniusta pugnatio ꝺtra eos: qz cessabat cā efficiēs bellū iustū. ¶ Rñdendū q̄ israelite licite pugnauerūt cōtra amonitas ad destruēduz viginti ciuitates: ga bellum est iustū duplr. s. ad repetenduz satisfactionē pro iniurijs vel pro dānis datis: ⁊ quādiu manet pars iniurie vel dāni adhuc est bellū iustum. nūc aūt erat vtrūqz in israelitis ad amonitas: qz amonite fecerant iniuriā israelitis introeundo in terram eoz nolentibus eis. Scōo erat dānum. s. q̄ exītes in terra eorū vastabant multa. Quātum ad iniuriā erat satisfactio q̄ israelite expellerēt amonitas de terra sua: ⁊ intrarēt tātū in terrā amō quātum ipsi intrauerant in terraz israel. Etiā poterant occidere multos de amonitis: qz iniuria israelitarū fuerat magna cū stetissent magno tpe amonite in terra eoz nolentibus ipsis. Insup fuerat magnū dānum israelitarū: qz sepe introierant israelitarum terrā ipsi amonite ⁊ predabant totaz terrā galaad: ⁊ interdum nimis ꝺfidentes trāsibant iordanē ⁊ vastabant tribū iuda ⁊ beniamin p̄cedenti. c. pro hoc israelite poterāt facere magnas predas iuxta arbitriū suum vt satisfieret eis de oibus que abstulerant ipsi de terra illoz toto tpe p̄terito. Etiaz sicut multi occisi fuerant de israelitis poterant occidere multos de amonitis. ⁊ cū destruxissent viginti ciuitates iudicauit iepte satisfactū eē israelitis pro dānis ⁊ iniuria: iō noluit magis vastare de terra amō: aliogn plus vastare potuisset. ° ¶ Quere vlterius quare cum iepte occidisset habitatozes istarū viginti vrbium non cepit vrbes vt essent pro terra israel cum essent in confinio terre israel. ¶ Respondendū q̄ licitum erat israelitis punire amonitas pro iniuria ⁊ dānis. Et etiā facere pro iniuria tributarios: ⁊

Notādum de duobus bellis.

Aroer qd sit.

Abel quid sit.

Qō. 43

A

An bellū b3 ō amōitas israelitiz facere licuit.

* Rō in diuersum.

* Ad rōnē. Alr ad rationem.

Qō. 44

A

An israelite babuerit aliquaz cāz pugnādi ō amonitas.

b Rñ. cuiusdā ad q̄stū Et rō

□ Doct. rñ. ad quesitū. Belluz est iustū duplr

° Qō. 45.

Cum iepte occidisset habitatozes 20. vrbiuz qr nō ceperit eas vt essent pro israel.

Rñsio ad quesitum.

1.cā

2.cā

B

†

†

†

†

Notādum

L

Chozus dupl̄r accipit̄ 1.mō 2.mō

†

Notādum

tñ non licebat accipere terraz eoꝝ ad vniendū terre israel.sic ꝓz de Dauid.nā ipse pugnauit contra moabitas vt faceret de illis duos funiculoz vnum ad occidendū ⁊ alium ad viuificandum: tñ cum fecerit illos tributarios non legit̄ accepisse aliquē locuz de terra illoꝝ ad vniendum terre israel.2.Re.8.c. Sic etiā fuit de amonitis.nā ꝑ debonoꝛatione nunciozꝝ suoꝝ pugnauit ꝯra illos ⁊ dure puniuit:⁊ carpentis ferreis: ⁊ ducens eos in typola terum vt ꝓz.2.Reg.12.et.1.Paralipo.20.c.⁊ fecit residuos tributarios vt ibidem ꝓz.tñ non legit̄ vniuisse terrā illam vel partem eius terre sue.¶Lā huius erat ꝙa deus dixerat Deute.2. ꝙ non daret nec vnū vestigiū pedis israelitis de terra idumeorum moabitarū ⁊ amonitarū:eo ꝙ dederat illam in possessionē filijs Esau ⁊ filijs Loth.ista aūt erat determinatio dei:iō nunq̄ licebat israelitis pugnare ad accipiendū partem terre istoꝝ.⁊ si aliqñ pugnando in bello iusto vel iniusto acciperent aliquā partem terre tenebant̄ ad restitutionē.⁊ sic est casus in quo quis in bello iusto non efficitur dñs rei capte.sic etiā est si in bello iusto aliquis rapiat rem sacrā.nam nunq̄ pōt constitui dñs illius: ⁊ istud est ꝑpter specialē ꝓhibitionē de re illa.sic enim erat de terra istaꝝ gentium.nā erat israelitis vetita.s.ꝙ nullo mō caperent eam.¶Alia etiā causa est qz generale erat israelitis ꝙ nullam terrā caperent ad vniendū terre sue.nam Nume.34.deus limitauit eis terrā quā possidere debent.s.terra possessionis vestre his limitibus terminabit̄.ideo dū non obtinuerant illam licebat eis pugnare cōtra gentes habitantes in terra illa ⁊ acquirere terrā:sed postea ly pugnarent cōtra alias gentes ⁊ obtinerent non poterat vnire ciuitates terre sue ad augendū eam:sed aut ciuitates capte recipiebant pacem oblatam ab israelitis aut non.Si primo mō debebat ciuitas supponi tributis ⁊ dimitti. Si autē non reciperet debebat ꝛpugnari ⁊ oēs viri debebant occidi:mulieres aūt ⁊ paruuli seruabant̄ ⁊ efficiebant̄ serui vl vendebant̄:⁊ ipsa ciuitas destruebat̄ Deutero.20.⁊ sic in nullo casu licebat vnire terrā captam terre sue ne excederent israelite terminos possessionis limitate eis a deo:vñ non soluz fuit hoc custoditū in amonitis ⁊ moabitis de ꝙbus erat ꝓceptū specialē ne caperet̄ terra eoꝝ:sed etiaz in alijs gentibus vt ꝓz de syris terre soba quos sibi subiecit Dauid ⁊ fecit eos tributarios:⁊ tñ nullam terrā syrie vniuit israel vt ꝓz.2.Re.8.c.(Reuertēti aūt iepte in maspha domū suam).s.reuertebat̄ iepte de cede amonitarū ⁊ ibat in vrbē maspha vbi erat domus eius.s.qz ibi forte nunc cōstituerat domū suam quādo ductus est de terra thob vt efficieret̄ ꝓceps israel.(Occurrit ei vnigenita filia eius).s. sciens aduētum patris venit cum magna leticia obuiā ei qz vicerat in bello:⁊ erat ista vnigenita qz nullos alios liberos habebat ⁊ forte nec expectabat.(Cum tympanis ⁊ chorꝛis.) Multe virgines ibant cum filia iepte.qō ꝓz qz dicit̄. cum tympanis ⁊ chorꝛis.⁊ tamē ipsa nō poterat ducere plura tympana ⁊ chorꝛos: ly multe virgines ibant cuz ea:eo ꝙ ipsa erat filia principis isr̄l. Etiā qz nunc iepte redibat victor:iō virgines exibant ei obuiaz canendo.sic factū est in dauid ⁊ saule.cum.n.saul iret in bierusalem dauid portante illuc caput goliath egrediebant̄ mulieres de singulis vrbibus ducētes chorꝛos in tympanis leticie ⁊ systris.1. Reg.18.c.¶Et sciendu ꝙ ista puella iepte filia ⁊ alie virgines cantarent aliqd pertinens ad laudē dei dantis victoriam:⁊ ad laudez iepte qui erat victor.sic etiā maria sorꝛ moysi tulit tympanum:⁊ ipsa cū filiabus israel canebat canticū illud facta liberatione de mari rubro.s.cantemus dño.qō habetur Exo.15.sic etiam mulieres que egresse sunt obuiaz sauli ⁊ dauid canebant. percussit saul mille ⁊ dauid decē milia.1.Reg.18.c.Tympanuz est muſicum instrumentū de ligno opertū corꝛio extenso qō percussum modulatos tinnitus reddit:⁊ vocatur tympanū a tinniē do.¶Chorus pōt accipi dupliciter hic.Uno modo ꝓ chorea puellaꝝ canentium.⁊ sic dicit̄.1.Reg.18.ꝙ ducebant chorꝛos.i. chorꝛeas.⁊ est sensus ꝙ ibant multe puelle cum filia iepte vñ faciebant chorꝛeas multas. Alio mō chorus est quoddā instrumentum factum de ligno ⁊ opertū corꝛio.sed differt ab imagine tympani vt quidā volunt.fuit chorus parum ante tempus istud inuentū in grecia vt.j.dicit̄.⁊ ibi de figura eius.quocunq; modo horū poterat accipi:qz ad leticiaz pertinet chorus.(Non enim habebat alios liberos.) Istud potest dici ꝑpter duo.Primo'ad significandū ꝙ non venerunt obuiā iepte plures de filijs vel filiabus eius q̄ illa de qua dicit̄:eo ꝙ non habebat alios liberos. Secūdo pōt hoc dici ad significandū magnitudinē doloris quē habuit iepte:qz si multos filios vel filias habuisset occidendo illam que sibi occurrebat nō doleret tam acriter sicut nūc voluit. ¶Sciendum autē ꝙ ly cum ista filia iepte irent alie puelle virgines non occidit aliquā illarum iepte:eo ꝙ votum suum soluz intelligebatur de domesticis suis.(Qua visa scidit vestimenta sua).i.in signū doloris.sic erat mos antiquis.vnde dauid audita morte saulis ⁊ ionathe scidit vestimenta sua ipse ⁊ viri sui.2. Reg.1.⁊ audita morte amnon filij sui.2.Reg.13.vnde etiā qñ dolebant de peccatis ⁊ petebant veniaz a deo scindebant vestimenta sua. sed hoc vetuit Jobel ꝑphēta dicens.scindite corda vestra ⁊ non vestimenta vestra Jobel.2.c. (Et ait.heu filia mi decepisti me).s.qz fecisti votū meum euenire ꝓter intētionem meam.s.qui decipit̄ aliud in re sentit q̄ ipse iudicauerit. ita iepte non putauit aliqd de filia:⁊ nūc videns eam putauit se obligatum occidere ipsam:iō credidit se ab ea deceptū.(Et ipsa decepta es).s.qz putasti gaudiū esse exire mihi obuiam:⁊ tamē ex hoc morieris.(Aperui os meū ad dñm).s.emisi votum.s.de faciendo holocaustuz de primo exeunte de domo mea. (Et aliud facere nō potero).i.non potero variare illud qz egresso semel verbo de labijs meis maneo obligatus ad illud:⁊ sic innuebat ꝙ cum sub voto suo caderet occisio illiuz ꝙ non poterat euitare quin eam occideret.

¶An iepte teneba occidere filiā suā ꝑp votū emissuz. Qō.46.

Queretur an verū esset ꝙ iepte tenebat occidere filiā suam ꝑpter votū emissum.¶Rñdendū ꝙ non:qz aut iepte vouens hoc generalr.s.quicūq; ꝓrimus egressus fuerit de fozibus domus mee offeraz eum holocaustū dño. cuz intētione obseruādi hoc tam in pecozibus q̄ in boibus.aut solum cum intētione occidendi aialia bzuta ꝓtinentia ad sacrificium.Si primo mō votū non tenebat qz erat impiū:⁊ qō maluz est non obligat.vñ nec iuramenta ꝑstita nec vota emissa sup re simpliciter mala causant aliquā obligationez.⁊ peccabat iepte emittendo tale votū:⁊ postea si illud seruaret.sed magis impiuz erat seruādo q̄ emittendo.si aūt vouit intelligens de solis bzutis etiā si de oibus intelligeret non tenebat votū:qz quedā pecora sunt que nō cadunt sub sacrificio:imo nulluz genus sacrificij fiebat nisi de tribus ſpēbus pecozū.s.de bobus ouibus ⁊ caprijs vt declaratū est Leui.1.si vero intellexit de solis aialibus immolaticijs tenebat votū:⁊ tñ non obligabat̄ occidere filiā:dato ꝙ ipsa primo occurreret:ly verba vniuersalr dicta possent extēdi tam ad boues q̄ ad pecoza:qz sermo oz seruire rei:⁊ res non oz subiectus esse sermoni vt ait Dilarius in libro de trinitate.⁊ habet̄ extra de regulis iuris.c.intelligentia.nisi forte verba dicantur in fauorē vel ꝓiudiciū alicuius:qz tunc non oz attendi quid ꝑferens intellexerit:sed qd verba ſm cōmunem interꝓtationē sonant vt ꝓz extra de sponsalibus.nam ex litteris.⁊ hoc nisi forte aliꝰ constet de intētione loquentis ꝙ alia fuerit q̄ per verba significat̄.⁊ sic sine vlla difficultate debebat iepte cessare ad impletionē voti cum nō incurrisset ei reꝰ in qua intelligebat̄ votum suū. ¶Queret̄ cum nō obligaret̄ iepte occidere filiam quare occidit illā.*¶Rñdendū ꝙ putabat iepte obligatū se ad occidendū illam ex voto.qō ꝓz qz dicit.aperui os meū ad dñm ⁊ aliud facere non potero.¶Sed dicendū ꝙ istud euenie bat ex imꝓudentia viroꝝ illius tēporis circa interꝓtationem sacre scripture ⁊ votoꝝ.nam lex ponebat sub magna districtione vota.s.ꝙ boues obligabant̄ valde ad soluendū illa Deutero. 23.c.⁊ ob hoc putabāt ꝙ sub forma verboꝝ qua vouebat̄ erat tenendū votum dato ꝙ votū vergeret in deteriozē exituz: ⁊ qz sub verbis iepte generaliter videbat̄ cōꝓhendi filia ly intentio sua fuisset solū obligare se in pecozibus:putauerūt ꝙ ad occidendū illam teneret̄ iepte:⁊ sicut interdū insipienter interꝓtabant̄ in fauorē votoꝝ:ita interdum cōtra vota absoluendo aliquos insipienter agebant.sic ꝓz.j.21.vbi cū iurasset totus populus non dare filias suas in vxores filijs beniamin:postea iusserunt virginibus vt ducerent chorꝛeas ꝑ agros:⁊ filijs beniamin ꝙ laterent in illis:⁊ de virginibus venientibus raperēt sibi aliquas in vxores.⁊ tñ nemo dubitabat ꝙ sic infringat̄ votuz sed tenuit:sed putauerūt se deū sic deludere ex quadā graui ignoraātia circa intellectionē legis ⁊ rōnem.¶Sciendu autem ꝙ hebrei volunt ꝓhinees nepotē aaron fuisse nunc summū sacerdotem:⁊ dicūt ꝙ qz noluit liberare a voto ipsum iepte recessit ab eo spūs ꝑphetie. Dicunt ēt ꝙ tam ꝓhinees q̄ iepte peccauerunt hic:⁊ vterq; ex supbia.nā ꝓhinees ex superbia noluit venire ad iepte ad denūciandū solutionē a voto ⁊ ꝙ nō obligaret̄ occidere filiā. Jepte peccauit qz ex supbia noluit ire ad ꝓhinees vt declararet ei de voto suo:iō vterq; punitus est ⁊ puella occisa fuit. Phinees.n.caruit ex tūc spū ꝑphetico vt volūt. De iepte dñt ꝙ putrefactus est:⁊ ptes eius fingillatim cadebāt ⁊ sepeliebant̄ in diuersis locis.Qō ꝓbat̄ sequēti.c.ibi lra nostra dicit.sepultus

† Mos antiquoruz p nimio doloze.

† † †

A Rñ.ad quesitū.

Qō malū est nō obligat.

Q.ō. 47. A Qr iepte filiā suaz occiderit ⁊ Rñ. ad quesitū.

Notādū iuxta opinionē hebreoꝝ.

est in

Impro-batio po sitionis. 1.rō

est in ciuitate sua galaad. Jn bebreo dr. sepultus ee in ciuitatibus galaad. s. vna pars in vna: z alia pars in alia. ¶ Sz ista positio Ra. Sa. z alioꝝ bebreoꝝ est fictitia. De primo pz qz tēpore huius voti non viueret phinees. qō pz qz ab introitu in terram chanaan vsqꝫ nūc erant anni trecenti sicut dixit iepte ꝺtra regez amonitarū: z tñ anteqꝫ incipiat cōputatio ipsoꝝ annoꝝ erat phinees. 30. annoꝝ vel pluriuz. nam eodē anno quo factū est bellū cōtra amorreos z capta est terra: phinees occidit scorrū madianitidez coeuntē cum principe tribus symeon Nume. 25. z deus promisit tunc illi sacerdotiū eternū: z tñ ad faciendū oportebat

B

Scōa

qꝫ esset etatiꝫ mature vt ista ꝓ deo zelaret z facere auderet. ergo erat nunc pluscꝫ trecentoꝝ annoꝝ si supuiueret. nullus tñ ad talem pueniebat etatē in hoc tpe. ergo nō erat nūc viuus phinees. ¶ Qꝺ aūt dicunt qꝫ iepte ex superbia noluit ire ad phinees sed potius occidit filiam suā est oīno irrōnabile. naz ꝺato qꝫ esset phinees viuens cū iepte diligeret valde filiā suam qz erat vnigenita: non solū iuisset petiturus cōsilium ad phinees vt non moreretur filia sua sed etiā ad vilissimū boīum. ¶ Etiam qō oñt qꝫ

Tertia

iepte cōputruit z sepultus est in multis ciuitatibus: nō est verisimile qz cadentibus aligbus ptibus corporis eius per putredinē morereť ipse. ¶ Etiā ꝺato qꝫ sic accidisset nō dicereť sepult⁹ in multis ciuitatibus sed in vna: qz ibi soluz dicit aliquis sepultus vbi est caput eius siue alie ptes sint ibi siue nō. ideo tenēdum est

Quarta

Doc. opinio vioꝝ.

id qō primo dixi. ¶ Etiā dicendū qꝫ ꝺato qꝫ phinees nūc vixisset nesciuisset interpretari istud votū in quo obligabat. sic enim fuit tpe suo factū cum ipse esset sacerdos in sylo. nā tunc fecerūt israelite iuramentū siue votum ꝺe nō ꝺando filias suas in vxores filijs beniamin: postea dederūt exponēdo votum vel iuramentū vt. s. dictū fuit. z credendū est qꝫ istud ageret totus populus de cōsilio eius vel saltem eo non repugnāte. ergo nesciebat

L

phinees interpretari vota. s. in quo casu obligarēt: z in quo nō. ¶ Sed dicendū qꝫ imputandū fuit qꝫ saltē iepte non fecit ꝺsuli oīm per sacerdotē magnum vt rñderet sup hoc voto. (Cui illa rñdit.) Cognouit filia iepte qꝫ ipsa occidenda erat ex voto patris: z rñdit que sequunť. Jn qbus pz magna virtus puelle que

† Magna virtus filie iepte.

morte non exhorruit vt pr̄ suuꝫ votū impleret in ea. (Pater mi si aperuisti os tuū ad oīm). i. si emisisti verbū voti cōtra me ita vt debeā mori. (Fac mihi qōcūqꝫ pollicitus es). s. siue infligendo morte siue quācunqꝫ aliam penā voueris inferre. (Concessa tibi vltione atqꝫ victoria ꝺe hostibus.) Jsta lr̄a pōt ꝺupliꝫ intelligi. Uno mō qꝫ ex quo iepte vouerat imolare si ꝺeus traderet

† † 1.expō

filios amon in manus eius z iam tradiderat: ꝺignū erat qꝫ imolaret eam. Scō pōt intelligi. s. qꝫ pater tristabať valde qz occidebat filiam. z qz filia ꝺixerit. pater nō ꝺebes tristari ꝺe morte mea ex quo obtinuisti victoriaz z vltionē ꝺe hostibus: qz maximum bonū z gaudiuz qō habere poteras erat istud: iō quecūqꝫ mala accidant postqꝫ tantū bonū cōsecut⁹ es non est tātuz ꝺolendum. Et ponunť vltio z victoria: qz vltio est inqꝫtum tātuz malū z forte plus intulit iepte amonitis qꝫ ipsi intulerant israelitis. victoria erat inquātum cōuertit eos in fugā z pcussit. 20. ciuitateꝫ

2.expō

Pōt esse victoria sine vltiōe z eō

eoꝝ subijciēdo eas. pōt aūt esse victoria sine vltione z vltio sine victoria. De primo pz qz qñ nullū belluz vel ꝺānum aut iniuria precessit qz tūc obtinens vincit: qz non hz vltionē cum nō fit recōpensatio: vel qñ aligs ꝺe hostibuꝫ triumphauit: z tamen non potuit eos tantū ledere quātum ab eis pcussus fuerat vel lesus. De vltione sine victoria pz: vt si māsit belluz ꝺubiū. s. qꝫ neutra pars alterā fugauit: z tñ vna intulit alteri magna ꝺetrimenta z passa est paruū maluz. vtrūqꝫ aūt habuit iepte. s. qz amonitas fugauit: z maioza mala eis inflixit qꝫ ipsi inflixerant israelitis.

¶ An filia iepte peccauit ꝺsentiendo qꝫ pater suus occideret eaz propter votum. Questio. 48.

A Cuiusdā rñ. ad q̄situm. Impro-batio.

Queret aⁿ puella ista peccabat cōsentiendo se imolari a patre. ¶ Aligs ꝺicet qꝫ nō: qz lz eaz imolari malum esset: tñ non poterat euitare qz pr̄ volebat eā in oi casu occidere: iō noluit inuita: sicut ꝺixit Porphyrius. odero si potero: si non inuitus amabo. ¶ Sed ꝺōm qꝫ nō stat: qz si puella sciebat vel putabat malū esse lz sciret se cogendā ad hoc nō ꝺebebat cōsentire: sicut figs vult me occidere sine cā z ego volo occidi peccato mortalr. si aūt nolo z cogit me ego nō pecco qz nō ago sz solū patior: iō non poterat puella hoc mō excusari a pctō. ¶ Sed ꝺicendum qꝫ puella voluit occidi z nō peccauit: imo valde meruit sicut declaratū est Beñ. 22. c. ꝺe Jsaac qui ꝺsensit patri suo qꝫ eū imolaret: eo qꝫ ꝺeus iusserat qꝫ imolaret ipsuz: ita puella ista putabat qꝫ votū patris erat valde licitū: z qꝫ ꝺeus valde acceptabat tale sacrificiū. qō pz qz iussit Abrae qꝫ imolaret filium suum Jsaac: z tñ si hoc nō esset ei gratum non iussisset. Qꝺ aūt postea iusserit nō occidi illū: putarent forte qꝫ fuit qz ꝺeus misertus est senectuti Abrae. z sic ista puella vltra femineā constantiā fortis fuit nō exhorrescens amarissimā morte z in etate iuuenili. z nō solū non timuit sed ēt ipsa patrē ad non tristandū sup hoc psuasit. Etiā postqꝫ ꝺuobus mēsibus sup montes virginitatē planxisset ipsa sponte ad patrē rediit sciens qꝫ ab ipso occidendus foret. quicūqꝫ aūt gratus accedit ad id qō putat obsequiū ꝺei esse mereť: nec ꝺz imputari isti puelle ignorātia iuris sup hoc. naz si pater suus z totus israel putabat votū istud tenere z bonū esse solui: a fortiori ipsa credere poterat hoc qz nullus erat qui eam in contrarium informare posset.

¶ An filia iepte obligareť subir̄ velle morte ꝓ voto pr̄iz. Qō. 49.

A

Queret ꝺato qꝫ istud votū licitū fuisset. s. qꝫ imolareť aliquis bō ꝺeo in holocaustū: an obligareť filia iepte velle subire morte pro voto patris. ¶ Rñdenduz qꝫ bꝫ ꝺato peccabat iepte emittēdo tale votū sine cōsensu oīum illoꝝ cōtra quos poterat militare votū. nā filia iepte z quilz ꝺe domesticis eius erat sui iuris: qz lz essent oēs subiecti iepte q̄ntū ad aliquaz ptātem quā sup eos exerceret: tñ non bēbat ius sup vitam eoꝝ. nam nec ēt est gs oñs vite seruoꝝ suoꝝ: vñ si voluerit occidere eos spōte nulla exñte cā ipse occidēdo peccat mortalr: qz inq̄ntū sunt serui bz ius plenū sup eos z non inq̄ntū sunt boies. vñ ꝺato qꝫ iepte vouerat spāliter ꝺe imolando filia; vel vouisset in cōfuso. s. quicūqꝫ primus egressus fuerit ⁊c. nullus erat obligatus ad subeundū morte: sed sicut figs vouet res ad eum non ptinentes nō poterit implere votū nisi ꝺsentiente oño. tenebať tñ iepte in hoc casu psuadere filie sue vel cuicūqꝫ ꝺomesticoꝝ suoꝝ hoc eueniſſet qꝫ subiret morte. z hoc facto si illi nollent soluebať iepte a voto: z tñ peccauerat a principio vouēdo rē non sui iuris. si aūt non conareť suadere cuilz istoꝝ cui eueniret qō ꝺictuz est qꝫ subiret mortez erat violatoꝝ voti. file est figs vouerit qꝫ introibit in religionē in tali monasterio. nā si ibi nolunt monachi eū recipere: tenet per se z amicos p̄cari vt pmittať intrare. si autē non permittať intrare absolutus est a voto introeundo in aliud sm ꝺistinctionē que habeť Numeri. 30. vbi ꝺe hoc multa locuti sumus. nunc aūt si filia iepte noluisset subire morte non peccabat: z tñ si subiuisset illā mereret qz actus erat p se bon⁹ vt patet ex casu ꝺato. ¶ Sed obijciebať ꝺe Jsaac qz ille obligabať ad subeundū imolationē quā pr̄ suus volebat facere ꝺe illo. Rñdenduz qꝫ si Abraā non ꝺixisset Jsaac qꝫ volebat eū occidere ex pte ꝺei nō tenebať subire mortem: imo subeūdo peccabat mortalr. Si aūt ꝺixisset qꝫ ꝺeus iusserat tūc nō obligabať credere Jsaac istud: qz cū esset res magni p̄iudicij z insolita z ꝺ rōnem nō tenereť credere sine certissima ꝓbatione quā non potuisset oñdere Abraā cum nō bz̄et testes ꝺe hoc: iō si voluisset fugere ꝺe manibus Abrae licebat ei. si aūt credidisset certissime qꝫ ꝺeus hoc iubebat tenebať subire morte: qz p̄ceptis ꝺei quātūcunqꝫ duriſſimis obedire tenemur: qz p̄cepta ꝺei nunqꝫ pñt esse iniusta. Jn iepte aūt secus erat qz obligatio sua fuerat inducta per votū z nō p̄cepto ꝺei: iō non tenebať stare voto eius. ¶ Sciendu tñ est qꝫ cum iepte putaret se obligatū ad istud votū ꝺato qꝫ filia recusaret ipse occisurus erat eā: aliogn nō plozasset quouscꝫ illa cōsensisset in morte. (Dixit ad patrē. hoc solū mihi p̄sta qō ꝺeprecor.) Cōsensit filia iepte spōte qꝫ occidereť ad cōplendū votum patris: z qz pr̄ volebat eā illico occidere petiuit ab eo tps modi cum ad lugendū. (Dimitte me vt ꝺuobus mēsibus circueā mōtes). s. vt ꝺiscurram montes terre israel z plangam super illos. (Et plangā virginitatē meā cum sodalibus meis). s. vt eāt mecum puelle virgines sodales mee que coetanee sunt mee vel cōnutrite mihi: z oēs simul plāgamus virginitatē meā sup mōteꝫ. (Cui ille rñdit. vade.) Quia nō petebat aligd qō esset ꝺ votū cōcessit: aliogn non erat cōcessurus. (Et dimisit eā ꝺuobus mensibus). i. ꝺedit ei licentiā per ꝺuos mēses ambulandi sup mōtes sicut ipsa petierat. credenduz est qꝫ miserit cum ea custodes ne permitterēt abire illā: qz forte ipsa timore mortis fugeret extra terrā israel. z hoc pz ex lr̄a sequēti in qua ponunť viri eūtes cuz illa. (Cūqꝫ abijsset cū socijs z sodalibus suis). i. cū aligbus iuuenibus qui erant cōnutriti ei. (Et cū sodalibus). s. cū virginibus. vel vocanť socij aliq viri ꝺe seruis iepte ꝺati huic puelle in custodiā: z qz sociabant eā in via vocabanť socij z non pp cōnutritionē. sodales aūt sunt virgines coetanee. petiuit autē puella solū sodales ꝺicens. plangā virginitatē meā cum sodalibꝫ meis. iepte tñ ꝺedit socios z sodales ei. Et hoc ꝓpter duo. Primū ad custodiā puellarū vt honeste ambularent: qz cum filia iepte cum alijs puellis ꝺiscurreret per monteꝫ: si nullus vir custodiret eas poterant pati castitatis ꝺetrimēta. Secūduz fuit ne fugeret filia

Rñsio ad quesituz.

Obiectio Rñsio

B

Dei p̄cepta nunqꝫ pñt eē iniusta.

Notādum

† † † † † † † † † † † †

Jepte q̄re ꝺederit socios filie sue z sodalibus eius.

iepte:qz lz sponte se obtulisset ad mortem putabat iepte q̄ cum videret se liberā a potestate patris fugeret. (Flebat virginitatem suam in montibus).i.circueundo omnes montes per duos menses semper flebat se in breui morituram.

†

¶Quare filia iepte flebat virginitatē suam:z quid est flere virginitatem:z an peccauerit in hoc. Qō.50.

A Nōnulloꝝ rñ.ad q̄stū

Queretur quare filia iepte flebat virginitatem suam. ¶Aliqui turpissimi exponunt q̄ fleuit virginitatē suam.s.qz moriebaf in virginitate nō experta delectatione venerea. ¶Sed ista est uerisio z nefas.nā si hoc fleret facile erat sibi carere hoc desiderio:qz poterat in illis duobus mēsibus vacare libidini. ¶Itē nō stat q̄ aliqua mulier morti pro pinqua doleat q̄ non experta fuisset delectationē venereā: qz lz delectatio venerea instante passione appetatur:z tūc que succūbunt libēter vellent carere virginitate:tñ ablata passione quelz corruptionē corporis horrent:z ipsa virginitatis integritaz qdam gaudiū magnuz z spem cōfert moriētibus q̄ de hoc seculo integritate salua recedant.qūo ergo puella ista iminente morte plangeret sic virginitatē.nam tūc illa ei libidinis passio insurgere posset timore z solicitudine instantis mortis. ¶Sed dicēdū q̄ flebat virginitatē suam.i.q̄ moriebaf in statu virginali.s.in parua etate.nā indigna mors erat que eā in tam tenera etate rapiebat:z cū desideraret viuere flebat suam iuuenilē siue puellarem etatez in ipso flore inchoante dissolui. ¶Aliter ēt dici pōt q̄ flebat virginitatē suam.i.infecūditatem. oēs.n. virgines sunt infecūde(nisi dña nostra)z quia in veteri testamēto reputabātur infelices mulieres infecūde:flebat se puella ista nō q̄ moreretur sed q̄ moriebatur infelix sine liberis. Hoc pz qz Lia uxor Jacob vocauit se felicez qz pariebat multos filios.z sic putabat se teneri ab oibus mulieribus tanq̄ felix ex hac fecūditate vt pz Gen.30.nā cum peperit sextū filium.s.aser dixit. hoc pro beatitudine mea:beatā quippe me dicent mulieres.sic ēt pz de rebecca uxore Jsaac.nā cum fratres eius imprecarent ei maximū bonum q̄ imprecari poterant dixerunt.soror nostra es crescas in milia Gen.24.z sic crescere in filijs erat felicitas.ecōtrario aūt nō habere filios erat infelicitas:z mulieres steriles desiderabāt morte.sic pz de rachel Gene.30.cū dī.cernēs rachel q̄ infecūda esset dixit marito suo.da mihi liberos aliogn moriar.i.si non facis q̄ habeā filios ego volo mori.z sic ista puella videns q̄ moriebaf anteq̄ gigneret plem voluit nimis:z banc suā infelicitatem plangebat. Isti duo sensus sunt bnienientes:sed scōs magis stat:qz virginitas magis significat hic integritatē q̄ tenerā etatem.qō pz qz imediate sequit.que ignorabat virū.ignorare virum ptinet ad virginitatē. ¶Quereť vlterius an peccabat ista puella flendo virginitatē suaz. ¶Rñdendū q̄ si acciperet fiere virginitatē primo mō.i.pro desiderio delectationis venere peccabat:qz desiderare delectationē illam absolute nisi cum ceteris circūstantijs appetat peccatū est. ¶Accipiendo secūdo mō.s.q̄ fieret se mori in tali etate tam tenera non erat peccatū: qz q̄cūq̄ aliquis sciat se occidendū pōt licite plangere sibi cōpatiēdo.a fortiori ergo in etate illa in qua mors indigna z imatura est. Accipiendo scō mō pro infecūditate ēt licebat ei plangere:qz licebat racheli viuenti z aliq̄ filios expectāti tantū dolere vt diceret se moriturā nisi filios suscipet:quātomagis huic puelle que breuiter de hac luce recessura nulla fecūditatis sue relinquebat vestigia.Sz certe rude seculū erat:z rusticana etas:q̄ de eo plangebat de quo potius magna hilaritate exultandū foret.nā nihil femine excellētius post charitatē que ceteras ornat virtutes q̄z q̄ in eadē integritate recedat in qua huic seculo z cōmuni luci orta est.vñ virgines aureolā quādam bsequunť gaudij specialis.(Expletisq̄ duobus mensibus reuersa est ad patrē suū.)Solū petiuerat duos mēses ad plangendū vt sue infelicitatis vestigia relinqueret:iō illis finitis reuersa est. (Et fecit ei sicut vouerat).s.occidit eam imolādo sicut vouerat.(Que ignorabat virū).i.z ista puella tūc ignorabat virū qz nōdum tradita fuerat matrimonialr.istud ponit ad exponendum superiora.s.q̄ flebat virginitatē suam.z hoc qz nōdum cognoscebat virū.

Rñ.1.ad quesitū.

Rñ.2.ad q̄ stum.

Antiquitus crescere in filijs erat felicitas.

¶Quomodo iepte poterat in bolocaustum filiam suam imolare seruando cerimonias holocausti. Qō.52.

A Rñsio ad quesituz.

Queretur qūo poterat iepte imolare filiā suam in holocaustū.nā ipse vouit imolare in bolocaustum.z hic dī q̄ fecit sicut vouerat. ¶Rñdendū q̄ cognitio huius depēdet ex voto iepte.si.n.ipse vouēdo solū intellexit de pecoribus imolaticijs q̄ primū sibi occurrens imolaret:non poterat esse ꝓprie bolocaustū de filia sua:qz nō est credendū q̄ eam imolauerit in sanctuario z cremaret in altari bolocaustoꝝ sicut fiebat in sacrificijs alijs:qz hoc non pmisissent sacerdotes quia erat ō lege fieri tales victimas: sed fieret alio mō.si aūt votū iepte intelligebaf q̄ qui primus sibi occurreret siue bō siue pecus imolareť dño:tunc accipet diuersimode:qz nō poterāt eodē mō ista offerri.z tūc dom q̄ vocaret imolationē in bolocaustū iugulationē que fiebat ad cultuz dei cremādo postea carnes totalit. ¶Pro quo sciendū q̄ qualitercūq̄ votū iepte intelligereť dicendū q̄ ipse filiā suā imolauit in bolocaustū.i.occidit:z postea cremauit totā ad bonorē dei.differebat aūt ab alijs bolocaustis qz alia fiebāt in altari sctuarij.istud aūt fieret extra.z pz istud qz ista imolatio filie iepte habuit ortū ex imolatione quā dñs iussit facere Abrae de filio suo que videbaf ei accepta:z iussit'sibi euz imolari in bolocaustū Gen.22.sed in isto bolocausto voluit Abraaz iugulare Jsaac z cremare eum in quodā altari facto in monte. naz iam erat colligatus Jsaac super ligna:z extendebat Abraam gladiū ad occidendū eum:z intēdebat postea subijcere ignē lignis:z sic arderet totus Jsaac.cum ergo filia iepte occisa fuerit vt pz ex lra.dicendū q̄ cremata fuerit sup lignoꝝ struem sm illā formā que fiebat in Jsaac ꝑallegato.c.(Exinde mos increuit).s.postq̄ sic occisa fuit filia iepte singulis annis flebant eam puelle. ¶Et pōt dupliciter intelligi exinde. Uno modo vt significat tēpus.s.exinde.i.ex eodem tēpore creuit mos vt plangerent illā puelle.q.d.non orta fuit ista cōsuetudo aliquot annis post:sz in eodē anno.Scō modo pōt dicere cām vel originē.s. exinde.i.ex fletu quē fecit filia iepte anteq̄ occideret plangēdo duobus mēsibus virginitatē suam sup montes:nata est cōsuetudo q̄ quolz anno plorent eam puelle israel sicut ipsa se cum alijs puellis plorauit.z iste scōs est quē intendit lra.s.q̄ si nō planxisset ipsa se nō orta fuisset ista ꝺsuetudo q̄ puelle israel plangerēt eam quolz anno.(Et cōsuetudo seruata est.)Sed ista ꝺsuetudo mansit multo tēpore.nam tēpore scriptoris huius libri.s.samuelis seruabaf.z credendū est q̄ etiā semp postea seruata sit quādiu mansit populuz israel in terra sua.(Ut post anni circulū).i. expleto anno.s.quolz anno faciūt.vñ erat iste planctus anniuersarius pro filia iepte. z incipiebaf iste annus nō sm inchoationez anni iudeoꝝ sed cōputando a die quo occisa est:ita vt semp in eodē die fieret planctus ꝑ ea.(Cōueniant in vnū filie isral).s. virgines:qz sicut sole virgines sodales filie iepte circuierūt mōtes cum ipsa plāgendo virginitatē eius:ita postea cōueniebant puelle virgines ad plangendum.z oz intelligi q̄ cōueniunt filie israel in vnū:non de oibus locis in vnuz:sed q̄ virgines cuiuslz loci ogregabanť in vnū z ibi plāgebāt. z sic in quolz loco terre israel plāgebaf filia iepte.(Et plāgant filiā iepte galaaditis diebus q̄ttuor).s.quolz anno durabat solēnitas plāctus diebus.4.

Notādū de voto iepte.

†

Duplex lre expō.

†

Notādū

†

†

¶Qr virgines israel annuatim iepte filiā plāgebant. Qō.53.

Queretur quare virgines israel plāgebant singulis annis filiā iepte. ¶Rñdendū q̄ faciebant hoc propter tria vel quattuor. Primū erat ꝓp bonorez dei.s.qz ista puella oblata fuerat deo in bolocaustū:ideo ꝓp bonorez dei cui ipsa oblata fuerat faciebant ei memoriā anniuersariā.sic.n.dīt iudei dies festi clangoris qō fit quolz anno die prima mēsis septēbris sm cōputationē eoꝝ celebraf in memoriaz arietis imolati pro Jsaac.z ob hoc clangiť eadez die in cornu arietino.si g̃ pro Jsaac eo q̄ voluit deo imolari fuit celebritaz:videbaf a fortiori q̄ esset ꝑ filia iepte que realiter imolata est deo. ¶Scōa cā est ad bonorē ipsius puelle ꝓpter virtutē suam:qa ipsa vltra fortitudinē muliebrē morti se intrepide obtulit ꝑiculosissimas virtutes accēdanť spe ꝺsequēdi quēdā bonorē:z deinde ad meliorē finem dirigant. ¶Tā tertia erat propter bonorē iepte.nā ipse liberauerat israel de manu amonitarū:ideo tenebanť israelite ad valde honorandū eum.cū ergo ipse nimis lugeret pro hac filia quā pro victoria obtinenda sacrauerat: voluit totus israel honorare eū magnū planctū anniuersariū pro filia sua celebrādo. Et credendū est q̄ in memoria huius puelle magnū sepulchrū z venerabile factū fit. ¶Quarta cā fuit ꝓ salute pzie.nā ista puella ꝓ salute isral imolata est.nā iepte vouit dño q̄ si traderet in manꝰ eius amonitas imolaret pri mū egrediēte de domo sua:z deꝰ inclinatus pcibꝰ tradidit amonitas in manꝰ eius:postea filia iepte ex hac cā mortua est.iō pro salute pzie vī ipsa directe occisa.magnā g̃ memoriā z glioſaz ei pzia ꝑstare debuit q̄ ꝓ pzia seipsaz gratis ꝑdidit.Sic.n.duobus fribus filenis are ꝺstitute sunt q̄ ꝓ vtilitate pzie se viuos sepeliri passi sunt: z manēt vsq̄ hodie ille are memorabiles in libya apud cyrenez.de hꝫ Salu.in iugur.z Uale.maxi.lib.5.z Paulus

A Rñ.ad quesitū. 1.cā

2.cā

3.cā

4.cā

Are fribꝰ ꝺstitute ꝓ patria obeū tibus.

A Nōnullorū.ad q̄stū

Improbatio prima. Scōa

Rñ.1.ad quesitū.

Rñ.2.ad q̄ situm.

Laus virginitatis.

A An peccabat filia iepte flendo virginitatem suā.

b Rñsio ad quesitum.

Qō.51

orosius

ozosius i libris de ozmesta mūdi. si g̃ illi bonozē diuinū boibus moziētib⁹ ꝓ vtilitate pzie tribuerunt. isti saltē bonozē humanū in anniuersario plāctu ꝛ bonozabili sepulchzo tribuer ōbebāt.

¶ An puelle virgines israelitaꝝ peccabāt quolibet anno plozando ꝓ filia iepte. Questio. 54.

A Cuiusdā rñsio ad q̄situm.

Queretur vlterius an puelle israelitaꝝ peccabāt quolibet anno plozando ꝓ filia iepte. ¶ Aliqs dicet q̄ sic qz plāctus ꝓ moztuis puus cōcedit sic̄ Domer⁹ cō cessit ad vnā die: vt amozis signa oñdem⁹: ꝛ maiozi tpe flere ir rōnabile iudicauit. Idē tz Seneca i lib. de ꝯsolatiōe ad martiā: ꝛ i lib. de ꝯsolatiōe ad polibiū: ꝛ i lib. ad Eusebiā mzez. ¶ Nos vero alr arguimus: qz plāct⁹ puus designat cōpassionē quādā quā debem⁹ moziētib⁹ ꝛ nostrā aduersitatem ex eoꝝ discessu. Plāctus āt lōgus vel semp tētus signat desperationē de resurrectione. s. q̃ oīno ꝓ moziente dolemus qz credimus illū oīno deficere: ꝛ nos i eternū illius ꝯsortio eē priuatos. Sed existimatio falsa ē: qz post paruā etatē trāsactā boni maiozi ꝛ cariozi q̃ hic fuit cōsortio vnient in vita eterna indesolubl̃: sed diffidere de resurrectiōe peccatū est. g̃ plāct⁹ lōgus illicitus.

Jmpzobatio.

Doc. rñsio ad q̄situm.

¶ Rñdē dū q̄ nō fuit pcñ fieri plāctū anniuersariū ꝓ filia iepte: qz iste plāctus iā nō fiebat ex dolore nouiter insurgēte ꝓ morte illius: vel ex dolore semp cōtinuato: sz solū ad memoziā moztis eius honozādā q̃ ꝓ salute pzie moztua est. Si autē licuit ꝓ Isaac spō te se offerēte ad imolādū ꝛ nō realiter imolato celebzitatē festi clāgozis quolibet anno fieri: liceret aligd fieri memozabile ꝓ filia iepte q̃ spōte morte amplera est ꝓ religione pzīni voti ꝛ pzie sue saluate.

Obo.

¶ Cū arguit q̄ iste plāctus erat valde longus: ꝛ signabat resurrectionē nō eē.

Rñsio.

B

¶ Rñdēdū q̄ iste plāctus si fuisset ex dolore vel ad significādū dolorē esse de morte illius nō licebat tāto tpe extēdi: qz tñ fiebat solū ad honozādū vt manifeste oīb⁹ appebat nihil derogabat ex h̄ fidei resurrectiōis.

Obo.

Rñsio.

¶ Sed obijciet de xp̄o qz anniuersariū doloꝛē ꝓ morte ei⁹ die crucis agimus. ¶ Rñdem⁹ q̄ iste dolor nō tātum agit vt q̃si moztez xp̄i fuisse nobis ꝺ volūtatē oñdamus. nā potius gauisi sum⁹ ex morte ei⁹ cū p eā redēpti fuerimus: sz dolemus cōpatientes vt mereamur dolēdo. Talis āt dolor nō solū anniuersarius eē deberet: sed ēt figs posset semp deberet eū recolere dicēte Aplo. si fueritis socij passionū eritis ꝛ cōsolationū. ipse q̃q̄z istā mēoziā semp agebat. vñ de se dixit. nemo mihi molestus sit. ego. n. stigmata oñi Jesu in corpe meo pozto. s. ꝓ quotidianā cōpassionē. ꝛ ne adhuc dolor ille de xp̄o moziente aligd spei resurrectionis preiudicare videat: mox post doloꝛē passionis celebzamus festiuitatē magnā resurrectionis. Jn q̃ ꝛ resurgēti cōgaudemus: ꝛ pro nobis spē resurgendi firmamus dicente Apostolo prima Lozin. 15. si xp̄s surrexit: ꝛ nos resurgemus.

¶ An planctus iste anniuersari⁹ pro filia iepte aliquid ei ad peccatozum remissionem proficeret. Questio. 55.

A Rñsi. cuiusdam Rñsi. ad q̄situm. Dziones viuoꝝ ꝺ functis ꝓ sunt.

Queret vlterius an planctus iste anniuersarius ꝓ filia iepte aliqd ei ad peccatoꝝ remissionē ꝓficeret. ¶ Aliqs rñdebit q̄ sic: qz ea q̃ fiūt ꝓ moztuis ꝓficiunt eis. Rñdēdū q̄ nō ꝓficiebat: qz si opa bona fiāt ꝓ moziētib⁹ q̃ ꝓ se fūt satisfactozia alleuiant defuncti a penis purgatozijs. nā si ipsi ꝓ se illa egissent fuissent oīno absoluti a penis vel alleuiati. ꝛ qz pp vnitatē in coꝛpoze xp̄i ꝛ charitatē opa q̃ fiunt ab vno pro alio ꝓficiunt ei ita alleuiabunt ꝓ opa q̃ alij ꝓ ipsis faciūt: sicut si ipsi viuētes illa egissent. itelligēdo nō gñaliter sed ꝓportionaliter: qz magis ꝓdest cum qs ꝓ se agit q̃ q̄ alius noie eius: ꝛ qz oꝛones: ieiunia: elemosyne: ꝛ oblationes sacrificioꝝ: atq; fil'ia sunt opa satisfactozia p q̃ moztui potuissent viuēdo satisfacere: ita ꝛ nos ꝓ illis operādo satisfaciem⁹. sic. n. pz. 2. Macha. c. 12. vbi misit Iudas duodecim milia dzagmaꝝ auri offerri i Hierusalē ꝓ peccatis moztuoꝝ. ꝛ subdit ibi. sancte ꝛ religiose ꝺ resurrectiōe cogitās: nisi. n. eos q ceciderāt resurrecturos speraret supfluū ꝛ vanū eēt ozare ꝓ moztuis: ꝛ qz cōsiderabat q̄ bi q cum pietate dozmitionē acceperāt optimā hērēt repositā gr̃az. Sācta ergo ꝛ salubzis cogitatio est pro defunctis exozare vt a peccatis soluant. Cū autē pro moztuis fiunt aliqua q̃ nō sunt ſm se opa satisfactozia nec directe fiūt vt ꝓficiant aīabus eoꝝ: nō ꝓficiunt illis: sed solū sunt solatia viuoꝝ: ꝛ ita in israel iste planctus anniuersarius q ꝓ filia iepte inceptus est ꝛ fuit ad cōsolationē patris ꝛ bonozē eius: ideo ser annis quibus ipse post hoc vixit factus est. deinde in consuetudinem ductus semper obseruatus ē. sed nihil proficiebat isti puelle: qz nec ad hoc fiebat. Que enim ad bonozem solum fiunt solum bonozem procurant.

¶ An iepte occidit filiā suā: vel solū fecit eā manere in virginitate ꝑpetua occidendo morte ciuili sicut quidā volūt. Qō. 56.

A

Queretur vlterius circa istā filiā iepte an occisa fuerit a pzē: qz lr̃a illud manifeste dicere videat: qbusdā dubiū est. ¶ Cōsiderādū aūt q̄ qdā hebzei tenēt q̄ nō fuerit occisa: sed q̄ phinees absoluerit iepte ab isto voto qui erat tūc sūmus sacerdos. ¶ Alij volunt q̄ sapiētes absolverint eū dicētes votū nō tenere. vnde q̃dā glosa hebzaica super locū istū. s. dimitte me vt circueam montes. dicit dimitte me vt circundā sapientes: ꝛ inquirāt illi si est aliquis modus solutionis ab hoc voto. Nicolaus dicit etiā q̄ gr̃a collationis ipse tenet q̄ filia iepte nō fuerit occisa: sed dz occisa large. s. ꝓ moztem ciuilē: qz fuit dedicata cuidam spāli ministerio vel vite. s. vt seruaret virginitatē perpetuā: ꝛ maneret in oꝛonibus: ꝛ ieiunijs: ꝛ alijs opibus abstinētie vsq; ad moztē suā. Istū modū moztis ꝓbat: qz Leui. 27. dz. ois cōsecratio q̃ fit ab hoie nō redimet sed morte moziet. ꝛ dz q̄ itelligit de oib⁹ rebus que applicant ad deū: ꝛ tñ aliq̃ res inanimate applicabant ad deū: vt agri: ꝛ alie res. tñ nō poterāt dici moztui ꝓpzie sed large inq̃tū erāt trāslati ab vsu hoium ad vsum dei. ꝛ sic ista puella priuata ptāte cōtrahēdi: ꝛ manens in virginitate perpetua pp dei obsequiū dicebatur moztua. Item ꝓbat hoc qz iepte vouit facto super se spū oñi: sed ille nō incitat ad malū: ió sz ſm verba videret votū stultū si cōpleret illud bono mō quo cōpleri poterat: cōpleuit. s. ꝓ cōsecratione virginitatis.

Hebzeoꝝ rñsio ad q̄situm

Alia opio.

Nicolai rñsio ad q̄situ ꝛ 1. rō.

¶ Jtē iepte dedit filie sue spatiū duoꝝ mēsiū ad plāgēdū virginitatē suā sup mōtes. g̃ in tāto tē poze verisile est q̄ haberet cōsiliū sup hoc cū sapiētib⁹: ꝛ ipsi eū absoluerēt a tali voto.

2. rō.

¶ Jtē aplius collocat hunc in catalogo sanctoꝝ ad Hebzeos. 11. si tñ occidisset filiā cū istud esset scelestissimū nō poneret iter viros sanctos.

3. rō.

¶ Sed dicēdū q̄ iepte occidit filiā suā. ꝛ hoc tenēt oēs fere tā hebzei q̃ latini q aligd intelligūt. sic. n. dicit Josephus. 5. antiquitatū. s. iepte filiā imolauit: nec legitimū faciēs holocaustū: nec deo dignū: nō vtiq; deliberans apud aium suū q̃lis apud ceteros cā bui⁹ facti videret. Eo mō. Ra. Sa. ꝛ Ra. Dauid canbi tenent occisam fuisse puellā: ꝛ peccasse ex supbia iepte ꝛ phinees. Oēs autē latini nr̃i qui maiozis auctozitatis sūt hoc tenēt. Sic Hieronym⁹ ait q̄ iepte vouēdo fuit stultus: ꝛ reddēdo ipius. si aūt nō occidisset illā sed cōsecrasset dño nō fuisset ipius sed religiosus: offerēs deo speciale votū q̃le nunq̃ fuerat in veteri testō. Jdē etiā tenet histo ria scholastica. Jdē scūs Thomas scḋa scḋe qōne. 88. articulo scḋo in solutione scḋi argu. dicens votū iepte eē de bis q̃ interdū bñt bonū euentū ꝛ interdū malū. ꝛ q̄ in casu in quo bñt malū euentū nō sunt tenēda. de iepte tñ tenuit votū suū sz euenerit in malū: ideo dicit cū Hiero. q̄ fuit in soluendo impius.

Doc. rñsio ad quesitū. 1. rō

B

¶ Jtē pz boc ex lr̃a. nā cū vouit iepte dño nō intellexit de applicatione ꝓ consecratione virginitatis: sed de vero holocausto. ꝛ postea dixit. aperui os meum ad dñm ꝛ aliud facere nō potero. g̃ oīno diffiniebat votū cōplēdū ꝓ occisione illius.

2. rō.

¶ Jtē puella videṡ diffinitione pzis dixit. boc solū peto: dimitte me vt circueam: ꝛ plāgā duobus mēsibus virginitatē meā. q. d. nō peto indulgētiā sup voto: sed solū vt possim flere. g̃ pz voluit eā occidere ꝛ occidi ipsa cōsensit.

3. rō.

¶ Jtē dz q̄ expletis duobus mensibus redijt ad patrē: ꝛ fecit ei sicut vouerat. sed manifestū est q̄ votū intelligebat de voto holocausti: ió vere eā occidit.

4. rō.

¶ Jtē si filia iepte nō occisa fuisset: nō plāxissent eā cum tanto desiderio filie israel cōtinuantes quolibet anno festū plāctus: sed fecerūt boc. ergo ipsa vere moztua fuit. nam plāctus nunq̃ fit ꝓ viuētibus quādiu adhuc viuere possint: sed pro bis rebus de qb⁹ nullum bz remediū. g̃ ꝓ filia iepte si viueret nō plangeret.

5. rō.

L

¶ Jtē non stat positio Nicolai: qz si pz vellet solū eā vouere deo cōsecrando ad seruandā virginitatē: ipsa nō peteret duos mēses ad plāgendū virginitatē suā: qz toto tpe quo viueret poterat eā plangere: sed petijt duos mēses: ꝛ isti solum cōcessi fuerunt ei: ꝛ post illos redijt ad patrē. g̃ intendebat eā occidere. et ipsa sciens se moziturā petijt solū duos mēses alioquin nullū tēpus petijsset. Sed Nicolaus dicit q̄ iepte a principio vouerat facere verum holocaustum: ꝛ ita intēdit facere de filia sua: sed in spatio duoꝝ mēsium qbus puella planxit ipse consuluit sapiētes: ꝛ veniente puella erat mutatum ꝓpositū pzis: ꝛ nō occidit illā. Et qñ obijcitur. quare g̃ planxerunt puelle ex eo tpe quolibet anno. Dicit Nicolaus q̄ boc fecerunt eo q̄ illa puella ꝓpter reuerētiā voti pzīni voluit subire ꝓpetuā v̄ginitatē: q̃ erat ꝺ cōsuetudinē illius tpis.

Jmpzobatio opinio. Nicolai. 1. rō.

Rñsi. Nic. ad oppo. ꝺ se

¶ Sed nō pñt stare iste limitatiōes Nicolai. De prima pz qz dz q̄ reuertēte puella post duos mēses pz fec ei sic̄ vouerat. Sed ipse vouerat de vera imolatiōe vt etiā Nicolaus cōfitet. ergo eā vere occidit. Ad boc autem q̄ positio Nicolai fit aliq̃l verisilis optebat q̄ postq̄ iepte dedit filie sue spatiū duoꝝ mē-

Jmpzobatio rñsiōis q̃tū ad pzimū dictum 1. rō.

fium plangendi virginitatē q̄ nihil diceret quid factuz fuisset: ⁊ tunc posset intelligi q̄ nō occidisset eam pater. dicitur tñ q̄ illa reuertēte fecit ei sicut vouerat. ḡ oportet de occisiōe intelligi.

2.rō. ¶ Nec pōt intelligi de cōsecratione ad seruādā virginitatem:

3.rō. qz nō vouerat: hoc iepte sed vez̄ sacrificiū. illud ḡ egit. ¶ Item nō stat. qz dz̄ fecit ei pz̄ qđ vouerat: dato q̄ velimus intelligere de custodia virginitatis cū obligatiōe ad seruādū illā: nō faceret aliqđ nouum reuertente puella: qz solū faceret q̄ abstineret a viro sed ipsa semper hoc fecerat: ⁊ saltem ex tpe quo pz̄ suum votum interpretatus esset: istud eēt. s. q̄ ipsam obligaret ad obseruandū virginitatē. sed dz̄ q̄ fecit ei aliquid. ⁊ istud significat aliquā mutationē corporis. ḡ nō fuit istud obseruatio virginitatis sed aliqđ aliud. ⁊ hoc nō esset nisi occisio qz non erat alius

D

4.rō. modus medius ꝑm intentionē iepte ad implendū votū. ¶ Itē ista positio est cōtra totā assertionē catholicā. nā ecclesia dicit ō dña nr̄a. Sola sine exēplo placuisti dño Jesu xp̄o. si tñ fuisset aliqua alia in veteri testamēto cōsecrata ad custodiendū virginitatem: iā dña nr̄a. haberet exēplum qđ imitaret. ḡ filia iepte

Rñsio ad rōnes in ꝫ ad p̄mam. nō fuit cōsecrata ad custodiēdā virginitatē. ¶ Ad rōnes in cōtrariū rñsio pz̄. Ad primam cū dz̄ q̄ spūssc̄us mouit eaz: ⁊ tamē ille nunq̄z mouet ad malū. Rñdēdū q̄ nō accipit ibi spiritus ꝑ ipso spūsc̄o nec ꝑ aliqua gr̄a gratificante: sed solū ꝑ roboze ⁊ animositate collata vt auderet pugnare cōtra quos prius nō audebat pugnare. vel saltē nō tantū cōfidebat. ⁊ iste spiritus nō efficit bonū boiem: qz nō est gratificans sed solū gr̄a gratis data: ⁊ pōt stare cū peccato quocunq̄z mortali nec dirigit boiem ad bonū. ficut pz̄ de spū ꝑphetico q̄ stat in pessimis viris sicut in Balaam ⁊ Laypha Nume. 22. ⁊ Jo. 11.c. ⁊ sic poterat iepte vouere stulta vota: ⁊ soluere stante isto

A Rones cu iusdam. 1.rō. **Queretur** circa hoc an sit ver. ¶Aliquis dicet q̄ sic. ⁊ patet q̄ dicit q̄ obtulit holocaustū dño manue qui facit mirabilia.i.q̄ mirabile secutū est imediate ob lato holocausto.⁊ istud non esset nisi q̄ ascēderet ignis de alta ri. Alioquin nō videret ad qd poneret imediate post oblatio 2.rō. nē holocausti q̄ deus faceret mirabilia. ¶Itē q̄ dicit q̄ ma nue ⁊ vxor eius intuebant.in quo significat quedaz magna at tētio.⁊ sic videt q̄ erat ad rem magnā.s. q̄ videbant flāmā cō Rones in diuersum. surgere de altari qō erat mirabile. ¶In cōtrariū videt q̄ nō 1.rō. esset flāma ascendens de petra:sed q̄ posuerit manue ligna sup petram:⁊ igne succēso cremarētur victime:q̄ alioquin si iussis set angelus poni carnes ad cremandū sine igne cognitū esset q̄ erat angelus q̄ istud erat mirabile.⁊ tamē non cognouerūt eū tunc:sed postea quādo ascēdit in flāma.ergo non ascēdit ignis 2.rō. de petra sed de lignis. ¶Itē si ascēdisset ignis de petra fuisset istud miraculum magnū:⁊ scriptura narrasset illud que intēdit 3.rō. enarrare laudes dei ⁊ ostēdere illū nobis laudabilē:sed nō nar rauit. ergo non fuit. ¶Itē quando manue ⁊ vxor eius viderūt angelum ascendētem in flāma corruerunt in faciē suā tanq̄ vi dentes.si nō vidissent pzius succendi carnes non suppositio igne vidissent mirabile.ergo ibi cecidissent in terrā:sed non cecide runt.ergo non fuit ignis egrediens per se de petra:sed suppositus erat in lignis.simile patet Leui.9. cum venit ignis ad cre mandū hostias:⁊ nō fuerat ab aliquo appositus sed a deo:israe Rñsio ad questiuz. lite laudauerunt dominū ⁊ corruerūt in facies suas. ¶Respō dendū q̄ ista qō est dubia. potest eniz qōcūq̄ teneri q̄ vtrūq̄ est satis rationabile.vel saltē non cōtra rōnez. Si aūt velimus B Ad primaz rationem. tenere q̄ non fuit ignis a dño veniens sed succensus a manue. ¶Respōdebitur ad pmā rationē q̄ obtulit sacrificiū deo ma nue qui facit mirabilia:non q̄ fecerit nasci ignem de altari:sed obtulit quia faciebat mirabilia.i.in gratiarū actionem pro hoc mirabili q̄ nunc faciebat.scilz q̄ promiserat q̄ mulier sterilis pareret:⁊ q̄ puer inde genitus subijceret hostes vel turbaret ⁊ affligeret eos.⁊ istud est nimis rationabile.s.q̄ p hoc bono nū Ad.2.rōnē ciato per angelum sacrificauerit ⁊ ppter hoc scriptura designa uit causam dicens.obtulit deo qui facit mirabilia.i.propter hoc q̄ facit mirabilia in dando fetū sterili. ¶Ad secundā quando dicitur q̄ intuebantur manue ⁊ vxor eius.dicendum q̄ non in tuebantur flāmā miraculose egredientem quia nulla talis erat: sed intuebatur solicite quid acturus esset angelus vel quomo do cremaretur sacrificium. ¶Si autem vellemus tenere q̄ flā Ad pmā rōnē i di uersum. ma ozta fuit hic de petra. diceremus ad primā rationem in con trarium.cognosceretur angelus anteq̄ ascenderet in flāma:sed falsum est. Dicendū q̄ non cognosceretur ex hoc:quia crema tio victimarum igne celesti facta fuerat:alis sine presentia ange li sicut quādo consecratus est aaron vt patet Leui.9. Etiam fa cta est quando helias disceptauit in carmelo contra prophetas baal nam ignis de celo consumpsit sacrificium ⁊ etiam lapides altaris.3.Reg.18.c. ideo poterat intelligere manue q̄ iste erat vir prophetā:⁊ in approbatione dicti sui inducebat q̄ fieret sa crificium sine igne:⁊ q̄ deus daret ignem.nam ita per pphetas fiebant miracula sicut per angelos.vnde non cognosceret eum esse angelum. ¶Ad secūdam rationem dicendum:q̄ scriptura Ad scōaz rōnem. interdum omittit quedam enarrare:sicut Xps multa miracula fecit que scripta non sunt vt patet Jo.20.c.ita ⁊ in veteri testa Alia rñ. ad scōaz. mēto omitterētur aliqua mirabilia scribi. ¶Potest dici aliter q̄ scriptum fuit istud miraculū inquātum dictuz est.obtulit deo qui facit mirabilia.s.succendēdo sacrificiuz sine igne apposito. ¶Ad tertiaz dicendū q̄ non corruerunt manue ⁊ vxor sua vi Ad ter tiā rōnē. sa flāma supernaturaliter accēsa eo q̄ sm istā positionem iam angelus cōprehēdisset q̄ eis apparitura erat illa flāma ⁊ alis h euenerat:ideo non tātū mirarent:viso tñ q̄ angelus erat ille q loquebatur eis cum ascēderet in flāma timuerunt se morituros ⁊ pre pauore corruerunt.Dicendū tamen rationabiliozem posi tionē esse q̄ nō fuit hic ignis supernaturaliter suscitatus de pe tra:sed accensa fuerunt ligna per manue sicut in alijs sacrificijs fiebat. Mortuum nāq̄ contrarie opinionis est q̄ hic dicitur L q̄ ascendit flāma altaris:⁊ non fit mentio de aliqua successione ignis facto per manue. Sed istud nihil est qa scriptura debet enarrare ea que insolita sunt:⁊ que alis nescirentur si non scri berentur:ea autē que per se sciuntur etiam si non scribantur su perfluum est scribi. Ideo ex hoc q̄ nihil scriptum est de succēsio ne lignozum facta per manue credēdum est potius q̄ facta fue rit q̄ non.nam si non facta fuisset:necesse erat q̄ fieret mira culose:sed miraculosa sunt insolita:⁊ de quibus nō presumitur nisi cum sciantur:ideo de illa scriberet.Item si talis flāma exoz ta fuerit de petra:dato q̄ eis angelus predixisset quādo surge ret corruerent in terrā:vel timore rei magne ⁊ diuine vel saltez in reuerentiam dei.sic enim moyses prenūciauerat israelitis q̄ ignis egrederet a domino ad cremandum sacrificia aaron.⁊ ta mē quando viderūt illum corruerunt super facies suas laudan tes dīm Leui.9.Item tempore belie iam erat cognitus iste mo dus cremandi sacrificia:⁊ tamē cum ad inuocationem eius ve nisset ignis totus populus corruit in terrā vt patet.3.Re.18.c. (Angelus domini in flāma pariter ascendit).i. ascendente flā † ma de sacrificio ascendit angelus in altum cum flāma.⁊ istud † fuit ad indicandum se esse angelum.(Qō cum vidissent manue † ⁊ vxor eius proni ceciderunt in terram.)Videntes angeluz ele uari.iste casus in terram potest esse ex humiliatione.s.ad reue rentiam angeli:q̄ prius putabant eum esse virum ⁊ modicum reuerebantur.postea autē videntes esse angelum inclinati sunt. Uel poterat hoc esse ex timore.s.q̄ timuerunt mozi videntes † q̄ angelus erat qui locutus fuerat eis sicut.j. dicitur. (Et vltra non eis apparuit angelus domini).s. postq̄ euanuit in fumo.⁊ † hoc q̄ nihil eis erat reuelāduz super statu pueri. (Statimq̄ in tellexit manue angelum esse domini).s.videns q̄ euanuisset in flāma intellexit q̄ erat angelus.

¶Quomodo pater samsonis cognouit illum angelum esse verū angelū per signa que vidit. Questio.38.

A Rñ. ad q̄stuz. 1.mō. **Queretur** quomodo per hoc intellexit manue esse an gelum illum. ¶Rñdendū q̄ intellexit du pliciter.s.per negationē ⁊ per positionem. Per negationē intel lexit:q̄ aut erat iste qui locutus fuerat angelus aut homo cum nullus alius posset loqui.sed non poterat esse homo:q̄ homini non cōpetit talis conditio.s.q̄ ascendat in flāma ignis ⁊ euane 2.mō. scat.ergo erat angelus. ¶Scōo cognouit hoc positiue.s. q̄ he bzei existimabant tūc de angelis q̄ essent substātie corporee ad figurā corpozū humanoz.⁊ tamē corpora eorum erant indefe ctibilia ⁊ ex hoc non vegetabantur cibo:ideo inuitauerat eum pzius ad cibos:q̄ nesciebat an esset angelus vt patet in littera. ⁊ hoc significatur Tobi.12.vbi dixit Raphael angelus q̄ ipse erat angelus:⁊ lz videret comedere nō comedebat:sed vtebat cibo spāli quē ipsi non videbāt. putabāt etiā israelite q̄ essent

corpora

corpora angelorum aerea vel de alia materia valde subtili: ideo poterant volare. & qz materia corpor suorū erant rara poterāt ipsi euanescere a conspectibus nostris. sic enim tenuerunt etiaz gentiles antiqssimi. vnde apuleius platonicus & socraticus eorum doctrinā sequens dixit demones habere corpora aerea: & tamē demones vocantur ipsi angeli tam boni q̄z mali. Etiā plato angelos bonos quos calodemoniones. i. bonos ōmones vel bonos angelos appellauit dixit hz̄e corpora aerea: & sic competebat eis q̄ possent eleuari in igne ex natura leuitatis corporum suorum. sic etiam manue credidit. nā cuz loqueretur angelus ei nesciebat an esset angelus. cum vero ascendit in flāma credidit esse angelū vt p3. ō. 6. c. & sic non soluz erat ista opinio apud manue: sed etiā apud iudeos omnes & fuerat ab antiquo. ¶ Sz oi cendum q̄ lz esset aliquale argumentū tamē nō erat necessariū: qz ēt fieri poterat in homine. nam Abacuc prophęta ductus est in babylonem volans per aerem qz tenebat eum angelus domini per capillū: & duxit ad lacū leonū vt patet Dani. 14. Etiā poterat euanescere ab oculis eorum: qz non solum deo operāte potest aliquis euanescere ab oculis omnium hominum: sed ēt opere naturali potest fieri inuisibilis. manue & vxor eius arguebāt a cōibus & putauerunt certissime esse angelum.

Opinio apulei ō demonibus.

¶ An posset aliquis homo naturaliter fieri inuisibilis. Qō. 39.

A Quinsdā ñ. ad q. Notanō

Queretur circa hoc an posset aliquis homo naturaliter fieri inuisibilis. ¶ Aliquis dicet q̄ non: quicūq; talis sit vel fit opere dei vel demonū: sed neutrū est naturale opus. ergo nō fit naturaliter quis inuisibilis. ¶ Consideradū ad euidentiā huius q̄ non accipiē inuisibilis. i. ex se hīs ꝺditionē inuisibilitatis: qz tunc qō esset inuisibile semel nō posset postea videri: qz oporteret q̄ reduceretur ad iuisibile vel careret colore & luce. s. ad hoc q̄ aliquid ꝑprie efficiatur inuisibile requiritur vnum de duobus. ¶ Primū est q̄ res fit indiuisibilis. nam in re indiuisibili siue sint color & lux siue non: nō potest videri. & repugnat ei ex cōditione sua videri. patet de prīo vt anima est indiuisibilis fm quātitatem continuaz & angelus: & neutrum illoz potest videri. sic etiaz deus & quilibet spiritus. sic etiam accidentia spiritualia vt actus anime vel habitus cansant in corpore ad aliquid agendū qz consistunt illi indiuisibili. ¶ De scōo etiā vt si homo habēs totam quātitatē suam extensam reducatur ad inuisibile manebit ibi color & quantitas & oīa accidentia illius. nihil aūt est qō tollatur nisi extensio que consequitur quātitatem nō essentialiter: & accidētia que cōsequūtur extēsionē. s. figura & quelz circūscriptio. quocūq; modo istoz erit res inuisibilis: qz repugnat ei ex cōditione sua vt sic est videri. ¶ Ratio est qz oīs visio fit per pyramidē radiosaz cuius basis est in re visa: & conus est in cētro oculi: sed indiuisibile nō pōt facere basim: qz basis est linea vel superficies super cuius extremitates terminanē linee vel superficies que in parte opposita causant angulum conalem. ista probatio patet in principio perspectiue. ergo includit contradictionē rem indiuisibilem etiam per potentiā diuinaz videri. ¶ Secūdus modus inuisibilitatis est: si res manens in sua excessione ꝑtuē luce vel colore existēti in superficie. nam cum nulla potētia possit agere vltra obiectum suum formale non poterit oculus videre nisi qō est obiectum visus: sed nihil est obiectum nisi color & lux. ergo impossibile est aliquid videri vbi non fuerit color vel lux. sicut impossibile est audiri aliquid vbi nullus sonus est. Sz ablato colore & luce de superficie corporis manet corpus in quātitate & extēsione prioꝛi: & non manet ibi aliqō obiectum visus. ergo nō poterit videri res ista: sicut per potentiā diuinam oculus non potest audire nec auris videre: qz implicant contradictionē. inter inuisibile tamē isto modo & primo modo ista differentia est de qua infra dicetur. Istis modis est aliquid inuisibile ꝑprie. s. ex conditione sua. Alio modo vocatur aliquid inuisibile nō q̄ includat contradictionem illud videri: vel qz ex cōditione sua cōpetit ei non videri: sed qz nullus oculus poterit illud videre pro aliquo tempore quo constituimus illud inuisibile. Et dico q̄ istud pōt effici dupliciter. s. diuinitus vel naturaliter. Diuinitus aūt potest effici aliquo de duobus modis supradictis. ¶ Prīo modo q̄ deus reduceret ad indiuisibile aliqō corpus sicut facit in eucharistia: qz ibi est totus Xp̄s in qualibz parte hostie. & istud nō potest esse nisi qz est sub indiuisibili. & hoc oīs confitet ecclesia. sic etiā credit a quibusdaz q̄ exierit Xp̄s de vtero virginis q̄ manerent claustra integra. Lz alius modus ponatur per penetrationē corpor de quo magis dixi in libro de. 5. metaphysicis paradoxis ad reginā castelle. & in illis modis nullus dubitat colorem Xp̄i in corpore esse: & oēs qualitates suas: & ipsaz quātitatem. ¶ Secūdo modo ēt poterat efficere hoc. s. auferēdo colorē & lucem a superficie: qz ista nō dependet abinuicē depēdētia essentiali. & satis staret vnū sine altero naturaliter positq; facta esset talis separatio: qz m̄ istis duobus modis res est ꝑprie inuisibilis vt. ō. declaratuz est. opz q̄ oicamus alio modo. s. q̄ deus faciat aliquā rē inuisibilē non reducēdo illā ad indiuisibile: nec etiam auferendo colorē vel lucē. & istud est causando quandam passionē quā greci aoziſiā vocant de qua Augu. 22. de ciuitate dei. & ista est fm quā aliquis habēs oculos sanos videt omnia ante se cōsistentia: & vnicū illoꝛū videre non pōt. istud iam sepe deus fecit. Primo enim legitur factū in vrbe sodomoꝛ quando cōuenerūt oēs sodomite ante portā Loth: & angeli percusserūt eos cecitate: & tota nocte non potuerunt inuenire portam cum apud illam essent: & non erat illa cecitas vera: qz si ipsi excecati fuissent videtes se percussos a deo desijssent perquirere viros & peniterent: sed tota nocte inquirebant portam vt dicit Beñ. 19. ergo non erant excecati sed videbant totā domum: & nunq; poterant videre portā: & sic pre desiderio inueniendi tota nocte circūdabant domū. ¶ Item fuit simile factū tēpore regis ioraz regis israel: & ioram regis iuda. nam veniebant syri serui benadab ad capiendū beliseū prophetaz qui erat in vrbe dothaim: & ipsi cognoscebant eum. egressus est aūt ad eos beliseus: & percussit illos cecitate. i. aoziſia: & cuz essent apud ciuitatē dothaim in qua erat beliseus dixit eis ipse. non est ista ciuitas quā queritis nec via: & duxit illos per viā samarie & introduxit in vrbem samarie in qua erat rex israel qui erat hostis benadab: & ipsi viri videbant oia alia. s. celū & montes: & tm̄ nō videbāt viā per quā ibant: nec ciuitatē samarie in quā introiuerunt. & cum introiuissent ablata est cecitas illa siue aoziſia: & viderunt hostes suos in quoꝛ manibus erant & timuerunt: voluitq; rex israel occidere illos: sed non permisit beliseus dicēs. nō accepisti eos in gladio tuo & arcu: sed potius appone panē coram eis vt p3. 4. Re. 6. c. Iterum factū est hoc per Xp̄m cum predicaret & vellent eum lapidare iudei. nam dicit q̄ abscondit se & exiuit de templo: & fecit Xp̄s ter istud. ¶ Prīo qm̄ nazareni voluerūt eū precipitare de supercilio montis. nam tūc cepit ire Jesus per mediuz illoꝛ & nemo illi loquebat. s. qz non videbāt eum Luc. 4. ¶ Iterum fecit cū in quadā festiuitate enceniorū predicaret. voluerūt enim iudei tenere eū & lapidare: lapsusq; est de manib⁹ eorū & nō viderūt Joā. c. 10. ¶ Iteruz ēt paulo ante passionē suā cū vellēt eum lapidare dicitur q̄ abscondit se & exiuit de templo Jo. 8. ¶ Alio modo pōt fieri humanitus: vel vt melius dicam opere naturali fit q̄ res videat maioꝛ vel minoꝛ q̄z sit: vel videatur in maiori numero q̄z sit: & alterius coloris q̄z sit: & in alio situ. simil̄r erit aliquid naturale qō possit totaliter imutare oculū vt ipsaz rem ꝑfectē non videat. ¶ De primo p3 qz si aligd sit intra aquā videbitur ab existentibus extra aquā maioris quātitatis: sicut patz de denario projecto in aqua. & a fortiori si aqua sit gelida. Cuius causa est qz ꝑpter maiorem diuersitatem medij magis frāgunt radij declinantes a sua rectitudine. sic etiam fit in illis qui vidēt per specularia quia vident eis littere grossiores propter diuersitatē medij facientis variuz angulum. ¶ De scōo. s. q̄ videatur minoꝛ p3. s. si quis sit intra aquā apparebūt sibi homines extra aquā existētes necessario minoris quātitatis ex cā oppositā. s. qz radij per mediū densū constringuntur ad perpēdicularem. sic etiā si aliquis videat rez in superficie cōnexa speciali rotūdi videbit illā minorē q̄z sit. ¶ De tertio patet. s. q̄ videatur res alterius coloris q̄z sit. nam si quis patitur obtalmiaz que est apostema albū inter pelliculas oculi videbit omnes res esse albidas vel medio modo coloratas inter albū & nigrum. s. fuscas: siue res virides: siue rubee: vl̄ cuiusq; coloris sint. ¶ De quarto. s. q̄ videat res in maiori numero: p3 qz si quis posuerit digitū sub oculo oculum aliqualiter eleuādo vel mutando oculum a sua dispositione: videbit quālz rez esse duas. cuius cā est ex diuersitate nerui producētis speciē sensibilē visibilē. nam cū tranſierit species centrū visus: sunt duo nerui colligati & cācellati per quos perueniē spēs vsq; ad sensuz cōem in quo iudicatur: & ibi terminant simul extremitates illoꝛ duoꝛ neruoꝛ sicut vnus neruus lz veniāt a duob⁹ oculis: & si maneāt illi nerui i situ suo spēs lz fit duplex in toto medio. tñ in extremitate nerui fit vnū: iō repzesentat vnā rē numero. si aūt supponat digitus vno oculo eleuat vnus neruus ab alio quātū ad extremitates suas: & tūc spēs que ferūtur p illos neruos nunq; cōcurrūt in idētitatē sed pñtātur sicut due spēs: ideo repñtāt duas res numero. ex hoc autē accidit q̄ videmus interdū q̄ figs supponat digitum vtriq; oculo equaliter & ex eadē parte res nō videbit nisi vna:

Visio quō fit.

Quō deus faciat aligd inuisibile

Ter Jesus xp̄s fddidit se inuisibilē.

Primo.

Secundo.

Tertio.

Exēp. ꝑmi.

Exēp. scōi.

Exēp. tertij

Exēp. q̄rti.

eo q̄ per eleuationē vtriusq; oculi eleuat vterq; nerⁿus: ⁊ tātū vnus ficut alius: ⁊ manēt simul ficut prius manebāt. sed ℞ raro possumus facere in oculis: eo q̄ vix pōt qs equaliter mouere duos oculos equalr eleuando illos digito: ideo apparebit differentia saltē in modico. ¶ Item pz q̄ vna res videt q̄ multe res. nam potest vna res bñe vsq; ad. 4. imagines in vno speculo: ⁊ p̄sentabit ficut. 4. res. sic patet in speculis sphericis concauis vel colūnaribus in q̄bus possunt apparere interdū tres: ⁊ interdū. 4. imagines vt probat in scōa parte prespectiue pisani ppositione. 47. et. 48. ¶ De quinto pz. s. q̄ possit videri res in alio situ. nam quedā specula de faciētibus varias imagines demonstrāt rem retro caput: ⁊ aliq̄n supra vt pz in scōo lib. allegato pspectiue ppositione. 49. etiā aliq̄n res que est conuersa ad nos apparet euersa. ⁊ aliq̄n res existens recta videt bñe pedes supra ⁊ ecōtrario vt pz eodē lib. ppositione. 50. ⁊ sic de multis aliis varietatibus. ¶ De sexto pz q̄. s. non ens videatur: q; qōdam oleū est qō si cremetur tota domus apparebit plena ppaginibus ⁊ racemis ⁊ nihil erit. ⁊ multa alia apparere non iterueniēte aliq̄ demonū opatione. si g̃ nā pōt facē oia ista pōt ēt facere rē que est nō videri: q; equale est rem que nō est videri ⁊ rem que est presens nō videri: sed natura facit rem que non est videri vt victū est. ergo poterit facere non videri rem que pñs est. nec opz q̄ aliq̄s hoc neget: q; experientia teste cōuinceretur. ⁊ istud nō est p appositionē alicuius rei nālis que oculos oium videntiū siue hominū siue pecoꝝ ludificat. ¶ Considerādū autē est q̄ qñ aliq̄s sic fit inuisibilis non definit res illa emittere spēz visibilē per quā videat: sed emittit spēs visibilis vsq; ad visus oium. sed defectus est ex parte videntiū q; non pñt pati vel immutari ab illis speciebus. sic accidit existētibus in extasi: q; cuz habeāt oculos aptos nihil videt: ⁊ bñtes aures aptas magnos clamores nō audiūt. solū ē ergo virtus illi⁹ rei nālis in disponere sensuz visus ad percipiēdū spēm que ad ipsum peruenit. nō tñ potest aliqua ptās naturalis tollere alicui rei q̄ emittat spēs suas ad quācūq; partē: vt videat q̄ ista virtus necessario inest colorato vel lucido. ¶ Sciendū tñ q̄ isti qui sic efficiūtur inuisibiles palpari possunt: q; soli oculi in nobis respectu eoꝝ ludificati sunt. sensus aūt tactus non est ludificatus: ⁊ ipsi bñt quanti tatē extēsam que manib⁹ attrectari pōt sicut prius. ¶ Item isti si moueātur audiet strepitus pedū eorum: ⁊ videbit locus per quē transeūt sed de eis nihil videbit: eo q̄ audiri sonitū pertinet ad auditū qui non ludificatur tunc. ¶ Itē si aliquis fiat inuisibilis existēte sole non videbit corpus eius sed videbit vmbra illius. nam lz fallātur oculi nostri tñ non pōt falli sol: q; necesse est q̄ faciat vmbrā omne corpus q; non pñt penetrare radij rei luminose: sed nō pñt corpus aliq̄ō humanū penetrare radij solis. g̃ necesse est q̄ faceret vmbrā sicut alꝫ faceret. ¶ Itez qui sic efficit inuisibilis si moueat se ad solē videbit vmbra eius discurrere ⁊ de eo nihil videbit: sicut interdū videmus vmbrā alicuius rei ⁊ ipsaz rez nō videmus. ¶ Itē isti si maneant in loco vmbroso non facient vmbram per quā possint: cognosci occultabunt tñ res que post eos sunt. s. q̄ si paries vel alia res sit post eos nō videbit. ⁊ cā est q; spes visibiles illius rei emittunt ⁊ non possunt transire obiecto eis isto corpore densō: ideo tātū occultabit de reb⁹ oppositis quantū isti magnitudine corporis sui occupāt. De angelo aūt isto dicendū est q̄ euanuit: non gdē faciendo se inuisibilē aliquo de modis precedētib⁹: sed q; angelus videbat prius in corpore assumpto de aere ordēsato ⁊ linea to. subito aūt aerem illū condēsatū dissoluit: ⁊ fecit q̄ maneret aliqua spēs visibilis: q; nō manebat color ppter rarefactionez ⁊ dissolutionē corporis prioris aerei. (Et dixit ad vxorē suam. morte moriemur q; vidimus dñm.) Timuit valde manue ⁊ dixit q̄ morerent eo q̄ viderant dñm. i. angelum domini.

¶ Quere quare dixit manue q̄ morerent q; viderant angelū. ¶ Rñdendū q̄ inter hebreos erat opinio cōis q̄ siquis videret angelū vel deū moreret. sic patet ex positione gedeonis. naz ipse vidit angelum ⁊ dixit. heu mihi dñe deus: q; vidi angeluz dei facie ad faciē: dixitq; ei dñs pax tecum ne timeas: non enim morieris. vt patet. s̄. 6. c. sic etiam manue ⁊ vxor eius videntes positio q; deus dixerat moysi Exod. 33. non videbit me homo ⁊ viuet. i. nō poterit me aliquis homo videre ⁊ q̄ postea viuat. accipiebant tamen indistincte pro deo vel angelo: ideo vtroq; modo putabāt se morituros. Q; aūt nō distinguerēt inter hoc apparet: q; manue viderat angelum dei: ⁊ sciuit illum esse angelum ⁊ non deum. qō patet q; supra dicit statim q̄ intellexit manue angelum dei esse. ⁊ tamē subdidit ad vxorē suā. morte moriemur q; vidimus dñm. (Cui respōdit mulier: si dominus nollet nos occidere de manib⁹ nostris sacrificiū ⁊ libamen nō suscepisset) .i. si deus esset iratus contra nos ita q̄ vellet nos occidere non accepisset de manibus nostris sacrificiū ⁊ libamen. i. non iussisset q̄ offerremus ei sacrificiuz ⁊ libamen. ¶ Et refertur ad angelū quē manue vocauit deū: ⁊ ille dixerat ei q̄ offerrēt deo sacrificiū. ¶ Uel pōt accipi deus pro deo vero qui acceptauit sacrificiū de manu istorū. nam ipse ostendit aliqō signum per qō cognouerunt ipsi sacrificiū suum esse acceptū. erant quippe aliqua signa inter eos hec ostendentia. ⁊ forte si cōcederetur q̄ flāma erupuit de lapide essz signū manifestissimū q̄ deus acceptauisset sacrificiū. etiam hoc non stante cū ascendente flāma ascenderet angelus in illa: signum erat q̄ deus acceptabat sacrificiū: alioquin nō acceptauisset ascēdere in flāma: sed potius refugisset ⁊ abominaretur illā: q; victime impioꝝ sunt abominabiles Prouer. 15. c. vocatur hic sacrificiū ipse bedulus imolatus. vocabatur libamē accessoriū q̄ cum illo offerebatur quedā pars farine delicate que vocatur simila: ⁊ quedā pars vini: ⁊ olei: ⁊ salis: ⁊ thuris vt declaratū est supra. (Nec ea que sunt ventura dixisset.) scz denūciauit nobis de paruulo nascituro ⁊ q̄ liberaturus esset israel: ⁊ de his que facturus erat. sed talia non reuelat deus his quos odit. ergo deus nolebat nos occidere.

¶ An vxor manue bene arguit ad probandū q̄ deus nollet eos occidere.

Questio. 41.

Queretur an vxor manue bene arguit ad probandum q̄ deus nollet occidere eos. ¶ Dicendū q̄ rationes vxoris manue nō sunt oino cōcludentes. ⁊ tamē satis persuadent. ⁊ sunt due rōnes. ¶ Prima rō est q; deus accepta uit sacrificiū eorū. Ista ratio potest bñe vigorē dupliciter. Uno modo q̄ deus iussit q̄ suasit eis facere sacrificiū: ⁊ tñ si nō fuisset deo acceptū sacrificiū non iussisset. sacrificia tñ nō sunt accepta nisi quando fiunt a viris bonis. nam vota impioꝝ sunt deo abominabilia Prouer. 15. ergo non habebat deus exosos manue ⁊ vxorē suam positq; viderūt angelū: ⁊ cōsequēter nolebat occidere illos. ¶ Scōo ista rō fundat ex acceptatione. nam cū deus acceptauisset. s. in aliquo signo. ⁊ tñ deus non respicit ad sacrificia malorum q; Heñ. 4. dicitur q̄ deus respexit ad Abel ⁊ munera eius. ad cain aūt ⁊ munera eius non respexit. ⁊ hoc q; cain erat malus: ⁊ Abel erat bonus. sed sacrificium istoruz a deo acceptum fuit. ergo erāt ipsi a deo boni reputati: sed mors est pena ⁊ non infligit violenter nisi in penaz alicuius specialis peccati. ergo non volebat deus eos pro hoc occidere. ¶ Secūda rō vxoris manue erat q; de⁹ reuelauerat eis futura. s. de sansone nascituro. Ista ratio potest duplr accipi. Uno modo q̄ cū deus denūciaret eis futura diligebat eos q; istud erat speciale priuilegiū. ⁊ tamē deus non occidit illos quos diligit. ergo nollet occidere istos. Scōo modo pōt sumi hinc rō. s. deus predixit q̄ puer de nobis nasciturus erat qui liberaret israel de philistinis: ⁊ q̄ nos deberemus nutrire eum in regula nazareoꝝ. si tamē occideret nos nunc esset impossibile q̄ ista fierent. ergo impossibile est q̄ occidamur nunc a deo q; vidimus angelū. Ista rō est oino concludens ⁊ non est persuasio. Aliter ēt posset hoc probari preter fundamēta sumpta ex littera. s. q; non potest aliquis peccare in eo qō non est vllatenus in potestate sua. sed videre angelū non fuit in potestate manue ⁊ vxoris sue: q; nō est in potestate nostra quibus visis tangamur vt ait Augu. ergo nō peccauerūt: ⁊ cōsequenter deus nō occideret illos. ¶ Sed obijcietur cōtra rationē istā: q; non erat in potestate bethsamitaruz videre arcam vel non videre cū arca venit ad locū in quo ipsi erant. ⁊ tamē mortui sunt q; viderunt eam vt pz primo Reg. 6. ergo etiaz si non esset in potestate istoruz videre vel non videre peccarent videndo angelū. ¶ Rñdendū q̄ non stat: q; bethsamite non peccauerūt q; viderunt arcaz solū: sed q; iuerunt ad ad eaz ⁊ discooperuerūt aliqd eius ⁊ viderūt curiose. ⁊ tñ dictū erat q̄ quicūq; de laicis vel de leuitis vellet videre aliqua curiositate arcam nudā vel alia vasa morerent Num. 4. si autem vidissent solum arcam opertam vt ipsa veniebat de terra philistinoꝝ non perijsset aliquis eoꝝ: imo etiā si venisset discooperta ⁊ aperta. s. ablato propitiatorio de terra philistinorum: ⁊ sic vidissent eam bethsamite quousq; operiretur nullus eoꝝ morieretur q̄q̄ viderent: sed peccauerunt solū q; arcam optaz discooperuerunt vt aliqd curiose in ea cernerent q̄ō lege vetituz erat. manue ⁊ vxor eius non videbāt aliquid curiose: ideo non peccabāt. ¶ Item vbi est omnino ignorātia inuincibilis nō est peccatū. sed in manue ⁊ vxore sua fuit ignorantia inuincibilis respectu angeli: q; dato q̄ vellēt declinare oculos in terram

vt non

Exēp. qnti

Exēp. sexti

Notandū.

F

Qui idiuisibiles efficiūtur palpari pñt: ⁊ audire ⁊ symbā faciunt.

†

Qō. 40 A

Quar dixit manue q̄ moreretur q; viderat angelum.

* Rñ. ad q̄.

B

1. expō.

2. expō.

†

Rñ. ad qñ.

1. rō.

2. rō.

B

Obo.

Rñ. ad obo

C

3. rō.

vt non viderent eū nō poterāt: qz nesciebant an esset angelus: ideo non peccabant videtes eum. ꝓ hoc qz semper putauerunt qꝫ esset vir ꝓpheta quousqꝫ viderūt eum ascēdentē in flāma vt ꝓ. ō. in littera. ¶ Item non erat rōnabilis positio manue: qz ge 4.rō.
deon viderat angelū dei: sed nō mortuus fuerat. ō. 6. c. ergo nec 5.rō.
sequebat qꝫ ex hoc solo moreret ipse ꝛ uxor eius. ¶ Itē fundamentū positionis huius erat incōueniēs: qz solū dixerat lex de deo. non videbit me homo ꝛ viuet. De angelo autez nihil exꝓssum fuerat. ergo nō debebat aliqs mori qz videret angelū. conueniēter ergo dixit uxor manue qꝫ nō moreret ꝛ sic fuit ipsa animosior qꝫ vir suus non timens. etiaz fuit prudētior qz sciuit
Sāsonis ducis natiuitas ꝛ cōditio.
inducere rationes ꝓ hoc ꝛ vir non. (Peperit itaqꝫ.) Hic ponit scōz principale hui⁹. s. ducis natiuitas ꝛ ditio. ꝛ dō. (Peperit itaqꝫ filiū ꝛ vocauit nomē ei⁹ samson). s. mater vocauit puer
† noie samson. nam lz ex lra nostra nō appareat an vocauerit nomen pueri ipsa mater vel ꝑ: tū ex littera hebraica apparet in q̄
† verbū ptinet ad femininū genus. (Creuitqꝫ puer). s. etate ꝛ cor
Bñdicere qd fit.
pore. (Et benedixit ei dñs.) Benedicere est multiplicare. s. deus multiplicauit perfectiones corporis samsonis. naz dedit ei tātuz robur quātū nulli vnq̄ homini dederit. (Cepitqꝫ spūs dñi esse cū eo). i. spūs fortitudis ꝛ roboris ꝛ nō spirit⁹ gr̄e gratificātis q̄ vocatur spiritus bonus dei. de quo Psal. 50. s. spiritum rectum
D
inoua in viscerib⁹ meis. sz hic non pōt accipi ꝓ gratia. Naz tunc gratia dei esset cum eo ex die quo circūcisus est: qz per circūcisionē conferebat gr̄a ꝛ auferebat macula ꝛ reatus peccati originalis sicut per baptismū. sed intelligit de spiritu roboris: qz deus dedit spiritum roboris ipsi samsoni. sic enim accipitur
† sepe spiritus dei in scriptura vt patet. ō. 11. et 1. Re. 11. et. 16. ꝛ in alijs locis. nam q̄n fuit adolescentulus dedit istā fortitudinē deus samsoni: ꝛ incepit facere admirāda opera. (In castris dan.) Possunt accipi castra ꝓ multitudine. s. qꝫ in tota multitudine tribus dan non fuit aliqs in quo appareret maius robur q̄z in samsone. Uel accipiūtur castra dan ꝓ quibusdam tentorijs sicut in exercitu. s. qꝫ tribus dan nondū habebat loca ciuitatum ꝛ villarū in quibus habitaret: ꝛ morabat in agris in tabernaculis vel tētorijs: ꝛ cōgregatio illoꝝ tentoriorū vocabatur castrū vel castra dan. hoc ꝓ. j. 19. s. in diebus illis nō erat rex in
† israel: ꝛ tribus dan querebant sibi possessionē vt habitarent in ea. ꝛ cū nondū habebāt istam possessionē plenaz habitabant in tētorijs vel castris. ꝛ in illis erat pater samsonis ꝛ ipse: ꝛ ibi faciebat opera roboris. ꝛ videt qꝫ samson dum ibi fuit fecit aliqꝺ opus magnū in bello cōtra hostes vel alis: ex quo patebat in eo esse spiritū dñi. ꝛ istud opus nō narrauit scriptura distincte sed tetigit in vniuersali. (Inter saraa ꝛ esthaol.) Iste erāt due vrbes in sorte dan vt ꝓ Josue. 19. ꝛ dicit habitasse inter saraa ꝛ esthaol qz non habebat aliquā vrbē in qua maneret: cū nondū
† ista tribus haberet plenā possessionez: sed habitabat in agris in tabernaculis inter istas duas vrbes. alia duo loca sunt sic vocata in sorte iude. ꝛ ponunt simul sicut ista Josue. 15. In hebreo
† dicitur. (Cepit spiritus dñi facere ei recordationem.) Ubi lra nostra dicit. cepit spiritus domini esse cum eo. ꝛ idem est. nā accipitur facere recordationē in hebreo: sicut nos vulgari sermone dicimus qꝫ quando aliquis excitat aliū a somno dicitur eum facere recordari. q. d. samson prius nihil faciebat sicut dormiēs qui nihil agit. ꝛ lz sit sapiens vel robustus nihil horuz apparet. cum autē euigilauerit possunt apparere opera eius: ita de samsone a principio non apparebat an fortis esset qz nihil agebat. cū aūt deus excitauit cor eius ad aliqd agendum dicit fecisse ei recordationem. i. excitasse eum vt appareret robur eius.

¶ Capitulum. xiiij.

Eascendit ergo samson in thamnata. Uidensqꝫ ibi mulierem de filiabus philistyim: ascēdit ꝛ nūciauit patri suo ꝛ mri sue dicēs. Uidi mulierē in thānata de filiabus philistiorū: quā queso vt mihi accipiatis vxorē. Cui dixerūt pr̄ ꝛ mater sua. Nūquid nō est mulier in filiab⁹ fratrū tuorū: ꝛ in oī populo tuo: qz vis accipe vxorē de philistym q̄ circūcisi sunt? Dixitqꝫ samson ad patrē suū. Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis.
Eneas in italia nauigat.

Parētes āt eius nesciebāt qꝫ res a dño fieret: ꝛ quereret occasiones contra philistym. Eo enim tpe philistym dominabant israeli. ō. 15. c.

Descendit. Descripta est in precedentibus ducis liberantis conditio. Dic ponit ꝺsequenter inuasionis occasio. s. vnde habuerit samson occasionez ad pugnāduz contra philistinos. Et diuidit in. 4. Primo ponitur vxoris petitio. Secundo eius dispensatio. ibi. (Descendit itaqꝫ.) Tertio desponsate acceptio. ibi. (Et post aliquot dies.) Quarto inuasionis occasio. ibi. (Cum igitur ciues.) ¶ Queretur circa primum an ea que habentur hic habeant ordinem continuatum ad precedentia: ꝛ an fuerūt facta hec imediate post illa vel fuerit aliquātum tempus medium. ª ¶ Ad primū dicendum qꝫ est cōtinuatio ordinis: qz supra actū est de natiuitate samsonis. hic autem agitur de quibusdā actibus eius: ideo necessario fuerunt ista post illa. ª ¶ Ad secūdū dicendū qꝫ fuerunt facta imediate. nam supra dicitur qūo cepit spiritus dñi esse in samsone in castris dan. ꝛ istud fuit in etate iuuenili: ꝛ in eadem acciderunt que habentur hic. s. qꝫ desponsauit sibi samson mulierem philistinam ꝛ pugnauit contra philistinos: ideo continuata est historia ita qꝫ nihil de actibus samsonis interciderit in medio. (Descendit itaqꝫ samsom in thānata.) Est thānata ciuitas philistinorū: ꝛ ibi vidit mulierem samson quā cōcupiuit.

Connexio capituli.

Diuisio eiusdem.

Qō. 1. A

An hic fit ordis mutatio ꝛ an imediate ꝫ fuerit fcā.

ª Rñ. 1. ad quesituz.

ª Rñ. 2. ad quesituz.

◎ ¶ Queret quomodo samson potuit descēdere in thānata que erat ciuitas philistinorū: ꝛ philistini erant hostes israelitarum. ¶ Aliquis dicet qꝫ descendit illuc quēadmodū vnus homo solet interdum intrare in terram hostiū suoruz clā ad nocendum. ¶ Sed dicendum qꝫ non stat: qz samson intrauit in vrbez: ꝛ vidit mulierem ꝛ cōcupiuit eam. ꝛ sic ambulauit pacifice per vrbē cum posset aspicere virgines ꝛ delectari. Etiaz qz volebat illaz habere vxorez: ꝛ tamē si essent omnino hostes israelite ꝛ philistini prohibitus esset omnis contractus inter eos: ꝛ nō possent vicissim matrimonia copulari. ¶ Itē pater ꝛ mater samsonis descenderunt in thānata: ꝛ locuti sunt puelle ad accipiendam eam in vxorem samsoni. ergo non intrabant vt hostes in terrā hostium. ¶ Respondendū qꝫ inter philistinos ꝛ israelitas erat nunc pax. nam israelite subiecti erant philistinis ꝛ soluebant eis aliqua tributa. ꝛ ob hoc philistini nullū bellum inferebant israelitis sed erat pax. ꝛ vtriqꝫ omnes contractus fieri poterant tā quā esset vnus populus. sic enim dicitur. j. in littera ꝛ sequenti c. qꝫ philistini dominabātur tunc israelitis: nec erat pugna israelitarum ad philistinos q̄qꝫ pugnaret samson contra illos: ideo potuit samson descendere secure in terram philistinorum ꝛ accipere inde vxorem. nam nec ipse solū inde accepit: sed etiaz alij israelite credēdi sunt accepisse vxores de philistinis ꝛ dedisse illis de filiabus suis. (Uidensqꝫ ibi mulierem de filiabus philistin). s. que placuit valde in oculis eius: ꝛ desideranit eam ad accipiendam in vxorem. (Ascendit ꝛ nunciauit patri suo ꝛ matri dicens.) Quia volebat eam accipere in vxorem: ꝛ non poterat si pater ꝛ mater nō darent ei illaz vel non cōsentirent: quia alis nihil haberet in bonis illorum annūciauit eis vt acciperent ei illam in vxorem. (Uidi mulierem in thānata de filiabus philistinorum). s. pulchraz nimis: ꝛ quā accipere desiderant in vxorem: (Quā queso vt mihi accipiatis vxorē). i. rogo vt detis illā mihi in vxorez. Ex hoc patet qꝫ aliqua consuetudo erat inter israelitas qꝫ acciperēt vxores de philistinis ꝛ ecōtrario: aliogn non ausus fuiss⁹ samson cōtra solitū aliquid petere. Etiā pater ꝛ mater eius nunq̄ accepissent ei vxorem de philistinis si non fuisset assuetum inter israelitas.

¶ An peccauit samson accipiendo vxorē de philistinis. Qō. 3. A

Queretur an peccauit samson accipiendo vxorem de philistinis. ¶ Aliquis dicet qꝫ sic qz cōtractus matrimoniales erāt prohibiti iter hebreos ꝛ chananeos: ꝛ tamen philistini erant de chananeis. sic patet Exod. 34. c. et Deut. 7. vbi dicitur qꝫ auerterēt mulieres alienigene coz israelitarum a deo suo. etiaz. ō. 2. nimis increpuit deus israelitas qz copulabant matrimonia ꝛ exercebant alios contractus cū chananeis. ¶ Respōdet Ra. da. canbi. qꝫ non peccauit. Primo qz quādocūq̄ acciperet aliquā vxorē de philistinis cōuertebat eā ad iudaismum: ꝛ sic non poterat coz eius peruerti ab illa ad colendū idola que est ratio prohibitionis Exod. 34. c. ¶ Item dicit qꝫ non legitur peccauisse accipiendo mulierē philistinā. nam scriptura non redarguit eum. si tamē peccasset redargueret illū. ¶ Item dicit qꝫ samson erat index: ꝛ non erat verisimile qꝫ faceret istud si esset contra legē dei: ideo credendū qꝫ ipse faceret

Luiusdam rñ. ad q̄st.

Ra. da. rñ. ad quest. 1. rō. 2. rō.

3. rō.

4.rō. tali modo q̄ non esset cōtra legem dei. ¶ Jtez dicit q̄ deus dabat robur ꝺ philistinos etiā postq̄ accepit mulierē philistinaz: si tñ peccaret non dedisset illi deus post hoc robur. ¶ Jtē dicit

5.rō. q̄ deus querebat occasiones cōtra philistinos. ergo ipse incitabat samsonē ad accipiendū vxorē de philistinis. ꝛ sic non peccaret. ¶ Nicolaus ēt dicit q̄ non peccauit: qz a deo motus est ad

Nic. ratio. faciendū istud. nam. j. dicit. parētes aūt eius nesciebant q̄ res a domino fieret. ꝛ sic solū excludit cognitio ista a parētibus: sz non a samsone. ꝛ sic inuitur q̄ ipse cognoscebat q̄ deus volebat q̄ acciperet vxorē de filiabus philistin: ꝛ agens qđ sibi reuelatū

Improba. baz rōnū. 1. improb. ꝑme rōnis. esz non peccaret. ¶ Dicendū q̄ adhuc iste rationes non multū probant: lz hoc non obstante verum videat q̄ samson nō peccauerit. Prima nō stat qz ꝑsupponit q̄ cōuerteret philistinā quā acciperet ad rituz iudaicū. Sed non stat: qz tunc samson duceret vxorē quā accipet in terrā israel: qz manēs inter philistinos coleret idola: imo samson si semel accederet ad vxorē suam recedebat ab ea magno tēpore relinquēdo illā in terra philistinorum intantū q̄ illa dareť alteri viro philistino. si tñ cōuersa eēt

Secunda. ad iudaismū non acciperet in virū aliquē philistinū post samsonem maxime illo non repudiante illā: ꝛ tñ fecit sic. seq. c. ¶ Secūdo peccat ista ratio: qz dato q̄ cōuersa esset ad iudaismuz ista mulier accepta in vxorē a samsone non licebat ei accipere illaz: qz lex permiserat in mulieribus que erant de alijs gentilibꝰ que non erant chananee: ꝛ maxime quando capiebanť mulieres in bello vt patet Deut. 21. ꝛ tamē de mulieribus terre chananeorum non permittebať sed iubebať q̄ nullum omnino de gente

Tertia. illa permitterent israelite viuere aliqua occasione. ¶ Jtē quia deus valde increpat supra. 2. israelitas qz contraxerunt federa cū chananeis. s. accipiendo vxores de filiabus eorū. si tamē liceret eis accipere de illis vxores dūtamē conuerterent eas ad iudaismū: non deberēt redargui qz acceperunt vxores de philisti

Quarta. nis vel chananeis: sed qz non cōuertebant eas ad iudaismum. ¶ Jtem in alijs gentibus erat permissuz q̄ israelite acciperent vxores de filiabus illarū: dūtamen conuerterent eas ad iudaismum. ergo si sic liceret in chananeis non esset differētia de chananeis ad alias gentes. sed falsuz est: qz de chananeis dixit deꝰ Deut. 20. q̄ nullum de illis oino permitterēt viuere sed occide

Impro. secūde rōnis. rent omnes gladio. ergo non licebat accipere vxorē de illis cōuertēdo eaz ad iudaismū. ¶ Secūda ratio nō stat. s. q̄ nō legit peccauisse: qz scriptura non refert peccata omniū illorū de quibus aliquid refert. maxime qz cū aliqđ factū est dānatum ꝛ scriptura refert illud de aliquo non opz q̄ dicatur q̄ peccauit in illo: qz notum est q̄ peccat cum factū sit dānatū. ꝛ de talibus semper ꝺz iudicari q̄ peccauerit nisi probetur dispensatio: qz intentio est fundata de iure cōmuni. s. q̄ mittūt factū dānatū: ideo nō

L Impro. tertie rōnis. est necessariū q̄ quicq̄ probetur. ¶ Tertia ratio etiam nō stat: qz dato q̄ samson esset iudex poterat peccare ꝛ peccauit. nam ꝓpter aliqua peccata permissus est cadere in manibus philisti

Impro. q̄rte rōnis. norū vt suffoderent oculi eiꝰ. Etiā alij iudices interdū peccabāt sicut fuit de iepte qui vouit sacrificium ꝛ obtulit filiam suaz in holocaustum. ꝛ. 11. c. ¶ Quarta rō non tenet. s. deus dabat ei robur cōtra philistinos qz non peccauit qz ista est gratia gratis data ꝛ est aliqd corporale. si ergo gratia gratis data que est donū ꝓphetie: ꝛ est aliqd spirituale dať viris valde sceleſtis sicut

Impro. q̄rte rōnis. erat balaaz ꝛ cayphas. a fortiori robur qđ est perfectio corporalis dabať viro peccatori: ꝛ non tolletur ꝓpter pcm aduenieno. ¶ Quinta ratio erat qz deus querebat occasionē contra philistinos. Dicendū q̄ adhuc ista ratio non stat: qz q̄q̄ deus vellet punire philistinos per samsonem accipiente samsone vxorem de philistinis: nō segtur q̄ erat licitū samsoni talē vxorē accipere. qz sic etiā deus puniebat iudeos per assyrios ꝛ babylonios.

Impro. rōnis nicolai. ꝛ tñ non segtur q̄ ea que faciebant isti ad puniēdū iudeos erāt simpliciter iusta. ¶ Ad rationē Nicolai dicendū q̄ non cōstat an voluntas dei esset q̄ iste acciperet mulierem de philistinis: sed erat ista volūtas permissionis vel operationis: qz mala cul

D Docto. rñ. ad q̄situm. pe deus permittit vt interdū eliciat mala pene que directe intēdit: ꝛ qz ad penam est volūtas eius directe ꝛ pena procurať mediante culpa dicitur velle culpā permissiue. ¶ Dicenduz ergo ad istud dubiū q̄ est problema neutrum. Potest tamē teneri q̄ peccauerit samson accipiendo vxorem de philistinis qz erat cōtra legem: ꝛ q̄ merito huius permissus fuerit cadere in manus philistinorum: ꝛ eruti fuerint oculi eius. ꝛ sicut in muliere peccauerat ita per mulierem ad mortem traderetur. s. qz dalila tradidit eum in manus philistinorum: ꝛ ipsa interfecit eum qz totondit capillos illius quibus stantibus erat robur. j. 16. c. Jn contrarium etiam teneri potest. s. q̄ non peccauerit accipiēdo vxorem de philistinis. ꝛ videtur q̄ deus reuelauerit ei siue per angelum. s. mouendo cor eius ad hoc q̄ acciperet istam vxorez ita q̄ ipse plane intelligeret q̄ a deo mouebatur ad faciēdū istud. ꝛ istud colligitur ex littera. s. parentes autem nesciebant q̄ res a domino fieret. s. q̄ a deo fiebat q̄ samson acciperet vxorē de philistinis. Et tunc aut fiebat ab eo ita q̄ ipse iubebat samsoni q̄ faceret vel mouebat eum: aut deus tentauit eum vt faceret ꝛ fecit. ¶ Si primo modo bonū egit: qz deus non iubet nisi bonum: nec inclinat hominez nisi ad bonum: qz deus operator bonorum est ꝛ non volens iniquitatē. ¶ Secūdo non stat. s. quia deus non tētat hominē ad malū. sic patz Jacobi. c. 1. s. nemo cū tētatur dicat q̄ a deo tētatur. Deus enim tētator malorum non est: ipse enim neminem tētat. ideo licuit ei agere qz deus volebat ꝛ suadebat ei facere. (Cui dixerūt pater ꝛ mater sua.) Mirabantur q̄ ille vxorem vellet de philistinis. (Nunqd non est mulier in filiabus fratrum tuorū.) Quasi dicat ita tu petis vxorem de philistinis quasi si in toto israel nulla mulier esset quaz posses accipere in vxorem: ꝛ tamen multe sunt. Accipiūtur hic fratres samsonis pro cognatis suis de familia de qua ille erat vel de ipsa tribu dan. nam omnes de vna tribu vocantur fratres. Nō possunt autez accipi fratres proprie: qz non liceret accipere samsoni aliquam filiam sui fratris: qz iste gradus erat ꝓhibitus Leui. 18. et. 20. c. vt quidam putant. Etiam non habebat samson fratres aliquos: qz mater sua erat sterilis: ꝛ nunq̄ pater suus ꝛ mater habuerant aliquos filios ante eum. ꝛ sic nō poterat habere fratres aliquos habentes filias de quibus aliquā acciperet in vxorem. (Aut in omni populo tuo). i. in toto populo israel. q. d. illi qui accipiebant vxores de israelitis habebant istam consuetudinem q̄ acciperent vxores de familia sua: vel saltem de tribu sua. ꝛ si non reperirent in familia vel tribu poterant accipere de israel de quacūq̄ tribu: eo q̄ sic iussuz erat Nume. 36. s. omnes viri ducent vxores de tribu ꝛ cognatione sua: ꝛ omnes femine maritos de eadem tribu accipient vt hereditas permaneat in familijs. ꝛ tamē adhuc erant mulieres alique in terra israel: ideo nō licebat samsoni accipere de filiabus philistin vxorem. (Quia vis accipere vxorem de philistin qui incircūcisi sunt.) Quasi dicat turpe est accipe vxorem de philistinis propter hoc q̄ sunt incircūcisi: ideo nunq̄ deberet accipi nisi in defectum: ꝛ tamē in populo tuo sunt mulieres: ideo non debes accipere vxorem de philistin. ¶ Sciendum q̄ istud nomen incircūcisus proferebať inter hebreos ad opprobriuz magnum: qz cum oēs hebrei essent circūcisi reputabant gentes incircūcisas valde viles: ꝛ opponebāt eis tanq̄ opprobriū. sic dixit Dauid. 1. Re. 17. quis est iste philisteus incircūcisus qui exprobrauit aciem dei viuentis. ꝛ iteruz. erit iste incircūcisus sicut vnus de illis. ꝛ sic canez ꝛ incircūcisuz eg parauit in opprobrio. sic etiam ionathas filius saulis dixit armigero suo. ascendamus ad stationem incircūcisorū horum. ꝛ ob hoc inuebat ꝑ samsonis q̄ erāt oēs philistinorum filie de vili genere qz erant filie incircūcisorum: ideo non erat accipienda vxor de eis nisi in magnum defectū. non tamē erat ista causa potissima quare nō deberet accipere samson vxorē de mulieribus philistinis: qz accipere mulierem de genere penale est ꝛ non culpabile. culpa tamē magis fugienda est q̄ pena: sed debebat fugere talem vxorem qz a deo prohibita erat Exod. 34. et Deut. 7. c. pater tamē samsonis forte dixit istud qz putauit istam esse efficaciorē suasionez pro samsone: qz cuz esset iuuenis ꝛ arderet in feminam nō multum curaret de lege: sed potius indicaretur ei q̄ erat magnum dedecus talem accipere vxorem. ¶ Quereť dato q̄ non baberet samson aliquā mulierem in toto israel cum qua cōtrabere posset an liceret ei accipere vxorem de philistinis. ⁂ ¶ Respondendū q̄ ſm quosdam liceret eo q̄ israelite habebant pro infelicitate non gignere prolem: ideo non inuenta vxore apud suos oportebat q̄ apud alienos illam inquiri liceret. Dicenduz q̄ hoc dato casu qui fere erat impossibilis non liceret samsoni accipere vxorem de philistinis. naz tunc debebat accipere vxorem de alijs gentibus que non erant chananee ꝛ cōuerteret illam ad iudaismum: ꝛ tunc acciperet. si tamē de alijs gentibꝰ nō reperiret aliquā vxorem que vellet vllo modo sequi ritū viri: non debebat suscipere vxorem ne ipse peruerteretur ad idola per mulierem: ꝛ ne filios idolatras gigneret. nam mater cōuerteret eos ad ritum suum. De chananeis in nullo licebat casu suscipere: siue illa vellet conuerti ad iudaismū siue nō: qz omnino erat ꝓhibita cōmunicatio cū eis. ꝛ tamē philistini erant de chananeis: ideo non licebat cum eis sic bre contractū. nam melius est alicui mori sine filijs q̄ filios illicite ꝓcreare. ¶ Sz obijciet

Qō. 4 A An licēt samsō accipe vxorē de philistinis. ⁂ Rñ. ad quesitū.

Obo.

quia ex

qz er verbis patris samsonis colligitur q si non esset mulier in toto israel q liceret ei accipere vrozẽ de philistinis. ¶ Dõz q nõ dicebat hoc pr samsonis ad inuẽdũ q in defectũ israelitarũ mulierũ liceret accipere de philistinis: sed ad fortiter increpandũ. s. q si in aliquo casu liceret: illud non esset nisi saltẽ cũ deficerent mulieres in israel: z tñ nũc nõ deficiebãt. ¶ Ad rõnẽ in cõtrariũ dom q lz israelite pro magno bono reputarẽt prolẽ gignere: z tñ pp hoc nõ debebãt illicite filios gignere. sed gignere illos de mulieribꝰ philistinis erat illicitus modus. ergo ẽt si deficerent mulieres israelitaz non liceret accipi philistinas: sicut nũc lz gs nõ posset hẽre vrozẽ aliquã christianã non liceret ei accipere vrozẽ de hebreis vel sarracenis. Etiã si aliquis hebreus esset qui nullã omnino posset hẽre vrozẽ nõ liceret ei desiderio generãdi coire cũ vroze primi sui hebrei. nulla ergo necessitas poterat esse ad gignẽdũ que tolleret legẽ de pbibitione vrozũ alienigenarũ. Sed his nõ obstãtibus dicendũ q licebat vt ps. s. 21. in quadã qõne. (Dixitq samson ad patrẽ suum. hanc mihi accipe.) Lz pater rõnabiliter increparet samsonẽ non assensit. Cuius ratio erat duplex. Prima qz deus incitabat eũ ad hoc z non erat faciendũ cõtra incitationẽ suaz. Scõa qz pulchritudo virginis concusserat animũ samsonis z efferuescebat iuuenilis sanguis pre amore eius. (Quia placuit oculis meis). i. diligo eã valde qz visa est mihi pulchra. Ista rõ samsonis videbaꝫ conueniens. s. istã diligo z cũ ea delectabiliter z quiete viuã. si autez das mihi aliã quã non diligã: erit mihi amara vita cum ea z litigiosa: z necesse erit repudiare eaz.

¶ An pater z mater samsonis peccauerint accipiendo ei in vxorem aliquã philistinam. Questio. 5.

an non habentes capillos actualiter possunt vouere votum nazareozum qui rasi erant: vel qui omnino carebāt capillis propter senectutem iam decaluati. ¶ Dicet aliqs q̄ nō: quia Nume. 6. dicitur q̄ nazareus sanctus erit domino crescente cesarie capitis eius. ⁊ sic videtur q̄ ad consecrationem nazarei requirebatur q̄ inciperet crescere cesaries. ſ3 in istis nō incipiebat crescere. ergo non sanctificabātur in voto nazareozum. ¶ Itē eodem. c. dicit̄ q̄ siquis mortuus fuerit coram nazareo subito polluereturcaput cōsecratiōis eius: ⁊ debet radi: ⁊ reintegrare votum. sed qui non bz capillos non potest pollui in capillis. nec poterunt radi capilli ad reintegrationē voti. ergo deficiēt in eo alia substantialia ad votum nazareozum complēdū. ¶ Respondēdum q̄ aut aliquis erat rasus ita vt nullos haberet capillos: vtpote qui in eadem die rasus fuerat: aut erat omnino priuatus capillis: ita q̄ nullum iam habere poterat ꝓpter senectutē. De primo dicendum q̄ poterat vouere votum nazareozum siue ꝓpetuum siue temporale: nec deficiebat in illo aliquid de substātialibus voti. ¶ Cum autē dz q̄ sanctus erit crescēte cesarie. non est sensus q̄ non poterat sanctificari in voto nazareozum quousq̄ crescret cesaries: sed q̄ nazareus sanctificatus debebat sinere crescere cesariē: ita q̄ nec raderet capillos: nec scinderet: aut euelleret sicut faciebāt alij nō consecrati voto isto. ⁊ hoc sic ita conuenit non habēti capillos: sicut habēti cum vterq̄ habeat ꝓpositum ⁊ votum non radēdi illos. ¶ Cum autem dz q̄ polluetur caput consecrationis. dicendum q̄ si aliquis vouēs obseruationem nazareozum recenter esset rasus: ⁊ eadē die vel sequēti non habēdo adhuc aliquos capillos apparētes polluereturſ. q̄ aliquis subito moreretur coram illo quia debebat reintegrare votum offerēdo sacrificiū columbarū q̄ iubet Nume. 6. ⁊ caput suum dicebatur pollutum: quia consecratio prece dētis temporis non ꝓficiebat: ⁊ non debebāt radi capilli: quia nō erat hoc necesse cum nullos haberet. nam capilli nazarei polluti non tondebātur ad aliud ad reintegrāduz votum nisi quia censebātur polluti. ⁊ quia vltimo die voti expleti capilli nazarei consecrabantur domino quia cremabantur in altari cum capilli primi fuissent polluti: si ꝓmitterentur semper crescere crearentur coram domino capilli immundi. vt ergo mundi fiant raduntur illi qui polluti sunt: ⁊ noui recrescunt qui mundi sunt: ⁊ illi coram domino conuenienter cremantur. si autem cum quis polluitur omnino nullos apparentes habet non polluuntur capilli cum nulli sint. ⁊ sic capilli postea apparētes nascuntur mundi: ⁊ illi possunt coram domino cremari expleto voto. ¶ Sciēdum tamen q̄ siquis habeat valde paruos capillos. ſ. solum radices apparētes: vtpote ex tribus vel quattuor diebus: ⁊ emisso voto polluereturdebebant adhuc illi parui capilli tonderi vt renascerentur noui capilli. nam illi ex quo apparebant pollu ti fuerunt. qō autem dicitur de raso in temporali voto intelligēdum est a fortiori in voto perpetuo: quia in illo non requiritur tanta obseruatio sicut in voto temporali vt declaratum est Numeri. 6. et supra. 14. c. ¶ Si autem queratur de illo qui omnino carebat capillis ꝓpter senectutem: nec sperabat illos habere. ¶ Dicendum q̄ aut iste vult emittere votuz temporale nazareozum aut perpetuum. Si temporale non poterat: quia die vltimo voti debebant capilli eius cremari coram domino. sed iste non habebat capillos: nec sperabat q̄ medio tempore nascerētur vt possent postea tonderi ⁊ cremari coram domino: ideo non poterat vouere istam obseruātiam ad quā sciebat sibi particulam quandam deficere. Si aūt vellet vouere perpetuum votum dicendum q̄ poterat: quia in nazareis ꝓpetuis nunquā erant capilli cremandi coram domino. sed ad aliud non erant directe necessarij capilli in nazareis. Ad rationes autem in contrarium respondebitur sicut supra. ¶ Queretur vlterius qd si aliquis vouens nazareozum a principio habuit capillos: postea autem ꝑ alopetiam caruit omnibus capillis quid de illo fiet. ¶ Respondendum q̄ aut emiserat votum temporale: aut ꝓpetuum. si ꝓpetuum nihil differt: quia nazarei perpetui nunquā debent capillos radere: sed in nazareis non sunt necessarij simpliciter nisi ad radendum. ergo non obstat: aut refert eos habere capillos vel non habere. patet hoc quia si capilli essent necessarij in istis: aut hoc esset vt raderētur quando polluuntur: aut vt radantur ad cremandum domino in die expletionis voti. nō ad scōm q̄ nazarei perpetui nunquam explebant votum nisi in morte: ideo non cremabantur capilli eorum in altari. ¶ Et si dicas q̄ capilli nazareozum perpetuo debebant radi in die mortis eorum ⁊ cremari. ¶ Non stat quia homo mortuus est res immundissima ſm legem. intantum q̄ accedentes ad ipsum vel ad domum eius per septem dies efficiebantur immundi. quomodo ergo capilli hominis mortui cremari deberent in altari domini tanquam sacrificium eius. Etiam non debebant radi capilli nazareozum perpetuozum ad hoc q̄ nascerentur capilli noui ⁊ mundi quando polluebantur priores moriente aliquo subito coram nazareo. nam in nazareis temporalibus fiebat istud: eo q̄ capilli in fine voti cremandi erant coram domino: ⁊ vt non cremarentur capilli immundi facti semel radebātur illi vt nascerentur alij noui ⁊ mundi. ⁊ tamen nazareus ꝓpetuus non radebat capillos in fine voti: ideo etiam si aliquando polluereturnon faciebat cerimonias purificationis. etiam si haberet capillos non oportebat q̄ illos raderet. ⁊ sic nihil magis erat in perpetuis nazareis nunquā habere capillos q̄ habere illos. ¶ Si autem dicatur de voto temporali. dicendum q̄ si cōtingeret istum habentem capillos ꝑdere illos ante expletionem voti poterat insurgere dubium de duobus. Primuz erat si polluereturaliquando moriente homine coram ipso: ⁊ ipse tūc nō haberet capillos. Secundum est si in expletione voti contingeret eum non habere capillos. ¶ Ad ꝓmum dicendum q̄ nihil obstabat: quia capilli qui radebantur quando polluebatur nazareus radebantur vt ipsi immundi non cremarētur coram domino in die expletionis voti. si autem nullos haberet: cum polluereturnon poterant capilli immundi cremari coram domino: ſ3 siue renascerētur aliqui postea siue non dubium non erat q̄ postea essent mundi. ¶ De secundo dicēdum q̄ quando aliqs votum expleret si non haberet capillos: aut expectabat q̄ illos in breui posset habere: aut nunq̄ illos expectabat. si ꝓmo modo debebat extendere votum suum vltra tēpus ꝓmissum vt expleretur in eo nazareozum cerimonia a deo imposita. si autē nunquā postea expectarentur capilli: debebant fieri cetere cerimonie expletionis voti omissa ista. ⁊ sic rite expleretur votum nazareozum. ¶ Queretur vlterius sicut samson vires ꝑdidit carendo capillis: an ꝑdidisset trāsgrediendo aliquam aliam de cerimonijs nazareozum. [A] ¶ Aliquis dicet q̄ non: quia samson infringebat quasdam alias: ⁊ tamē nō carebat viribus. nam cerimonia nazareozum erat nō accedere ad mortuos Numeri. 6. ⁊ tamen samson occidebat multos ⁊ tangebat eos post occisos vt declaratum est ꝑcedenti. c. [B] ¶ Respōdēdum q̄ si vires samsonis vere essent in capillis ista cerimonia violata perent vires: ⁊ omnibus alijs cerimonijs nazareozum omissis non perent vires. ⁊ tamen declaratum fuit. ꝺ. q̄ vires non erant vere in capillis: sed in organis opatiuis ⁊ motiuis: ⁊ tamē manebāt quādiu manebāt capilli: eo q̄ ista erat quedam cerimonia nazareozum: ⁊ deus volebat istas cerimonias obseruari: ⁊ quādiu illas obseruaret manerēt vires ⁊ non obseruando perent: ⁊ quia samson nō solum infringebat nazareozum obseruationem istam cerimoniam capillozum violādo: sed etiam omittēdo quamcūq̄ aliaz. Ideo dicēdum q̄ quamcūq̄ cerimoniam aliarum culpabiliter trāsgrederetur samson careret viribus: vtpote si biberet vinum: aut comederet vuas ⁊ ea q̄ nascūtur de vinea: quia ista erat de cerimonijs ꝑncipalibus nazarei Numeri. 6. ⁊ tamē sem ꝑ obseruauit samson q̄ non biberet vinum nec siceram: nec comederet vuas. in sola autem cerimonia abscindēdi capillos fuit culpabilis: ideo ꝑ hāc solam ꝑdidit vires. si tamē cōseruando capillos vinum bibere voluisset: aut siceram: vel vuas degustare in terra philistinozum: caruisset ibi viribus. ¶ Cum autem obijcitur q̄ samson violabat alias cerimonias vt pz de immundicia sup mortuo. Dicēduz q̄ violatio istius non erat culpabilis in samsone: eo q̄ ad hoc deus vires ei tradiderat vt occideret philistinos. ⁊ hoc nō poterat fieri nisi tāgēdo illos: ideo nō peccabat in hoc nec faciebat cōtra votum: ſ3 potius merebatur: qz istud erat ad qō deus eum consecrauerat. si tū samson vellet se polluere in mortuis eundo ad illos ⁊ tangendo extra bella philistinozum peccaret. ¶ Sed adhuc posset obijci quia quando dalila dixit. quomodo samson posset ꝑdere vires: quādo ei samson rndit veritatem dixit q̄ erat nazareus: ⁊ q̄ si capilli sui tonderentur esset infirmus: ⁊ nō dedit alium modū. ergo non erat alius modus ꝑdendi vires. ¶ Rndendum q̄ non sequitur q̄ ꝑ omissionem siue trāsgressionē aliarum cerimoniarum nō careret samson viribus: sed dixit samson de isto quia alie cerimonie cōfistebāt in actu samsonis solius. ſ. q̄ biberet vel nō biberet vinum aut siceram: aut q̄ comederet vuas ⁊ qō nascitur ex vinea vel non: ⁊ nullus poterat samsonē cogere ad istos actus: iō ꝑ se solum viribus carere poterat isto modo ⁊ nō ab alijs. in capillis āt secus erat: quia siquis abscinderet capillos samsonis ipso existēte in culpa ꝑderet vires. ⁊ sic fuit in tonsione facta ꝑ dali-

Rōes cuiusdam. 1. rō. 2. rō. Rñ. ad q̄situm. Ad rōnē ꝓmā. Ad rōnē secūdam B Notādū Dubium Rñsio. Qō. 27. A Quid fiet ō carēte capillis ꝑ alopetiā ⁊c. [a] Rñ. ad q̄situm. Obiectō. Rñsio. Duo sūt ꝺ dubia. Ad. 1. rñ. Ad. 2. rñ. Qō. 28 A An amisisset vires suas samson transgrediendo aliquā aliā de cerimonijs nazareoz. [A] Rō in oppositum. [B] Rñ. ad q̄. B Ad rōnē i diuersum. Obiectio. Rñsio. B

Iam:lz forte samson putabat ꝙ quocūqz modo capilli eius abscinderentur careret viribus.hoc tñ erat falsum:nec est mirandum:quia isti erāt impiti circa dubitatiões legis:ꝛ ea que exercebāt qualiter intelligēda forent nesciebant.sicut declaratuz fuit ℣. 11.c.de voto iepte ꝙ nescierunt iudei interpretari an teneret
† vel non.(Videns autem illa ꝙ confessus esset ei oēm animum
† suum).i.vidit ꝙ nūc cōfessus est veritatem quaz corde celabat:
† ꝛ ꝙ non mētiebatur nūc sicut alijs vicibus.(Misit ad p̄ncipes philistinozum).s.ad.5.satrapas vel reges qui erāt domini totius terre philistinozum:misit inquit ad eos vt venirent ad se.
† (Atqz mādauit).i.misit ad dicendum.nam mādare mittere legationem est.sic accipitur Geñ.45.cum dixit Joseph fratribus suis.dicite patri meo.hec mādat filius tuus Joseph.i.hec mittit ad dicēdum.sic etiam Nume.20.hec mādat frater tuus israel
† i.ista mittit tibi ad dicēdū.(Ascēdite adhuc semel).i.ascendite nūc vna vice ad me vtiliter:sicut iam ter inutiliter ascēdistis.ex quo pz ꝙ quādocunqz dalila faciebat experimēta virium samsonis veniebāt p̄ncipes philistinozum:ꝛ latebāt intra cubiculuz dalile ad videdum exitum rei.ꝛ cum viderēt ꝙ samson rumpebat vincula secrete recedebāt non audētes manere in domo ali quāto tempore:ne samson arbitratus eos ibi esse afficeret illos morte:ꝛ cum rursus dalila ertozqueret a samsone vt diceret ei de viribus suis mittebat ad p̄ncipes philistinoz vt venirent:ꝛ rursus latebāt expectātes finem rei vt p̄us.ꝛ sic fecerunt p tres vices:ꝛ decepti sunt.in quarta autem vice erāt iam tedio affecti ꝛ desperātes posse inuenire veritatem:ideo forte ascēdere nollent ad dalilam.ꝛ ob hoc ipsa dixit.ascēdite adhuc semel.i.ascēdite ista vice:quia iam nō erit amplius opus ꝙ ascēdatis:quia in ista vice dixit veritatem ꝛ comprehēdetis eum.(Quia nunc apuit mihi coz suum).i.lz in alijs vicibus me falleret in ista vice declarauit mihi veritatē quā corde celabat.

¶Qūo dalila sciuit nūc ꝙ samson declarasset ei vitatē. Qō.29.

A **Queretur** quomodo dalila sciuit nūc ꝙ samson declaNico.ꝛ ra. sa.rñ.ad q̄. rauerat ei veritatem:quia in alijs omnibus vicibus fefellerat eam.¶Rñdent Nicolaus ꝛ ra.salo.ꝙ sciuit nūc veritatem dixisse samsonē:quia nominauit dominū dicēs. nazareus domini sum de vtero matris mee.ꝛ quia nunqz samJm.pbatō son cōsueuerat deum nominare nisi vera dicēdo:credidit ꝙ verum diceret.¶Sed nō multum stat:quia istud est si samson iurasset in nomine domini:quia tūc forte ꝓpter reuerētiā dei verum dicit:ꝛ sicut solitū quibusdā hominibus ꝙ lz mali sint si iurauerint in nomine dñi nequaqz mentiētur.ꝛ tñ samson nō iurauit hic p deum:sed dixit nazareus dei sum.¶Dicēdū ergo vz Doct.rñsio ad q̄situ. ꝙ dalila cognouit ꝙ nūc dixisset vitatē:nō ex aliquo alio signo nisi quia samson nūc locutus est verisimilius qz alijs vicibus vt pz considerādo modum fortitudinis eius.qō pz quia fortitudo samsonis tāta erat ꝙ nō poterat dici eā esse modo naturali sed diuino.si aūt a deo esset nō poterat modo naturali superari:ideo
Munera dei sunt saltē fz appa rētiam ꝓp bonitatem vite. † siue septem funes neruicei:siue septez funes noui alligarēt samsoni:cum esset iste excessus resistētie naturalis:vires a deo date nō turbarentur ex hoc.ꝛ quia munera dei sunt saltem sm apparētiam ꝓpter bonitatem vite:satis rōnabile crediturz erat ꝙ cum obseruātia nazareozuz esset aliqua pfectio in statu veteris testamēti:ꝙ samsoni obseruanti hanc regulā deus daret vires:ꝛ ꝙ si illaz infringeret subtraberet deus munus virium.vñ dalila illico credidit samsoni ꝙ vera dixit.(Qui ascēderūt assumpta pecunia quā p̄miserāt.)Credēdum est ꝙ in qualibet vice qua veniebāt isti p̄ncipes ferebāt pecuniā promissam:qz tamē samson rumpebat vincula nihil dabāt dalile.nūc vero credentes ꝙ tenerēt eum cōfidētius pecuniā tulerūt.ista pecunia erat quinqz milium quingentozum argentozum:quia quilibet p̄nceps ꝓmiserat mille ꝛ centum argenteos.ō.in littera.erant tñ p̄ncipes quinqz:ideo tantam ferebāt pecuniam.(Et illa dormire eum fecit sup genua sua.)Sic etiā faciebat dalila alijs vicibus:ꝛ erāt philistini latētes intra cubiculū ad tenēdum samsonem:ꝛ maxime quia cōuenientius tonderētur capilli samsonis ibi qz si dormiret sup lectum.(Et in sinu suo reclinare caput).i. fecit ꝙ reclinaret caput sup sinū dalile.s.sup brachia sua:vel sup gremiuz.ꝛ hoc vt ipsa caput mouere posset tonsori.(Vocauitqz tonsorem.)Non rasit ipsa dalila:sed vocauit tonsorem.(Et rasit septem crines eius.)Per septem crines intelliguntur omnes capilli capitis sui qui in septem crines distincti erāt ficut supra declaratum est. *¶Queretur quare dalila non rasit nūc capillos p se sed vocauit tonsorem:cū alijs vicibus ipsa eum p se ligaret vt pz supra.¶Aliquis dicet ꝙ hoc factum est quia alijs vicibus non audebat aligs accedere ꝓpter timorem samsonis si rumperet vincula.nunc autē nō erat timor vllus.¶Dicēdum tñ ꝙ dalila vocauit nunc tonsorē ad radēdū capillos quia ipsa nō poterat p se facere:eo ꝙ recubuerat super gremiū eius:ꝛ ad radēdum omnes capillos capitis necesse erat ꝙ eleuarēt caput ꝛ vnus teneret illud:ꝛ alius tonderet.ꝛ sic oportuit ꝙ vocaret alium in adiutorem.cū aūt ligabat eū alijs vicibus ipsa sola poterat hoc efficere cū solum deberet ligare brachia eius:ideo tūc neminem vocabat. ¶Queretur vlterius quomodo tonsor audebat venire ad tondēdū samsonem.nā philistini qui veniebāt ad capiendum samsonem non audebant comparere etiaz si samson esset ligatus quouscqz viderēt an posset rumpere vincula.ergo a fortiori debebat iste timere ne euigilaret samson ꝛ occideret eum.° ¶Respondendum ꝙ iste ausus est venire quia in alijs vicibus dalila non credebat veruz esse qō dicebat samson:ideo non euigilās rumpere vincula timentes latebāt:nunc aūt sciebat vel crediderat dalila ꝙ samson dixerat verum:ꝛ ꝙ non posset euadere:ideo quāquā euigilaret quādo tonsus esset non posset nocere tonsori:eo ꝙ iam careret viribus.¶Itē confidebat dalila ꝙ nō esset piculum tonsori eo ꝙ samson erat grauis sopozis:ꝛ quāquā tonderetur nō posset euigilare.hoc pz qz postqz tonsus erat adhuc nō euigilabat sed dalila abijciebat euz a se sepiuz quouscqz euigilauit. ¶Queretur qd tonsor egisset si euigilasset samson dū tonderet:quia irrueret in eū.* ¶Respondendum ꝙ dalila putabat certissime istum casum nō euētu rum cū ipsa cognosceret cōditionem samsonis.ꝛ tñ si accideret putabat ꝙ posset euadere dicendo ꝙ nō vocasset eum ad malū: sed ad experiendum.nam in alijs vicibus quādo samson dicebat dalile vbi haberet vires ipsa volebat experiri:ꝛ ligabat eū: ꝛ cum samson ab ipsa excitabatur reperiēs se ligatum ꝛ soluēs vincula:nō irascebatur ei:sciēs aut arbitrās ꝙ ipsa iocans ageret ad fortitudinem experiendā ꝛ nō ad malum illius.ita nunc putaret.nam si crederet ꝙ ad malū hoc faceret:potius vocasset philistinos vt eum dormientem occiderēt.¶Itē cū iste tonsor raderet capillos eius:poterat nouissima nouacula leuiter iugulare eum ꝛ non fecerat:ideo non veniebat ad nocēdū ei:sed solum ad cognoscendū fortitudinez eius.ꝛ sic non curaret samson lz inueniret tonsorem radentē caput suuz:potissime qz si dalila malum intenderet facere:ipsa nullo vocato poterat samsonem dormientē in gremio suo iugulare. ¶Queretur vlterius cū tonsor auderet caput samsonis tondere:quare philistini hac vice non stabant cozā samsone dormiente:sed latebāt intra cubiculum sicut alijs vicibus.b ¶Rñdendū ꝙ periculū erat si philistini starent cozā samsone dormiente quando tonderetur:ꝛ nō erat piculū ꝙ ibi maneret tonsor.nā si euigilaret samson ꝛ videret p̄ncipes philistinozuz apud se occideret illos:qz putaret manifeste ꝙ veniebāt ad occidēdū eum.ꝛ dato ꝙ non putaret hoc moueretur ad occidendū eos eo ꝙ erant hostes eius.de tonsore aūtē non erat sic:quia dato ꝙ euigilaret poterat colozari factū:ita vt nihil mali suspicaretur sicut supra declaratū est.ideo debuit tonsor accedere:ꝛ nō debuerūt p̄ntes eē philistinoz p̄ncipes:qm̄ lz nō putaretur ꝙ samson euigilare deberet:tñ poterat accidere:ꝛ ad euitanduz periculū non debuerunt esse p̄ntes quouscqz samson tonderetur ꝛ cognosceretur ꝙ pdidisset vires. (Et cepit abijcere eū).s.mouere caput eius.naz duz tondebatur tenebat illū suauiter vt non euigilaret cuz vero tonsus erat mouebat caput illius vt euigilaret ꝛ cognosceret an careret viribus.(Et a se repellere).s.repellebat euz de gremio suo cuz p̄us teneret eum super genua.(Statim enim ab illo fortitudo discessit.)Non intelligitur vt mox euz abiecit a se:sed mox vt tonsus est:quia deus noluit ꝙ vires supnaturaliter suffragarentur ei eo ꝙ erat in culpa declarando dalile modū quo ipsa faceret in eo contra regulā nazareozū.(Dixitqz philistin sup te samson).i. euigila:quia philistini veniunt sup te.erāt tñ tūc philistini intra cubiculū finē rei expectantes. ¶Queretur quomodo philistini nūc sciuerūt an deberēt insurgere in samsonē ad tenēdum eū vel non.nā in alijs vicibus stabāt in cubiculo expectātes finē rei.s.si samson posset vincula rumpe ꝛ manebāt i isidijs:ꝛ postea secrete recedebāt.si aūt non potuisset soluere insurrexissent in euz.nunc tamen non habebat aliqua vincula que rumperet:per quozum ruptionem vel impotentiā ad rumpendū cognoscerēt an perdidisset vires samson.d ¶Aliquis rñdebit ꝙ lz non fiat mentio in littera:tñ dalila ligauit samsonem dormientē aliqua fortia ligatura:ꝛ tunc tonsus fuit.quo facto excitauit eū a somno: ꝛ tētans rūpere vincula nequiuit.qō videntes p̄ncipes philistinozum qui iacebant in insidijs irruerunt super eum ꝛ tenuerunt illum. Ista positio nimis rationabilis erat:ꝛ tamen quia si fuisset

Doct. rñ. ad q̄situz

Qō. 31. A Qūo tonsor audebat venire ad tondēdū samsonē °Rñ. ad q̄sitū.

Qō. 32. A Quid tō sor egissz si euigilasszsamson dum tōderet. * Rñ. ad q̄situm.

Qō. 33. A Qz philistini hac tertia vice nō stabāt cozā samsone dormiēte lz latebāt in cubiculo. b Rñ. ad quesituz.

Qō. 34. A Qūo philistini nō sciuerūt an oēret insurgēre samsonē ad tenendū eū vel non. d Quinsdā rñsio ad q̄situ.

Doc. solidioꝝ rñ. ad q̄stū.

fuisset videtur ꝙ littera descripsisset. ¶ Rationabilius videtur dicēdū ꝙ nō fuerit. sed fuit modus ꝙ dalila credidit certissime ꝙ samson nunc verū locutus fuerat: ió cum dalila eū tondebat latuerunt ipsi in insidijs: ne dō tonderetur samson fortassis euigilaret: ꝛ videns eos coram se insurgeret in illos ꝛ occideret: sed postq̄ fuerunt tonsi capilli samsonis securi philistini ꝙ effugere non posset circundederunt eum atq̄ tenuerunt. (Qui de somno consurgēs). s. euigilans: ꝛ tñ non surgens de gremio dalile. (Dixit in animo suo: egrediar sicut ꝛ ante feci). i. stans samson adhuc in gremio dalile dixit intra se. egrediar. nam vidit philistinos in circuitu: ꝛ putauit ꝙ posset effugere manus illoꝝ. (Et me excutiam). s. de medio eoꝝ: nam nondum tenebant eum: sed erant in circuitu eius ad tenendum illum. (Nesciens ꝙ dominus recessisset ab eo). i. ista dicebat samson nesciēs ꝙ deus recesserat ab eo. s. auferēdo ei vires. nam erant iste vires supnaturales: ꝛ quādiu manebant in eo dicebatur deus manere cum illo. cum autem vires pierunt recessit deus ab illo. vires tamen pierunt quādo capilli tonsi fuerūt: ideo tunc deus vere recessit a samsone. Et hoc pz ꝙ iste vires nō erant in samsone sicut qualitas quedam vel accidens membroꝝ suoꝝ infixum illis: quia tunc sensisset samson corpus suum immutatum per carentiā pristinarum virium: ꝛ tamen nesciebat an perdidisset illas. (Sicut ante feci). s. sicut prius se excusserat ter de vinculis rumpendo illa: ita nunc excuteret de manu philistinoꝝ qui erant in circuitu eius.

Quō vires erāt i samsone

¶ Quē cuꝝ apprehendissent philistijm: statim eruerunt oculos eius: ꝛ duxerunt gazam vinctum catenis: ꝛ clausum in carcere molere fecerunt. Jamq̄ capilli eius renasci ceperant: ꝛ principes philistinoꝝ conuenerunt in vnū vt īmolarent hostias magnificas dagon deo suo: ꝛ epularentur dicentes. Tradidit deus noster inimicum nostrum samson in manus nostras. Quod etiaꝝ populus videns laudabat deum suum eademq̄ dicebat. Tradidit deus noster aduersarium nostrum in manus nostras: qui deleuit terram nostram ꝛ occidit plurimos. Letantesq̄ per conuiuia sumptis iam epulis: preceperunt vt vocaret̄ samson: ꝛ ante eos luderet. Qui adductus de carcere: ludebat ante eos. Fecerunt q̄ cum stare inter duas columnas.

Sāsonis cōprehēsio ac eius-dē diuisio.

Quē cū cōprehēdissent. Hic ponit̄ samsonis comprehē sio. Et diuidit̄ in tres ptes. Primo ponitur samsonis incarceratio. Secūdo eius delusio. Tertio eius mors ꝛ cōsūmatio. scōa ibi. (Jamq̄ capilli.) Tertia ibi. (Qui dixit puero.) ¶ Circa p̄mum dō. (Quem cum comprehendissent philistīn). s. postq̄ detonsum eū circūdederūt iniecerunt manus in eum ꝛ tenuerunt. (Statim eruerūt oculos eius). s. añq̄ recederent de eodē loco eruerūt oculos illius: ꝛ fic duxerūt eum vinctū. (Et duxerūt gazam.) Ad istā ciuitatē potius q̄ ad aliā duxerūt eū: qz forte ista erat celebrioꝝ oibus vrbibus philistinoꝝ. Uel qz ista erat ꝓpinquioꝝ loco illi in quo captus est samson. Uel qz ibi erat deus dagon deus maximus philistinoꝝ cui philistini attribuebāt victorias suas: ꝛ in honorē eius duxerunt eū ad vrbē illā. qō pz qz postea ꝺuenit populus magnus philistinoꝝ in gazā: ꝛ oēs ꝓncipes philistinoꝝ: ꝛ īmolabāt magnificas hostias deo dagon suo ꝓ captione samsonis. ĵ. in littera. Uel forte qz samson deliquerat in vrbe gaza. s. portas eius duxerat in mōtē ꝑcedēti. c. duxerūt eum illuc vt ibi puniret̄. (Et vinctum catenis). i. vinxerunt eum catenis: ꝛ tenebāt in carcere ad gloriam victorie sue: vt cū veniret dies solēnitatis eoꝝ facerēt eū ludere coram se. (Et clausum in carcere molere fecerūt). i. cū esset samson vir fortis: faciebāt ꝙ intra carcerem staret trabēs molā asinariā atq̄ fuiret sic philistinis. Uel forte erat mola parua que ab boue mouet̄ ad molēdum. istud autem fit in terra philistinoꝝ: ꝛ terra chanaā ꝛ egypti quia est terra aquarum inops: ꝛ non sunt artificia molendi in fluminibus: sed brachio hominis far ad molā teritur.

Uel fit artificium magnarum molarum que ab asinis rotantur: ꝛ ꝺsuete sunt iste mole asinarie in terra illa. vnde ℔ Christus dixit Matth. 18. qui scandalizauerit vnum de pusillis istis q̄ in me credūt: expedit vt suspēdatur mola asinaria collo eius: ꝛ proijciat̄ in profundum maris. cōsuetum etiam erat ꝙ captiui qui tenebāt̄ in carcere baberēt ibi molas ꝛ catenati molerēt. sic patet Exo. 11. cum dicitur. morietur omne primogenitū in terra egypti a primogenito pharaonis qui sedet in solio eius: vsq̄ ad primogenitum ancille q̄ est ad molam. ꝛ Exo. 12. ponit̄ istud ꝛ dō. percussit dñs oē p̄mogenitū in terra egypti a primogenito pharaonis qui sedebat i solio eius vsq̄ ad primogenitū captiue que erat in carcere. ꝛ fic ancilla que erat ad molam erat illa q̄ erat in carcere. ex quo pz ꝙ captiui in terra illa in carceribus cogebātur molere. ꝛ fic factū est de samsone. ¶ Ra. sa. ꝛ alig hebrei. ꝛ Nicolaus dicūt ꝙ philistini ducebāt vxores suas ꝛ filias ad samsonē vt cognosceret eas: ꝛ inde ꝓples fortissima ficut samson gigneretur. ꝛ hoc erat molere. ¶ Sed istud nō stat. primo qz dō ꝙ vinctū catenis coegerūt molere. ꝛ tñ ad istud opus cognoscendi feminas philistinoꝝ nō esset vinctus catenis. Item non est verisimile ꝙ philistini essent tā turpissimi vt filias vel vxores p̄ inbonestatē copule subijcere vellent hosti: potissime cum eū valde odissent. Itē ꝛ efficaciuꝰ nō erat hoc credibile: qz nō poterāt nūc credere philistini ꝙ filij nati de samsone eēnt fortes sicut ipse: qz si samson bret vires nāliter credere possent ꝙ vires samsonis deriuari possent in filijs: samson tñ bēbat vires supnāliter: ꝛ fic credebāt philistini ficut declaratū fuit supra. ió nō crederēt ꝙ deriuari poterāt in posteros ꝑ feminis deriuationē. Itē qō maius ē: si samson nūc bret vires siue ille nāliter siue supnaturalr eēnt poterāt philistini cogitare ꝙ derivarēt vires eius in posteros: nūc autē viribus carebat vt ipsi videbāt: ꝛ effectus erat ita infirmus sicut alius homo: ideo nō est vllatenus verisimile ꝙ darēt ei aliquā feminā ad cognoscēdum: sed solū cogebāt eū ad molēdum sicut asinum. O admirāda calamitas samsonis. o populi indaici grauissima infelicitas: ꝛ opprobriū. fortissimus ille virorū: atq̄ toti seculo stupendus ipsoq̄ nomine terribilis samson: qui leones seuissimos facili manus ictu domuerat: magnos hostilis exercitus cuneos fundēs: inauditā oibus seculis stragez egerat. quid ꝛ mirabilius est tāta facilitate: vt facilius sibi agere q̄s nobis cogitare foret. o nimis plangēde vir īmo virorū flos: ꝙ oēs viribus superās sola prudētia caruisti: ꝛ miserabilis miserande pulchritudine tractus: ꝛ fallacibus lachrymis deceptus in extremā decidisti sortē. ita vt cunctoꝝ q̄s legerim miserior factus: turpiter ab hostibus vtroq̄ ꝓuatus lumine: in eternū totius populi hebreoꝝ opprobriū: ad molā asinariā molē cogeris. nec satis hoc fuit in te amare in seuiēti fortune: īmo ꝛ diuine vltioni: nisi vt insanus effectus vani ꝛ turpissimi scurre typū gerēs: coram hostili caterua in tui delusionē ludere cogereris. qs. n. sufficienter tātā calamitatē lugere queat: īmo qs digne cogitaꝛ valeat: subito in te summa infimis coequata sunt. arbitroꝝ autē dei nr̄i ista fore ꝑdigia: ꝙ ꝛ supbientiū boīm in amplissimo roboꝛe maxima felicitatē ponētiū: aut ꝙ ꝑ seipsis fruentiū positionē elidat: ipm q̄ cunctis mortalibus roboꝛe ꝑstātioꝛ fuit amara ꝛ ignobili calamitate cōfecit. vt discat qlibet dño nr̄o colla subiscere: ꝛ soli trinitati fuire coꝛporalibus votibus nō curatis. Nec huic dissimilis ceteris infelicitas. nā ꝛ ceteros quos aut maxima potētia: aut excellētissima pulchritudo: aut admirāda totius coꝛpis agilitas: aut pecuniaꝝ numerosa possessio: aut sapiētie nimia celsitudo claros effecit: dura excidia cōfecerunt. ¶ Queret̄ quare philistini samsonē moꝛ captiuatū oculis ꝓuauerūt. ¶ Rñden dū ꝙ philistini forte timuerūt ꝙ sicut ꝑditis capillis samson vires ꝑdiderat: ita renascētib⁹ illis recuparet vires. ꝛ qz tūc posset eis nocere valde si videret rūpēs vincula ꝛ occidēs quoscunq̄ vellet in terra philistinoꝝ ꝛ rediret tūc in terrā suā absulerūt ei oculos: qz dato ꝙ redirēt vires paucos posset ledere ēt si vellet: īmo nulli nocere auderet: qz nō vidēs nō posset effugere manus eoꝝ. ¶ Aliter ꝛ melius dōm ꝙ nō putauerūt philistini ꝙ renascētibus capillis redirēt vires samsonis: quia aliogn nō permisissent crescere capillos eius ꝛ ꝑmiserūt vt pz. ĵ. sz putabāt ꝙ cū deus dedisset ei vires ꝛ nunc iratus ei eēt: ꝙ nūq̄ iam ei vires donaret. qz tñ samson manēs i paucitate viriū si videret posset multa agere ꝛ fugere: eruerūt oculos eius ne gcq̄ mali agere auderet nec effugere posset.

¶ Quare deus permisit samsonem iudicē hebreoꝝ cadere in philistinoꝝ manus. Qō. 16.

Queretur vlterius q̄re deus ꝑmisit samsonē iudicem hebreoꝝ quē ipe ad istud opus ꝺsecrauerat

Ebreoꝝ opio. ꝛ nic.

1. ī ꝑbatio

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Apostrophat i samsonem.

Sāson totius populi hebreoꝝ eternū opprobrium.

Nota.

Qō. 35 A

Qz philistini sāsonez moꝛ captiuuz oculis ꝓuarunt.

» Rñ. ad q̄. Alia solidioꝝ rñsio ad q̄situm.

Rñ.ad q̄st. cadere in manus philistinoꝝ. ¶ Rñdēdū q̄ ad hoc fuerūt duplicia demerita. s. ipsius samsonis ⁊ populi israel. de samsonis demeritis apparet q̄ aliq̄n in victorijs quas habebat cōtra philistinos: non putabat deū p̄sidere: ſz ipse tāq̄ viribus suis gloriabat. sic dicūt fuisse in victoria q̄n fudit exercitū philistinorum ⁊ occidit mille viros. ⁊ ob hoc vt cognosceret magnitudinē dei: ⁊ ab eo p̄uenire oē bonū dedit sitim magnā in eo: ita vt lassaretur ad mortē ⁊ timeret cadere in manus philistinoꝝ. ⁊ tūc vexatiōe coactus ad dñm̄ suersus est dicens. tu dedisti in manu serui tui salutē hāc maximā ⁊ victoriā: ⁊ deu siti moriar: incidāq̄ in manus philistinoꝝ. p̄cedēti. c. Hoc tz Josephus. 5. antigtatū dicēs. samson ergo plusq̄ oportebat exultās: non dei opationem credebat: ſz suis viribus abscribebat: eoq̄ p maxillā alij hostiū cessi sunt: ⁊ alij fugati sunt: ſz irruit in eū sitis dura: ⁊ tūc cognouit dei virtutē. ¶ Alia aūt fuerūt maiora samsonis crimina q̄ ardēter amabat philistinas mulieres eisq̄ fruebat illicito coitu: nec cōiugē q̄rebat de israelitidis. nec tñ dico de p̄ria muliere

Samsonis crimina.

Pctā ppli in hāc calamitatē samsonē tradiderūt duplr.

thamnatea quā in vxorē accepit: q̄ ad illā deus eū inclinauit: ſz de alijs q̄s meretricio amore dilexit tam in gaza q̄s in valle thoret vt p̄z. ē. in hīa. ¶ Jtē peccata populi tradiderūt samsonē in istā calamitatē. ⁊ hoc dupliciter. s. directe ⁊ indirecte. ¶ Directe q̄dē q̄ p̄o malis opibus israelitarū q̄ erāt subditi samsonis vita samsonis deprauabat: ⁊ pene ei a dño infligebātur. naz sicut p̄ peccato populi deus facit interdū regnare hypocritaz vt p̄z Job. 34. c. ita ⁊ p̄cipē bonū interdū deus deserit: ⁊ infortunantur actus eius p̄pter peccata populi. sic fuit de dauid q̄ erat bonus rex: ⁊ tñ p̄pter peccata populi ipse p̄missus est cadere in p̄ctñ numerādi populū. Sic dī. 2. Re. 24. s. addidit furor dñi irasci ōtra israel: monitq̄ dauid in eis dicentē. vade numera israel ⁊ iuda. vñ Gregorius ait in moralibus q̄ sm̄ merita subditoꝝ disponūt actus pastoꝝ. peccabāt aūt israelite nūc cōtra dominū q̄ nō recedebāt ab idolatria: ⁊ q̄ cōicabant cum chananeis in matrimonijs ⁊ in alijs a lege vetitis: iō punitus est samson in illis: quia p̄missus est peccare p̄pter peccata eoꝝ: ⁊ consequēter punitus p̄pter illos. ¶ Scō̄o punitus est samson p̄pter israelitas indirecte. s. vt non p̄ficeret illis. Nam samson breui tpe. s. vnius anni vel q̄si totam terrā philistinoꝝ pauore concussérat: ⁊ occidebat quos volebat. vñ si mānsisset paulo maiori tpe apud israelitas deleuisset philistinos: nec solū liberasset israelitas de iugo philistinoꝝ: sed ēt philistinos israelitaꝝ subiecisset seruituti. hoc aūt non erat placitum cōtra deo pp peccata israelitarum q̄ non merebant talia bona: ideo tradidit deus vir bñc fortissimū manibus hostiū ne p̄desse posset populo indignissimo iudeorum. ¶ Quereē vlterius quare deus p̄misit samsonē oculis p̄uari. ¶ Rñdendū q̄ deus punire volebat samsonē p̄ peccatis suis vt supra declaratū est. ⁊ q̄ deus q̄ñq̄ ad ostentionē magne iustitie punit boiez p ea p̄ que peccauit vt p̄z Sapiētie. 11. s. p q̄ q̄s peccat p hec torquet. voluit punire samsonem sicut peccauerat. fuit aūt peccatū samsonis graue in amore mulierū philistinarum. ⁊ hoc q̄ placebāt nimis oculis eius: sicut dī. ē. 14. iō illi oculi q̄bus nimis placuerūt mulieres inordinate: dei iustitia ordināte eruti sunt.

Qō.37 A Qr de⁹ p̄misit samsonē oculis p̄uari. ◦ Rñ.ad q̄.

¶ Quare samson solus inter iudices israel p̄missus est cadere in manus hostium ⁊ apud eos mori. Qō.38.

A **Queretur** vlterius quare samson solus inter iudices israel p̄missus est cadere in manus hostiuz ⁊ mori apud eos. nā nullus alius de iudicibus captus fuit ab hostibus nec mortuus est in terra eoꝝ: ſz potius oēs triūphauerūt de hostibus. ¶ Rñdendū q̄ istud factū est p̄p multa. p̄mo quia oēs alij iudices erāt viri boni p̄udētes timētes deū: ⁊ tenētes legē illius. samson aūt erat iuuenis ⁊ stultus. nā nondū. 20. annos egerat q̄n mortuus est vt declaratū est p̄cedenti. c. ⁊ cū virtbus excelleret omnes hoīes, superbiebat: ⁊ dominabantur in eo passiones iuueniles in q̄bus deum offendebat amando intēperate mulieres philistinas. debuit ergo a deo puniri iste ⁊ nō ceteri iudices q̄ recte viuebant. ¶ Secundum erat p̄pter peccata israelitarū. nam quādo alij iudices veniebāt sup̄ populum cessabant israelite a peccatis: ⁊ colebant dominum tpe illius iudicis vt p̄z. ē. 2. ⁊ illo mortuo cōuertebātur ad idola: ideo dum viueret iudex non infligebat deus malum iudici nec israelitis: ſz oēs hostes tacebant. nunc aūt pp peccata israelitarum ipsi non liberati sunt p samsonē: sed quāquā eēt fortissimus iudicum tpe eius seruierūt israelite philistinis: ⁊ eo morīēte manserūt in seruitute q̄ñ non contigerat tempore aliorum iudicum: ita ⁊ ipse p̄ peccatis illoꝝ habuit occasionem moriendi in manibus hostium q̄ñ non cōtigerat alijs iudicibus. ¶ Tertium est q̄ samson erat fortissimus: ⁊ si virisset deleuisset philistinos quos deberi nolebat: tam exigentibus demeritis israelitarū q̄s ad exercitādum israelitas cum eis vt patet. ō. 3. c. ideo debuit bñc morte veloci consumere ne hostes deleret. alijs autem iudicibus nō fuerant date aliq̄e vires specialiter que essent semp manētes: ideo ſz deus ſmel p eos expulisset hostes de terra: non audebāt ipsi vlterius in hostes insurgere: nisi p̄us hostes econtrario insurgerēt. ⁊ sic ſz multo tēpore viuerent non poterant delere philistinos aut subijcere eos in seruitutem: sicut facturus erat samson nisi breui morte confectus foret: ideo non oportuit q̄ alij iudices ita cito morerentur aut manibus hostium traderētur.

Rñ.ad q̄st. 1.cā.

2.mō.

Qō. 39. A Qr philistini effossis oculis sāsoni ī illico eū occiderūt. ▷ Rñ.ad quesitū. △ 1.cā.

¶ Queretur vlterius quare philistini cū accepissent samsonem ⁊ eruissent oculos eius: non occiderunt illico eum. ▷ ¶ Respondēdum q̄ fuit duplex cā. Una ex parte philistinorū. Et alia ex p̄te dei. △ ¶ Ex p̄te philistinoꝝ fuit desiderium perfecte vindicte. nam cū samson tantum illusisset eis q̄ ipse solus compelleret in fugam totū exercitum philistinorum: ⁊ inuitis eis introiuisset ⁊ eruisset de vrbe gaza atq̄ in būeris portasset fores vrbis vsq̄ ad montem non reputabant completā vindictam si eū occiderēt velut in bello. ideo conati sunt accipe eum viuentem ad illudendum ei in terra sua cogendo eum molere. Etiam tanq̄ insanum excecatum coram se ludere faciendū: ⁊ postea si vellēt morte turpissima afficiendum. ⁊ ob hoc quāquā potuissent eum occidere fraudulenter anteq̄ vires p̄deret ingulando eum dormiēte sepe in gremio dalile: vel ex occultis sagitta eum p̄cutiēdo noluerunt: sed conati sunt ingrere quomodo samson poterat carere viribus: vt eum captum tenerēt. ¶ Secūda causa ⁊ efficacior fuit ex p̄te dei q̄ mouit philistinos vt desiderarēt capere samsonem viuentem. nā ſz deus vellet samsonē mori tñ nolebat eum capi inutiliter a philistinis: sed p̄ captionem suā maiora damna philistinis inferret q̄s viuens non captus intulerat. nā postea concutiēs domum occidit tria milia virorū: ⁊ ipse pariter mortuus est. ⁊ dī q̄ plures ibi occidit q̄s viuēs occiderat: ⁊ q̄si philistini occidissent eū mox vt ceperūt: non feciſſet istā vltionē in philistinos. inclinauit ergo deus philistinos vt non occiderent eū: ſz ipsi nō putabāt q̄ ad malū suū eū viuentē custodirēt.

2.cā.

¶ An peccarunt philistini capientes p̄ insidias samsonem in domo dalile ⁊ orbantes eum. Qō.40.

A **Queretur** vlterius an peccauerunt philistini capiētes samsonem in domo dalile ⁊ orbantes eum.

Luiusdā rñ.ad q̄.

¶ Aliquis dicet q̄ sic: quia philistini p̄ fraudes p̄cesserūt contra samsonem latentes intra cubiculum dalile ⁊ sic tenuerūt eū. ¶ Respondendum q̄ non peccauerunt philistini quia ipsi habebāt iustum bellum contra samsonem q̄ terram eorum iniuste vastabat vt declaratum est. c. p̄cedenti. hosti autem quodcunq̄ licet in hostem: dum tamē veritatē interpositam ex pacto nō fallat. Qr autem licuerit eis orbare samsonem oculis ⁊ cogere ad molam: ⁊ ad quecūq̄ turpissima officia notum est. cuz liceat occidere eum non determinato modo: q̄ hostibus non est lex posita: sed q̄cq̄d volunt ⁊ ponunt hoc lex est. nam de iure gentium istud est. ¶ Sed solum est dubium quia per insidias fecerunt.

Dubium Rñsio.

¶ Dicēdū q̄ nec ēt peccauerunt in hoc: quia insidie vocant respectu illius q̄ se non tenetur obseruare: sicut viuētibus in eadez politia vel sub eodem iure istud est q̄ nullus se debeat ab alio obseruare eo q̄ figd vnus bz contra alium iure diffinitur: ⁊ ob hoc si inter istos quis alium non aspicientem p̄cusserit ex insidijs agere dī. In hostibus autem non stat istud: quia lex hostis est nocere hosti quamtumcunq̄ ⁊ qualitercunq̄ potuerit: ⁊ cum istud cognituz sit non potest q̄s reputare insidias illas quas scit de iure sibi posse poni: sed vtens iure suo non peccat: ideo philistini percutientes ⁊ capientes samsonem insidiose non peccauerunt. nam deus iussit israelitis ponere insidias quando pugnabant contra vrbem hay vt patet Josue. 8. c. ideo diffinitum est q̄ in bello iusto licitum est vti insidijs ⁊ quibuscunq̄ cautelis.

Lex hostis ē hosti nocē. ◦ Obiec. ⁎ Rñsio. ⁂ Qō. 41. A An dalila peccauit tradēdo sāsonē manibus philistinoꝝ. Luiusdā rñ.ad q̄.

◦ ¶ Sed obijciet aliq̄s q̄ licituz est cuiq̄ vti iure suo dum tamē bono animo vtatur. Nam vti iure suo mala intentiōe p̄tm̄ est. ⁎ ¶ Rñdendum q̄ philistini bona intentione iure suo vtebantur contra samsonem. nam agere ad occidendum non est agere mala intentione cum hoc liceat hosti contra hostem. ⁂ ¶ Queretur vlterius an dalila peccauit tradendo samsonē manibus philistinoꝝ. ¶ Aliquis dicet q̄ non: quia erat ipsa hostis ⁊ licebat ei agere contra samsonem q̄cq̄d licebat fieri contra hostez. nam ita tenentur femine ad p̄curandum patrie incolumitatē quantum eis possibile est: sicut viri. sed philistinis licebat capere samsonē p̄ insidias ⁊ occidere: ideo ēt liceret dalile. ¶ Rñdendum est q̄ dalila peccauit grauiter samsonē tradēdo manibus philistinoꝝ:

3.cā. Doc. rñ. ad q̄situz

philistinozum:quia ipsa tenebatur ei obseruare legem amātis: quia samson diligebat eam valde:ꝛ confidebat illi:ꝛ ipsa ostendebat se maxime diligere samsonem:quia alꝫ non cōfessus fuisset samson ei.sed fallere legem amoris non pronunciādo samsoni peccatum erat.nam cum talia ostenderet dalila samsoni poterat rationabiliter conqueri samson de illa si ꝓuaricaretur legem amoris.Sic enim diffinit aristo.8.Ethicozum cum agit de querelis amicozum.quia quidam diligunt alios amore honesto: ꝛ putant se ab eis simili amore diligi.cum autez infiderit eis inopia rerum:amici qui putabantur diligere ꝓpter honestam et diligebant ꝓpter vtile recedunt ab amicitia:ꝛ alij conquerūtur. Respondet aristoteles ꝙ si ille qui amabat ꝓp vtile simulabat se amare ꝓpter honestum:ꝛ postea amicum calamitosuz relinquat habet amicus ius querele.Si autē alius amans ꝓpter vtile:non fingebat se amare ꝓpter honestum:sed apparebat ꝙ amaret ꝓpter vtile:non habet ius querele amicus:sed fibi imputet ꝙ insipiens erat.ita de dalila ꝛ samsone.nam dalila ostendebat valde ꝙ diligeret samsonē toto animo: ꝛ sic petebat ab eo diligi cum dixit. quomodo dicis ꝙ ames me cum animus tuus non sit mecum supza in littera.ꝛ tamen non diceret ista dalila samsoni nisi ipsa ostenderet ei ꝙ ipsum equaliter diligebat.etiaz ostendit hoc ipsa.nam cum samson nollet ei indicare robur suuz defecit spūs eius atq; lassata ē.ꝛ ista erāt signa amātis.hec oia fefellit dalila cum secrete moliretur insidias contra eum:ideo peccauit. ¶Item patet ꝙ dalila non tradiderit samsonē vtēs iure suo.ſ.desiderio conseruandi patriam:sed illecta desiderio pecuniarum.nam anteq; philistini pecuniam ꝓmitterent dalile non intendit offendere samsonem.ꝓmissis autem pecunijs conata est hoc efficere.ꝛ sic amore lucri egit contra fidē amantum.

Nota de amicis.

B

Obiectō

¶Sed obijcitur ꝙ iudith egit simile.nam ipsa confugit ad holofernem tanq; petens saluari ꝛ mētita est in multis vt ꝓz Judith. 10.et. 11.et. 12.c.ꝛ occidit postea holofernem:ꝛ tamē dz de ipsa ꝙ non peccauit:sed potius in catalogo sanctarum feminarum collocatur.

Rñsio.

¶Rñdendum ꝙ iudith ꝛ dalila nō fuerunt similes.ꝓio quia dalila a ꝓncipio diligebat samsonem:ꝛ seruabat ad eum fidem vt amantem.postea autem pecunijs corrupta legem violauit.Judith autez nunq; dilexit holofernem:sed abominata est:ꝛ iuit ad illum animo occidendi eum. ¶Secundo differebat quia dalila ostendit samsoni ꝙ diligeret eū ꝛ adherebat ei vt amāti:tenebatq; eum in gremio suo:ꝛ alias illecebras ꝓcurabat illi.Judith aūt non ostendit se diligere holofernē ſz potius refugiebat ab eo ꝛ nolebat comedere de cibis eius nec dormire intra cameram eius vt ꝓz Judith. 11.et. 12.ideo holofernes non debebat suspicari se diligi ab illa:nec confidere illi cum ipsa nihil tale ostenderet:ꝛ sic iudith non fefellit holofernē:ſz potius ipse deceptus est pulchritudine eius Judith. 10. et. 11.dalila autem rebus istis ꝛ obsequijs amantum samsonez fefellit. ¶Tertio differebāt:qz iudith venit ꝺ holofernē mota iusta causa.ſ.ad defensionem populi sui:ꝛ premissa oratione ad deuz ꝛ ieiunio vt ꝓz.a.c. 7.vsq; ad. 11.ꝛ deus misit spūm in coz de eius ad faciēdum hec.dalila autem non fuit mota a deo nec aliqua iusta causa sed sola lucri cupiditate amantem hostilibus manibus tradidit.solum autem fuit culpabile in iudith mendacium nam multa mendacia dixit coram holoferne:ſz omnia ista susceperunt dispensationē a deo:qz iusta causa mouebat iudith: ꝛ deus eam ad faciēdum hoc impulerat.dalila aūt nullo mō est excusabilis:quia in ope suo nihil honestuz intercidit ꝓ qō inhonestas ceterozum temperetur. (Jamq; capilli eius.) Dic ponitur scōm huius ꝓis.ſ.samsonis illusio:qz ad complementū victorie sue volebant vti samsone in ludis in festiuitate victorie samsonis.ꝛ dz. (Jamq; capilli eius renasci ceperant).ſ.quādo facta sunt que sequuntur h ceperant renasci capilli samsonis.ex hoc ꝓz ꝙ modico tempore manfit samson in terra philistinozuz postq; captus est.Qō ꝓz ex duobuꝫ. Primo qz quando samson captus est tonsi fuerunt capilli eius:ꝛ tunc irruerunt in eum philistini.ꝛ tamen h dz ꝙ facta sunt ista conuiuia que sequuntur in gbus mortuus est samson quādo ceperāt renasci capilli samsonis:ꝛ tñ ad hoc ꝙ renascerētur modicū tps oportebat:qō fuisset forte nō vnius mensis integri. ¶Scōm est qz die illa conuenerunt philistini ad faciendum sacrificia ꝓ victoria otra samsonem vt ꝓz.j.ꝛ tamē non est verisimile ꝙ multis diebus post captionem samsonis differrēt philistini immolare hostias pro victoria.ꝛ dz de capillis renascentibus ad significādum ꝙ iam samson habebat fortitudinem eo ꝙ capilli renascebantur.non est autem sensus ꝙ capilli conferrent vires samsoni vel in ipsis capillis manerent vires:sed deus dabat vires:ꝛ ꝓ recessuz eorū

3.rō.

† Sāsonis illusio. †

L

samson carebat viribus vt patet.ē.in littera.Sed qz deus dabat vires samsoni quādiu seruabat regulam nazareozū:ꝛ pdendo capillos regulam transgressus est:ꝛ deus recessit ab eo:ꝛ cessauerunt vires.cū aūt captus a philistinis manfit in carcere ceperunt crescere capilli:ꝛ tunc verisimile est ꝙ samson ad se reuersus penitētiā egerit ꝛ seruauerit regulam nazareozum:ꝛ sic deus daret ei vires renascētibus capillis.vñ non fit mentio de capillis quasi ipsi vires darēt:sed qz deus dabat vires quando illi redibāt.ꝛ istud erat ꝓ accidens. (Et ꝓncipes philistinozū cōuenerūt in vnum.) Isti erāt. 5.satrape vel reges philistinozū q dominabantur toti terre philistinozū distincte ꝓ qnq; metropoles. (Ut imolarēt hostias magnificas dagon deo suo).i. voluerūt ad reuerētiam victorie de samsone imolare hostias magnificas.i.magnozū sumptuū:qz sic expetebat ad reges ꝓ tanta victoria habita agere.isti ꝓncipes cōuenerunt ad h:qz ad ipsos ptinebat disponere de omnibus que facere debebāt philistini:ꝛ ipsi venerūt ad vrbē gaze:ꝛ cum eis populus ad festū imolationis.iste dagon erat vnus de dijs philistinozum vt imediate dicetur. (Et epularentur).i.facerent sacrificium ꝛ ipsi comederēt. erat ista cōsuetudo gentilium ꝙ facerēt sacrificia dijs suis:ꝛ de carnibus sacrificiozum comederēt.imo ꝙ plus erat comedebāt adipes sacrificiozū ꝛ bibebant vinū libaminum.quozuz vtrūq; apud hebreos erat ꝓhibitū.de hoc Deutero. 32.surgāt ꝛ opitulentur eis:ꝛ in necessitate eos ꝓtegāt.ꝛ añ h.vbi sunt dij eorū in qbus habebant fiduciam:de quoꝝ victimis comedebāt adipes:ꝛ bibebant vinum libaminum.fic ēt iudeis erat cōsuetudo ꝙ quādo facerent festiuitates magnas vt coronatiōes regū offerrent deo sacrificia pacifica:ꝛ de illis comedebāt ipsi:qz q̄dā ps erat que ꝓueniebat in ius offerentiū.fic ꝓz in coronatiōe saulis. 1.Re. 11.ꝛ i coronatōe adonie. 3.Re. 1.ꝛ deus h iubebat fieri in festiuitatibus magnis qbus conueniebant israelite ad sanctuarium vt coza domino epularenꝫ vt ꝓz Deutero. 12.et. 14. et. 16.c. ¶Queretur quare nūc philistini immolabant victimas dijs ꝛ epulabantur. ¶Respondēdum ꝙ ad honorez victorie samsonis faciebāt:quia ipm vicerāt contra quē nūq; putabāt se ꝓualituros.sed crediderāt ꝙ ipse potius destrueret terram eorū cum faceret contra eos magnifica gesta ꝛ inaudita a seculis:ideo tanto nunc magis debuerūt gaudere quāto victoria celebrioz erat:ꝛ ob hoc omnes. 5.reges philistinozū conuenerūt in vnū:ꝛ populus cum eis ad istam solēnitatez. Item non solum dz ꝙ imolauerūt victimas:sed etiā ꝙ ille victime erant magnifice.ꝛ h quia victoria erat magnifica. ¶Sed aliqs dicet ꝙ rationabiliter erat philistinos epulari ꝛ gaudere.sed nō apparet quare deberēt imolare victimas. ¶Rñdendū ꝙ philistini credebāt ꝙ dij sui adiuuabant eos in bellis:ꝛ dabant eis istā victoriam:ideo ad laudē eorū faciebāt sacrificia.ꝓz hoc ex ꝛbis eorū.nam cū eēnt i sacrificijs ꝛ cōuiuijs dicebāt.tradidit deꝰ nr inimicū nostrū samson in manus nostras.vt ꝓz j.sic etiam fuit semp opinio apud philistinos ꝙ quascūq; victorias obtinerent de gentibus alijs:obtinebāt fauore deorū suoꝝ.vnde quādo pugnātes contra israel ceperūt arcā dei in bello posuerunt etiā in templo dagon:quasi ipse dagon cepisset eam ꝓmo Regum. 5. Item quando pugnātes occiderunt saulem ꝛ filios eius:ꝓciderunt caput saulis vt ostenderetur in oībus tēplis idoloꝝ philistinozum vt ꝓz. 1.Re. vlti.ꝛ ꝓmo Parali. 10.c.ita ergo nunc putauerunt ꝙ adiuuissent eos dij sui:ꝛ fecerunt sacrificia magnifica in gratiarū actiones ꝓ tanto beneficio.ꝛ tamen fm veritatem non poterant isti dij adiuuare eos:quia non erāt nisi lapides mortui ꝛ ligna:immo potius impediebant:quia deus verus impediebat philistinos ꝓpter cultū idolozū.ꝛ quia victoriā que a deo vero erat simulacris ascribebant. Ista ēt erat opinio oium gentiliū ꝙ dij sui adiuuarēt eos:ꝛ ꝙ pugnarēt singuli dij ꝓ cultoribus suis.ficut declarat Augu.de ciui.dei lib.3.ꝛ virgilius. 10.eneidos.ꝛ ouidius in multis locis.

Qō.42

A

Qz nē philistini imo labāt victimas dijs ꝛ epulabāt.

ᵇ Rñ.ad q̄.

Obiectio.

Rñsio.

¶Qz potiꝰ philistini sacrificarūt nē do dagō q̄ alteri deo. Qō.43.

A

Queretur vlterius quare potius philistini sacrificauerunt nunc dagon q̄ alteri deo in gratiarum actionem ꝓ beneficio suscepto. ¶Aliquis dicet ꝙ non habebant alium deū philistini iō huic attribuebāt omnes victorias suas:ꝛ consequenter ei offerebant omnia sacrificia.Sed dicendum ꝙ non stat:qz philistini habebant multos alios deos vt ꝓz 1.Regū vltimo.cum dz ꝙ caput saulis portatum est ꝓ templa idoloꝝ.vñ erāt apud philistinos alij dij famosi:quoꝝ vnus erat astaroth.ꝛ huic ascripserūt victoriā quā obtinuerūt otra israelitas:quando occiderūt saulem ꝛ filios eius vt patet allegato.c. nam in templo illius posuerunt arma saulis.in quo significabāt

Cuiusdam rñ.ad q̄si. Impbatō

beelzebub apud philistinos erat sicut apollo delphicus apō grecos et latinos.

Queretur circa primum de cõtinuatione huius ad precedentia an sit cõtinuus ordo vel sit aliqua mutatio facta. & an fuerint facta ista immediate post illa. ¶ Respondendũ q; circa hoc est multiplex dissensio. nicolaus dicit q; expositores nostri cõmuniter tenẽt q; fuit casus de idolo miche immediate post mortẽ iosue antequã iudicaret othoniel q fuit p̃mus iudex. Et hoc probant q; dicitur hic q; isto tẽpore nõ erat rex in israel: sed quilibet qđ rectum sibi videbatur faciebat. & tñ postquã ceperunt esse iudices illi castigauissent hoc factum si accidisset: & non faceret tunc quilibet qđ vellet: q; illi exercebãt potestatem super populum: ideo attribuendum est tẽpori quo mãsit terra sine rectore post mortem iosue anteq; primus iudex. s. othoniel surgeret. Sed dicit nicolaus q; istud non tenet: sed poterat istud accidere tẽpore iudicum: q; lz dicatur q; non erat in israel rex non tollitur q; non esset iudex: q; potestas regum & iudicum non erat similis: eo q; iudices habebant potestatem soluz per modum cuiusdam directionis: & nõ proprie vt vrentes potestate. Ideo refert opinionem quãdam hebreorum dicens q; accidit istud tempore othonielis primi iudicis. & inducunt ad hoc rationem: q; supra. 2. c. & iosue vltimo dicitur q; seruierunt domino israelite cunctis diebus iosue & seniorũ qui longo tempore fuerũt post eũ: & isti fuerũt vsq; ad othoniele. q̃ viuẽte othoniele factũ est. ¶ Sz dõm q; ista positio nõ stat. & nõ bene nicolaus improbat positionẽ nostrorz expositorz quasi tenendo positionẽ hebreorũ. nam cum dicit q; lz nõ esset rex in israel quãdo ista fiebant: & tamẽ bene poterat esse iudex non stat. nam si solũ diceretur in littera q; in diebus illis nõ erat rex in israel. posset quidem stare ista responsio: sed dicitur q; non erat rex in israel: sed quilibet quod sibi rectum videbatur faciebat. in quo nõ solum excluditur esse regem: sed etiã esse rectorez aliquẽ qui posset ista corrigere. naz dato q; esset alius qui posset corrigere ista vitia non oportebat q; esset rex: nec regem non esse faceret aliquem defectum. ¶ Cum autem dicit Nicolaus q; iudices non babebant potestatem corrigendi hoc. falsum est: quia potestas iudicum & regum non differebat nisi quantum ad ea que babẽtur. 1. Re. 8. vbi ponitur ius regis in imponendo tributa & accipiendo aliquid de bonis israelitarum: & illud non poterant iudices: & tamẽ poterant conuocare populum & corrigere vitia alioquin daretur politia inordinatissima inter hebreos cum nulla esset potens ꝓhibere malos puniendo. Etiam patet hoc quia iudices erant principes populi vt patet de iepte supra. 11. ¶ Itez patet q; possent corrigere vitia: quia supra. 2. dicitur q; tẽpore quo mortuus erat iudex israelite declinabant ad idola: & cũ ali⁹ iudex surgebat toto tempore illius israelite colebant dominuz. Istud autem non accidisset semper nisi iudex haberet potestatem ad corripiendum idolatras. ¶ Item patet q; non fuerit tempore alicuius iudicis: quia ista clausula ponitur infra ad aliquid signandum: scilicet q; in diebus illis non erat rex: & tamen si accipiatur rex proprie pro rege & non generaliter ad regem & quemcũq; rectorem erit littera omnino superflua. quod patet quia manifestum erat q; in tempore isto non erat in israel aliquis rex quia non fuerunt reges in israel vsq; ad saulem de quo habetur in libro. 1. Re. ista autem que habentur in libro isto fuerunt facta tempore iudicum cum nonduz reges vlli erant. ergo superfluum erat dici hic q; non erat rex in israel: sed necesse est q; accipiatur rex pro iudice aut quocunq; rectore. ¶ Item cum volunt iudei q; fuerit istud tpe othonielis & non tempore medio inter mortem Josue & tempora othonielis inconueniens est: quia hoc volunt eo q; inter hec tempora non coluerunt israelite idola. Sed falsuz est: quia anteq; constitueret othoniel in iudicem coluerunt israelite idola: & ob hoc traditi sunt in manus chusanrasathain regis syrie de quo supra. 2. et. 3. ca. ergo tunc potuerunt esse que narrantur de idolo miche. ¶ Item non stat qđ dicunt: quia tẽpore othonielis accidit. naz toto tẽpore suo israelite coluerunt dominũ. ista quippe erat regula q; quando moriebatur aliquis iudex declinabãt israelite ad idola peius cẽ prius: & cum nouus iudex surgeret tẽpore illius colebant semper dominũ vt patet supra. 2. ergo tempore othonielis non fieret. ¶ Alij volunt q; acciderit istud de idolo miche tempore quo mortuus est samson. s. aliquanto tempore post. & hoc tenet Ra. da. canbi. * Cuius motiuum eẽ põt ex continuatione littere: quia continuatur ista littera precedenti: & nunq; recedẽdum est ab ordine littere sine necessitate. □ ¶ Itez patet quia dicit hic in principio littere. fuit eo tempore in mõte effraim vir nomine michas. oportet autem q; referatur istud relatiuũ ad precedentia: & debet referri ad immediata sm regulam grãmatice alioquin fieret relatio icerta. sed ante hoc dictũ fuit de samsone: ideo dicit q; fuit post samsonem. ¶ Item dicit Ra. da. canbi q; inter samsonem & beli summuz sacerdotẽ fuerunt tempora media in quibus accidit istud de idolo miche. Et ad hoc inducit q; necesse sit computari aliquot annos interme dios: alioquin intercederet summa particularis annoz ad summam que ponitur. 3. Re. 6. c. de qua sepe dictum est. ¶ Sed dicendum est q; ista positio non stat: quia necesse est q; fuerit istõ factum multo tẽpore ante samsonem. qđ patet ꝓmo quia istud idolum miche & captio vrbis lais a filijs dan fuit quasi eodẽ tẽpore: eo q; filij dan venientes per domum miche rapuerunt ide idolum & duxerunt illud in lais vbẽ quã ceperunt: & dicitur sequenti. ca. q; posuerũt ionathã filium gerson filij Moysi in sacerdotem & filios eius. & tamen manifestuz est q; nepos Moysi non poterat esse post mortem samsonis. quod patet quia gerson filius Moysi genitus fuit ante exitum de egypto vt patet Exodi. 2. et. 3. et. 4. ca. & tamen ab exitu de egypto vsq; hic fluxerunt anni pluscq; trecenti octoginta sm computationez sm quã fecit iepte. nam dixit iepte supra. 11. q; a tempore quo israelite acceperunt terram galaad de manu amorreorum vsq; ad tempus suum erant trecenti anni: & tamen illud fuit anno. 40. ab exitu de egypto vt declaratum est Numeri. 20. et. 21. nam omnia que facta sunt a ca. 20. Numeri vsq; ad finem: fuerunt anno. 40. ab exitu de egypto: & sic sunt centum quadraginta anni. quibus addantur anni ser iepte & septem anni abesan: & decem anni chialon: & octo anni abdon supra. 12. et. 20. anni samsonis qui simul faciunt annos quinquagintaunum: & sic sunt anni trecenti nonagintaunus a natiuitate gerson filij Moysi vsq; nunc. gigneret aũt ipse filiuz ad plus anno septuagesimo. & tunc manebunt anni trecenti vigintiunus quos iam ageret ionathã filius gerson quando institueretur sacerdos Sed istud est falsissimũ: quia illo tẽpore nullus homo quasi accedebat ad annuz

Scõa.

B

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

C

Alia opio.

Ra. da. canbi opio ac ei⁹ rõnes in diuersum.

* 1. rõ.

□ 2. rõ.

3. rõ.

Im pba. 1.

D

Nicolai rñ. ad q̃.

1. i pba.

centesimū:ideo necesse est q fuerit ante mortez samsonis istud
2.rō.3 rab. plusq̄ per ducētos quinquaginta annos. ¶ Itē p3 hoc qz istud de idolo miche z qō habetur.j.19.de ocubina leuite facta sunt eodem tēpore.cum dicatur hic q tempore idoli miche non erat rex in israel sed quilibet quod rectum sibi videbatur faciebat z.j.19.et.20.dicitur etiā q non erat tunc rex in israel: sed quilibet qō rectum sibi videbatur faciebat. ergo eodez tēpore fuerunt.z tamē quādo factum est illud de cōcubina leuite non erat capta bierusalē vt p3.j.19.qz dixit puer leuite ad eū q declinaret in bierusalē:z ille respondit q non declinaret illuc qz erat ciuitas alienorū.s.iebuseorū.ergo nondum erat capta:z tamē bierusalem fuit capta pauco tempore post mortem iosue viuēte caleph vt p3.ō.1.c.ergo ante tēpus illud fuit. ¶ Itez p3 etiā qz isto
Tertia. tēpore erat sacerdos dei in sylo phinees filius eleazari filij aarō vt patet.j.20.z tunc pugnabant israelite contra gabaa pro concubina leuite.ergo pauco tempore erat istud post mortem iosue. patet cōsequentia:qz eleazar summus sacerdos filius aarō mortuus est quādo mortuus fuit iosue vt patet iosue vltimo:z successit phinees filius eius in summo sacerdotio vt patet.1.Para.4.et.6.c.z ipse sepeliuit patrem suuz eleazar iosue vltimo. Si autē iste esset sacerdos tempore samsonis: z postea quādo fierent ea que habentur.j.19.et.20.esset plurium q̄z trecentoz z octoaginta annoz.qō patet qz in vltimo anno quo israelite steterūt in deserto.s.40.anno ab exitu de egypto phinees occidit zabri principem tribus symeō coeuntem cum madianitide Nume.25.z deus promisit ei summum sacerdotiuz in sempiternuz.z sic esset
£ vir plusquā.25.annorum ad hoc q esset animosus z zelans pro deo ad faciendum hec.Etiā qz eodem anno ipse fuit dux cū iosue contra madianitas Nume.13.z tamē non daretur ei ducatus belli nisi esset vir maturus.s.plusq̄.25.annorum.subtrahūtur ergo anni quindecim ad cōplendum.40.dicemus q ad minus natus est phinees anno.15.post introitum in desertum vel exitum de egypto. sed ab exitu de egypto vsq̄ ad mortem samsonis fuerunt anni trecenti nonaginta vnus: z inductum est sequendo cōputationē iepte.ō in isto dubio.ergo erāt trecenti septuaginta quinq̄ anni ad minus a natiuitate phinees vsq̄ nūc. sed tanto tempore non poterat viuere phinees cum rari viuerēt vltra centum annos.ergo fuit ante hoc plusq̄ ducētis octoaginta annis istud factum. Ex predictis rationibus declarantur duo.
Ex allatis rōnib⁹ duo enucleant. Primum est q non fuerunt ista de idolo miche nec de cōcubina leuite post mortē samsonis.z istud manifeste iducit ex oībus rationibus positis. Secūda est q fuerit factum istud pauco tempore post mortem iosue:z ante mortem caleph.nā ista facta sunt antequā caperetur bierusalem de manu iebuseoz vt dicebatur ō.bierusalem tamē capta est paulo post mortē iosue viuente caleph vt patet.ō.p̄mo.c.z tunc nondū erat institutus iudex. nam viuēte caleph nō fuit othoniel iudex: qz othoniel erat frater minoz caleph qui acceperat filiaz caleph in vxorem vt patet iosue 15.z supza.1.c z erat tunc caleph princeps belli z maioris auctoritatis vt colligit ex allegatis.c.ideo tūc nequaquā esset othoniel iudex: sed si aliqs deberet esse iudex potissime esset caleph.
£ nam caleph existente duce belli erat othoniel quasi persona priuata.vnde dixit caleph.qui percusserit cariathsepher dabo ei axā filiam meam. z dicitur q cepit eā othoniel frater caleph minoz preallegatis.c.ergo mortuus erat caleph quādo othoniel factus est iudex.nam dicitur supza.2.q israelite seruierūt domino toto tempore quo vixit iosue z seniores qui post eum longo vixerunt tempore.vnus autē z precipuus de illis seniorib⁹ fuit caleph vt eodem.c.declaratum est.z tamē ante mortē caleph erat capta bierusalem. ergo ante mortem eius fuit idolum miche' z casus de leuita de quo.j.19.z cōsequenter fuerunt hec ante tē-
Alioz pba tio oclonis huius. poza othonielis primi iudicis.s.inter mortem iosue z cōstitutionē othonielis in iudicē quādo nullus adhuc erat iudex. ¶ Alij probant alio modo cōclusionem istam. Primo qz dicitur hic q nō erat tunc rex in israel:sed quilibet quod sibi rectum videbatur faciebat.z accipitur rex pro omnibus iudicibus vt supza declaratum est.ergo nō erat tunc aliquis:z sic erat ante cōstitutionem iudicum:z cōsequēter inter iosue z othonielem. Itez oī sequenti.c.q fuit idoluz miche in tribu dā toto tēpore quo tabernaculum domini fuit in sylo. z tamē si fuit factum illud idolum
Scda. postquā othoniel cepit iudicare non fuit toto tempore quo mānsit tabernaculum in sylo:qz ante hoc posituz fuerat ibi tabernaculum.ergo inter iosue z othonielem fuit istud idolum fabricatum. ¶ Respondēdū q non cōcluditur. Ad primum dicendum q concludit q quādo fuit factum istud idolum nō erat tunc aliquis iudex aut rex actualiter iudicans vel presidens: z tamē nō concludit q ante hoc non fuerint aliqui iudices'. immo stante illa littera poterat esse q accidisset istud post mortem samsonis. Primum istorum patet qz iudices nō succedebāt sibi ita q mortuo vno illico succederet alius:sed erant aliqua tēpora media vt patet supza.3.et.4.et.10.z ibidem declaratū est.z quāq̄ precessissent aliqui iudices poterat in tempore medio inter iudicem z iudicem fieri qō hic dicitur de idolo miche z de cōcubina leuite.z tunc verum esset q nullus erat qui posset illud castigare:sed quilibet faceret qō sibi rectuz videretur. Et hoc patet magis:qz quādocunq̄ aliquis iudex preerat israelite colebāt deminum:z mortuo illo declinabant ad idola vt habetur supza.2.c.z sicut factū fuit istoz qōlz:ita fieret idolū miche. ¶ Secūdū patet qz inter samsonis mortem z iudicaturā beli flurerunt aliqua tempora sicut fiebat in aliis iudicibus:z in illis temporibus poterāt euenire hec. ¶ Secūdū argumētū nō tenet ꝓpter duo. Primum qz cū dicitur q idolum miche mansit in tribu dā toto tempore quo mansit sanctuarium domini in sylo.non est sensus q mansit a principio quādo mansit sanctuariū in sylo. Sed est sensus q quādo defijt esse sanctuarium in sylo defijt idolum miche de tribu dan:vel nō prius cessauit idoluz miche de tribu dan q̄z tabernaculum domini de sylo.ideo dato q fuisset factuz idolum miche tempore samsonis esset verum istud. Secūdū inconueniens est:qz hoc dato oporteret q poneremus fuisse positum idoluz miche tempore iosue in sorte dan: sz istud est falsuz ꝓpter duo. Primo qz nullus cōcedit q tempore iosue talia fierēt eo q ipse talia asperrime corrigeret cū voluerit pugnare cōtra duas tribus z dimidiam:qz fecerunt altare apud iordanem Josue.22.c.Secūdū est qz dicitur hic q tunc nullus rex erat in israel: sed quilibet qō sibi rectum videbatur faciebat.z tamē tempore iosue non faciebat quilibet qō sibi rectum videbatur cum ipse corrigeret ad vnguem peccata:z potissime idolatriaz. Tertiuz addi potest qz quādo ista facta sunt tribus dan habebat sortem:z tamē nōdum habebat possessionem illius:z cetere tribus habebant sortes z possidebant illas vt patet sequenti.c.in principio.z tamē quādo positum est tabernaculum in sylo nōdū habebant tribus israelis sortes quas possiderent:immo nondum distincta erat terra per sortem vt patet Josue.18.vbi dicitur q conuenerunt israelite in sylo z posuerūt ibi arcā domini z sanctuarium:z inde miserunt viros ad considerandum totam terram z describendam eam:z post paucum tempuz redierunt tūc descripta terra:z tunc posite fuerūt sortes pro omnib⁹ tribubus. ergo nondum erant sortes tribubus singulis quādo sanctuariū fuit positum in sylo:z cōsequenter non positum fuit idolum miche in sorte dan in lais quādo fuit locatū sanctuariuz in sylo:sz aliquāto tempore post. ¶ Tenēdū est ergo qō supza dicebatur z rationes ille que ibi a nobis adducte sunt. Hoc idem tenet iosephus quinto antiquitatū ponens historiam de idolo miche:z de vxore leuite. Immediate post mortē iosue z ante othonielez cum plurimum peccasset israel coram domino:z tradidisset eos dominus in manus chananeorum qui abstulerunt inde ascbalonem z achārō z multas vrbes in campestribus:z ipsos vanitas ita expulsos in montes confugere cōpulerunt.eo tēpore fuit vir de monte effraim nomine michas ꝛc. sicut cōtinetur hic.ista hystoria tāgitur supza.1.c. vbi agitur de artatiōe tribus dan quā chananei artauerunt in montibus. Idem tenet hystoria scholastica que iosephum sequitur. ¶ Ad rationes in cōtrariū ra.da. cā hi. respōdendū est. Ad primā cum dicebatur de cōtinuatione littere.dicendū q sepe sacra scriptura vtitur anticipatione z recapitulatione:sicut patet in multis locis.z verum est q nunc̄ est recedendum ab ordine littere nisi ex causa manifesta que cogat.z tamē hic est talis vt probatuz fuit supza. ¶ Ad secūdū dicendū q istud relatiuuz.fuit eo tempore.non refertur ad immediata:sed refertur ad omnia que continentur in toto isto libro. quasi dicetur q dum fiebant ea que narrata sunt in isto libro supza accidit qō dicit hic de idolo miche.z verum est q rationabilius erat referri ad immediata de samsonis morte si littera toleraret:z tamē non potest stare: qa vt probatum est necessario fuit ante samsonem. ¶ Ad tertiam rationem dicēdum q non fuit inter samsonem z beli cū probatum fuerit q fuit ante samsonem.z cum dicitur q inter samsonem z beli fuerunt tempora intermedia nihil differt:qz dato q in illis esse potuerit:ita q fieret in tempore quo nullus iudex erat: tamē non fuit tunc factū vt declaratū est. ¶ Quereꝫ vlterius cū isti trez casus.s. de idolo miche z de ocubina leuite z de ruth: nō fuerit tpe iudicū q̄re fuerit scripti in iudicū libro. ¶ Rñdēdū q sacra scriptura voluit describere hos casus qz vtile erat eos describi.nā sacra scriptura

Rñ ad.2 argumē.

Falsuz ē idolūtpe iosue po sitūfuisse i sorteda 1.rō. 2.rō.

3.rō.

Doc.opi. penes b.

Ad.1.rō nē cābi i diuersū.

d Ad.2. rōnem.

Ad.3.rō nem.

a Qō. 2.

A Qr bi tres casꝰ fuerint scripti in iudicū li bro.

Rñ.adq.

Lōditio i moziḃ⁹ est multiplex.

cra ſcriptura eſt ad inſtruendum hominē in moribus vt deum colat ⁊ perueniat ad vitam eternam. Eruditio autē in moribus multiplex eſt: qz aliquādo fit ponendo regulas quas homo tenere debet in operando: ſicut eſt in libris legalibus moyſi: ⁊ in doctrinalibus. ſ. in libris ſalomonis in quibus documenta moralia multa traduntur. Aliquādo autē erudimur enarrando bona geſta virorū ⁊ malorum peccata: quibus inſtruimur ad bona ſequendum ⁊ mala cognita fugiendum. Aliquādo autē erudimur enarrando premia bonorū ⁊ penas que a deo malis tribuūtur: qz homines potiſſime ſenſuales: ⁊ adhuc animales iuxta aplm: ⁊ ignorantes que dei ſunt his maxime ad bonum vel ad malum ducunt: ideo ſcriptura ſacra ſicut eguit libris legalibus ad ponēdum regulas morū. ita eguit libris hiſtoricis ad deſcribēdū pro ſperitatem deo inherentium ⁊ calamitatem peccantiū: ⁊ iſta eſt cauſa in generali introductionis hiſtoriarum in ſacra ſcriptura.

Peccatū maxie vitādū ē ilege dei.

particulares autē cauſe ſunt alie. ⁊ qz peccatum qō maxime vitandum erat in lege dei erat idolatria: ⁊ pena maxima pro hoc habatur. ponit hic de idolo miche vt poſtea infra ponat de pena que ſecuta eſt occaſione huius idoli. nā cedes illa magna que facta eſt. ī. 20. occaſione huius dicitur facta vt declarabit ibidē. De ruth autē poſitus fuit caſus ꝓpter dauid ad enarrādum genealogiā dauid qui natus eſt de ruth moabitide. quo dato oportuit q iſti tres caſus ponerentur in libro iſto iudicū vel in libro regum vel in aliquo libro per ſe extra iſtos duos. nō fuerūt autē poſiti in libro regum qz liber regum fuit poſt omnia hec longo tēpore: ⁊ non fuit cōueniens interſeri ibi nec poni in principio. Etiā noluit ſcriptura ꝓ ſe facere libū de his cuz aliquo modo pertineant ad librum iudicum: ideo poſuit in libro iudicum. Liber quoq; ruth extremitas iſtius libri erat: ſed hebrei ab antiquo illam particulam a ceteris ſecuerunt libellū per ſe facientes.

Qō.3 A

Qr enarratio iſtorū euētuū i fine buiꝰ libri ſit poſita.

Queretur vlterius cum iſti euentus non fuerint ex actis iudicibus: ſed anteq; inciperent vt declaratum eſt. quare poſita fuit enarratio iſtorū caſuū in fine libri huius. Reſpōdēduz eſt q a principio omnes iſti tres caſus poſiti fuerunt in fine libri huius. ſ. de idolo ⁊ ocubia ⁊ ruth: ⁊ qz ruth videbat eē poſt mortē ſamſonis vt cōmuniter tenetur: fuit finis libri huius cōueniens: qd qō eſt in fine fuit extremū omniū que habētur in hoc libro ſm ordinem naturalem: ⁊ fuit conueniens principium ad id qō habetur in principio libri regum. Reſpōdēdū q ſi ſcriptura voluiſſet tenere ordinem naturalem in narrando debebat ponere iſta. 5. c. que habentur vſq; ad finem huius libri. ſ. de idolo ⁊ cōcubina in principio libri huiuꝰ poſt primū. c. qz ibi fuerūt. ⁊ enarratis eis ſequeretur hiſtoria. 3. c. ⁊ de othoniele: ⁊ deinde eſſet perſecutio vſq; ad mortem ſamſonis ſm q habetur in littera. ⁊ poſt illā poneretur hic tota hiſtoria ruth: ⁊ in illa cōſūmaretur liber iſte. ſcriptura tamē noluit tenere ordinē naturalem ſed artificialem qui magis cōuenit enarrandis rebus vt cōpetentius ⁊ integralius atq; manifeſtius quelibet res enarretur. ſi aūt fuiſſet iſte ordo perturbaretur intētio libri huius: qz liber iſte erat de iudicibus: ⁊ principalis hiſtoria ſua de actibus iudicū eſſe debebat. ſi aūt poſita fuiſſent omnia hec iſto ordine prius veniſſemus ad medietatem libri q̄ quiq; de iudicibus diceretur. Uoluit ergo ſcriptura tenere ordinem artificialem. poſuit oēs iſtos caſus in fine libri: ⁊ in fine omniuz caſuuz ruth: niſi qz hebrei de extremitate huius libri hiſtoriā ruth abſciderunt.

Scriptura nō tenuit ordinē nālē i ſcribēdo libū iudicū ea que eodē tpe iter iſraelitaꝰ fuerūt ſz ordinē artificialem.

Cur non agitur in iſto libro de oibus iudicibus: ſed de quibuſdam in libris regum ſicut de beli ⁊ ſamuele. Queſtio. 4.

A

Queretur vlterius cū iſte ſit liber iudicum cur nō fuit hic poſita hiſtoria omnium iudicū. nā poſt ſamſonez fuerunt duo iudices. ſ. beli ſummus ſacerdos de quo dicitur. 1. Reg. 4. q iudicauit iſrael. 40. annis: ⁊ poſt beli fuit ſamuel de quo dicitur. 1. Reg. 12. q deus miſit iſraelitis iudices qui liberarent eos: ⁊ cōputatur ibi ſamuel.

Cuiuſdaz rñ.ad q.

Aliquis dicet q ſamuel qui fuit vltimus iudicum ſcripſit iſtum librū iudicū: ⁊ qz de factis ſuis ſcribere nō poterat cum hiſtoria ſit ſemper de rebus geſtis omiſit geſta ſua: quoz cauſa iudicū finem fecit in ſamſone. Sed dicenduz q hoc nō ſtat: qz ſtaret iſtud ſi forte ſamuel ſolum geſta ſua omiſiſſet ponere hic. omiſit tamen ponere geſta beli ſummi ſacerdotis: ideo alia cauſa fuit. Item ſamuel poterat ſcribere geſta ſua: qz lz nō poſſet deſcribere oia geſta vite ſue. fuit aūt ipſe iudex quouſq; filij ſui fuerūt ſtituti iudices ab ipſo in ſenectute ſua. 1. Reg. 8. Uel verius quouſq; fuit cōſtitutus ſaul in regē. 1. Reg. 10. nam incipiente tēpore regū ceſſauit tēpus iudicum: ⁊ poſtea vixit ſamuel magno tēpore fere annis 20. iō poterat ſcribere geſta illa. Qz autē poſtea vixerit pz: qz de morte ſua ponit. 1. Reg. 25. ⁊ geſta iudicature ſue ſolū fuerunt vſq; ad. 10. ca. 1. Reg.

i.ī.pba.

Scōa.

Aliquis dicet q omiſit ſamuel geſta iſtorum duorum vt eſſent principia libri regum. nam cum in libris regum ponatur hiſtoria de regibus debet poni aliquid vt prologus. ſ. vnde fuit ortigo reguz: ⁊ quia hiſtoria ſamuelis ⁊ beli fuit quaſi qdam prologus ad hiſtoriam regum: eo q ſamuel reges duos primos iſraelitarum vnxit: debuit omitti hic ⁊ poni in principio libri primi reguz. Iſta ratio erat multū conueniens: quia ſic fit in principio huius libri. ponuntur duo. c. tanq; prologus ad hiſtoriā iudicum: ⁊ incipit hiſtoria in. 3. c. ſic etiā in alijs libris fit: tñ nō ꝯuenit iſta rō ad ꝑſens: qz iſtud teneret ſi ſamuel q ſcripſit librū iudicū ſcripſiſſet libz ꝑmū regū: qz tūc vt ꝯueniēter ordinaretur hiſtoria omitteret aliquid de iudicibus ⁊ poneret in principio libri ꝑmi regum: tamen non ſcripſit ſamuel aliquid de primo libro regum vt declarabitur ſupra tertiū librum regum in prologo auctoris qui ꝑmittitur operi.

Lonfuta.

Doc.rñ.ad queſitum.

Dicendū ergo q ſamuel omiſit iſtaz duaz hiſtoriaz. ſ. ſuā ⁊ beli: qz de ſeipſo nō intendebat: qz ipſe itēdebat dimittere ſuā cum eſſet ipſe ſcriptor libri: ⁊ qz hiſtoria beli ſūmi ſacerdotis erat ſimul cū hiſtoria ſamuelis cum fuerit natus ſamuel ſub beli ⁊ miniſtrauerit coram eo: nec poterat vna enarrari ſine alia vt colligitur. 1. Re. a principio vſq; ad finem. 4. ca. in quibus ponitur hiſtoria beli: ideo omiſit vtranq; hiſtoriam. Dieremias autem qui ſcripſit libros. 4. regum. incepit vbi omiſerat ſamuel in libro iudicum: ⁊ quia hic fuit hiſtoria in ſamſone poſt quem illico fuit beli: repit liber reguz in hiſtoria beli ⁊ ſamuelis. (Fuit eo tēpore vir quidam). Non referas ad mortem ſamſonis de qua dictum eſt ſupra immediate: ſed refertur ad totum librum iſtū: ſcilicet q duz fierent ea que ſcripta ſunt: ſcilicet aliqua eorum: factum eſt hoc quod dicitur de idolo miche. ⁊ debet intelligi pro illis que habētur ſupra primo: quia dum fierent illa ſcilicet viuente caleph factum eſt hoc.

†

Qō.5. A

Quo potuit eē hoc tpe illo. ſ. poſt mortē ioſue.

Queretur quomodo potuit eſſe tempore illo: quia dicitur Joſue vltimo ⁊ ſupra. 2. q ſeruierunt iſraelite domino toto tempore Joſue ⁊ ſeniorum qui longo poſt vixerunt tempore: ⁊ vnus de illis ſenioribus fuit caleph. ergo viuente illo non fieret. Reſpondebitur q lz poſt mortem Joſue ſeruierint iſraelite domino: tamen inter mortem Joſue ⁊ conſtitutionem othonielis in principem iſraelite coluerunt idola: ideo factus eſt othoniel iudex ſupra. 3. c. Reſpondendum q ſi diceremus accidiſſe iſtud inter mortem Joſue ⁊ conſtitutionem othonielis in iudicem: ⁊ non adderetur aliquid alterum ſatis ſtaret q tempore illo quo peccauerunt iſraelite paulo ante conſtitutionem othonielis: ⁊ paulo poſt mortem caleph. ⁊ tunc ſtaret vtrunq: ſcilicet q tempore ſeniorum qui fuerūt poſt Joſue non coluerunt iſraelite idola: ⁊ tamen oportet dici q fuerit iſtud ante mortem caleph cum fuerit ante captam hieruſalez de manu iebuſeorum vt patet infra. 19. ⁊ tamē ante mortem othonielis capta eſt ſupra primo. ergo eo viuente factum eſt idoluz. Concedendum eſt. ⁊ quando dicitur q tempore ſeniorum qui longo tempore poſt Joſue fuerunt coluerunt iſraelite ſemper deum. Dicendum eſt tamen q hoc intelligitur publice: ſcilicet q totus populus non declinabat poſt idola: aut faciebat publice templa ſicut alijs temporibus fiebant: ⁊ tamen in ſecreto aliqui colebant idola. ſic fuit de idolo miche: quia in ſecreto tenuit ille illud in domo ſua ⁊ ibi tenebat ſacerdotem.

Rñ.ad q.

Obiectio

Cum autem obijcitur q poſtea idoluz iſtud poſitum eſt publice in vrbe lais: ⁊ manebat ibi: colebaturq; a ſtirpe dan.

Rñſio.

Dicendum q illud quod dicitur ſupra. 2. intelligitur q vt communiter nō colebantur idola: ⁊ tamen aliqui colebant. ⁊ ſic magna pars tribꝰ dan habitans in lais tenebat ibi idolum ⁊ colebat illud. ⁊ iſtud non potuit caſtigare caleph qz non erat iudex nec ꝑnceps: ⁊ reuerentia eius non abſtinuerunt ab hoc ſcelere filij dan: quia cito poſtq̄ factum fuit hoc mortuus fuit caleph. Uel dicenduz q hoc fiebat quia ciuitas lais erat ſeparata nimis ab habitatione ceterorum iſraelitarum: cum dicatur ſequenti capitulo q iſta ciuitas erat procul a ſidone ⁊ cum nullo hominum habebat communicationez: ideo lz ceteri iſraelite colerent deum iſti colebant idola quia erant ſeparati: ⁊ cenſebantur omnes iſraelite colere deum.

B

Item patet iſte modus loquendi. nam ſupra. 2. dicitur q quando moriebatur aliquis iudex iſraelite declinabant ad idola: ⁊ cum alius incipiebat declinabant ad colendum dominum ita q non colerent idola: ⁊ tamen manifeſtum eſt q toto tempore quo iudices manſerunt fuit idolum miche in terra iſrael: cum dicatur ſequenti. ca. q fuit in lais toto tempore quo fuit tabernaculum domini in ſylo. ſic autem nunc quamq; viri de tribu dan colerent idolum illud tempore ſeniorum qui fuerunt poſt Joſue dicebatur totus iſrael colere deum.

† (Uir quidā de monte effraim).i.habitans in monte effraim:ꝛ
† sic erat iste michas de tribu effraī.(Noie michas.)Iste vocaf michas sine.e.ꝛ ppheta micheaȝ vocaf p.e.istud seruat lra nra. in hebreo aūt aliquādo seruaf differentia:aliquādo nō.nam ille qui est ppheta vocatur semper michea in hebreo.ꝛ iste vocatur hic aliqñ michas siue micha: ꝛ aliqñ micheas sicut ppheta.
† Notāb penes lre huiꝰ exponē. (Qui dixit matri sue.) Cōsiderādum est pro expositione huius q mater miche nō erat bene fidelis deo: ſ adherebat idolis babebatq argenti mille ꝛ cētum siclos siue argenteos quos cōsecrauerat ad faciendū vnū idolum. michas autē furatus est matri sue argenteos istos forte intēdens eā impedire ab idolatria vel ex alia causa.tūc mater miche diligenter q̄rens argēteos arguebatur ꝛ maledixit babētē.post qō michas ne incideret in maledictionē reuelauit matri q ipse teneret argenteos: ꝛ hoc totuȝ debet subintelligi eo q colligitur ex littera.

A Quorūdā rñ. ad q̄st. (An mr miche fuerit dalila que seduxit samsonē. Questio.6.

Queretur de ista matre miche que erat. (Aliqui dicunt q erat dalila cuius rationem assignant qꝛ hic dicitur q separauerat mille ꝛ cētū argenteos:ꝛ tamē dalile dati sunt mille cētū argentei p̄ceden.c. (Sed dōm q istud nō stat.Primo qꝛ vt ꝓbatū est.istud accidit ante tēpora iudicū: ꝛ tamē dalila tēpore samsonis fuit vt p̄z p̄cedē.c.Scō qꝛ fundamentū istud nullū est: qꝛ isti volunt hoc inuētes q argētei dalile fuerint solū mille ꝛ cētū argētei. Sꝫ falsuȝ est qꝛ fuerūt quiq milia ꝛ quīgenti. qō p̄z qꝛ p̄cedēti.c.principes philistinorū venientes ad dalilā dixerunt ei.dabimus tibi singuli mille ꝛ cētuȝ siclos:ꝛ principes erant quiq.ſ.quiq satrape philistinorū siue reges vt p̄z Josue.13.et.1.Reg.6.c.ideo nō erat dalila.Tertiū est qꝛ ista mater miche erat hebrea cū dicatur michas esse de mōte effraim.i.de tribu effraim.dalila tamē erat de stirpe philistinorum vt declaratum fuit p̄cedēti.c.qꝛ alīs nō ausi fuissent venire ad eā satrape philistinorū:qꝛ potius credere deberent q traderet eos in manus samsonis q̄ samsonē in manus eorum si hebrea foret. Jō nō erat ista dalila sed aliqua alia mulier que fuit prius plusq̄ ducētis quinquaginta annis.(Mille centū argēteos quos separaueras tibi).ſ.separauerat eos mater miche a reliq̄ pecunia sua vt de his fieret idolū. Hebrei volūt accipere argenteos.i.siclos eo q sicli erant moneta argētea ꝛ erat vsitata inter israelitas. Sꝫ potius videf q fuerit moneta maioris valoris ꝛ ponderis:eo q.j. dicif q de ducētis argēteis factū est idolum: ꝛ tamē de ducētis siclis fieret valde paruū idoluȝ. si tamē velis tenere q eēnt sicli nō recuso.In hebreo habef.(Argētū qō ablatum fuerat tibi.)Ubi nos dicimus quos tibi separaueras.ꝛ signat littera nostra q mater miche separauerat ad faciendū idoluȝ. littera hebrea signat q furto ablatū fuerat argētū matri miche.(Sꝫ dōꝫ q lra hebraica signat id qō nra: qꝛ fm ꝓprietatē hebraicā signat lra argētū qō sepatū fuerat tibi.i. qō sepatū fuerat a te.ſ.q tu illud sepaueras tibi:ꝛ reddit cū lra nra.(Sup quibus me audiēte iuraueras).i.iurasti q volebas illud ad cōsecrandū deo.vel iuraueras.i.adiuraueras dicēdo ozo deum q quicūq babet argentuȝ istud si mibi nō reddiderit amara cōficiatur morte.ꝛ iste sensus cōsonat magis cū littera hebraica que babet.(Super quo maledixisti ꝛ etiā dixisti in auribus meis).i.maledixisti babētem si nō redderet tibi illud:ꝛ dixisti in auribus meis.i.istā maledictionē dixisti cozam me.ꝛ istud signat lra nra.ſ.me audiēte iuraueras.i.maledixeras.(Ecce ego habeo).i.ego inueni vel accepi.(Et apud me sunt).i.nulli dedi nec expendi ſ retineo apud me.istud publicauit michas qꝛ timuit maledictionē matris super se venturam.

A (Cū mater miche vellet argenteos ad faciendū idolū:an peccaret qui abstulisset vel abscōderet ne fieret idolum.ꝛ an impediens male agere bene agat semper. Questio.7.

Queretur cum ista mulier vellet istos argenteos ad faciendum idolum qō ipsa manifestauerat:ꝛ istud esset malū.si peccaret qui acciperet ꝛ abscōderet illos vel nollet reddere ei.(Aliquis dicet q nō imo q mererer: qꝛ ipsa volebat malū facere: ꝛ subtrabēdo istos argēteos tolleretur ei occasio faciendi malū.prohibere aūt a malo bonū est.(Item siquis vellet alium occidere ꝛ aliquis abscōderet ei gladium ꝛ nollet reddere toto tēpore quo erat iratus nō peccabat:imo merebatur nisi forte subtraheret ei arma pro defensiōe sua vel pro iusto bello.ita erat hic qꝛ tollebaf occasio faciēdi malū: ideo nō erat peccatū. (Respōdēdū q qui acciperet istā pecuniam:aut acciperet pro se ad retinendum:vel animo dandi eā domino suo aliquo tēpore.si primo modo peccatū erat: qꝛ ſ ista mulier iuste merebatur perdere dominiū istorū argēteorū eo q in turpi ꝛ nefanda re expēdere volebat. tamē qui acciperet nō poterat rem istam suam efficere ad hoc q iuste possideret:sicut in p̄scriptione longi tēporis que est cuȝ mala fide ille cōtra quē p̄scribitur meretur perdere dominiū rei eo q longo tēpore negligēs est.qui tamē p̄scribit nō meretur acquirere nec pōt iuste rem suam efficere eo q babet malam fidē ꝛ qō est cōtra cōscientiaȝ edificat ad gehēnam:ideo debet res restitui domino quāq̄ meretur perdere illam. ita bic ſ mereretur mater miche perdere argenteos:tamē nō babebat aliquis iustam causam retinendi:ideo teneretur quicunq baberet illos restituere. Si autē qui acciperet vellet tenere aliquāto tempore ꝛ postea restituere non sufficiebat ad id qō ipse volebat:qꝛ postea poterat facere idolū sicut nunc fecit mater miche redditis sibi argenteis.insuper qui sic accipiebat rem alienā domino inuito ꝛ reclamāte accipiebat ꝛ non babebat aliquā causam sufficientē ad faciendū:ideo peccabat. Nec obstat q sciretur q volebat de illis pecuniis idoluȝ facere:qꝛ etiā si sciam q aliquis vult dare pecuniam ad vsuraȝ non possum accipere illā furtim ad tēpus vel pro semper ne ille det. (Ad primā rationē in cōtrariū cū dicitur q impediens male agere bene agit:sed sic erat hic.Respōdēdum q impedire male agere est bene agere quādo prohibendo vel impediendo nō transgreditur quis metas potestatis sue:vtpote siquis nō iudex vt mala efficaciter prohibeat incipiat exercere auctoritatem iudicis peccat ꝛ grauiter punietur de crimine cōcussionis.aliquin daretur cuilibet potestas corrigendi alterū:nō solū monēdo sed etiā realiter aliqd agendo.ꝛ istud esset introducere inextricabilia scandala:ꝛ turbare totā politiā nec esset aliquid cōtra leges tam periculosum.ideo debet quilibet cōtentus esse terminis potestatis sue.ſ.q cū viderit aliquē velle peccare moneat eū vel dicat iudici potēti prohibere realiter:ipse tamē realiter non ꝓhibeat aliquid efficiendo nisi in crimine qō fortassis est in dānum alterius inuentū: vtpote siquis velit aliū occidere ꝛ sit ꝓpinquus actui.subtrabere autē pecuniā ne male expendaf pertinet ad potentiam iudicis:ideo siquis alius hoc tētauerit peccat mortaliter:ꝛ sm legem humanā agetur cōtra eū vt cōtra furem. (Ad scōm dicēdū q siquis in furore est ꝛ deposuerit penes me gladiū:ꝛ repetat in furore nō teneor illi dare eo q potest se occidere vel aliquē aliū.sic etiā siquis iratus ꝛ nō insanus deposuit penes me gladiū ꝛ petat:quādo video manifeste q est iracūdus ꝛ vult percutere aliquē iniuste possuȝ retinere gladiū. Secus autē est si ille habeat gladium ꝛ velit aliquē percutere ꝛ ego clam surripiam ne aliquē ꝑcutiat qꝛ istud est maius:qꝛ non reddere depositū in casu est quasi elidere petētem per modū exceptionis.accipe autē ab eo qui babet ne percutiat aliū est oīre cte agere vel habere iurisdictionē.facilius autē est q cōpetat alicui exceptio q̄ actio. ꝛ maxime qꝛ ista nō solum vt actio ſ magis vt iurisditio.ſ.ga ꝓpria auctoritate aliqd fit:ideo siquis alicui nō insano quāq̄ irato voleti aliquē percutere surripiat gladium ꝛ teneat per aliquot dies ille nolente videf peccare vel si ei violenter excutiat de manu.Secus autē est in furioso:qꝛ cum quis viderit furiosum insanū siue tenētem gladiuȝ licite pōt ei accipere reclamāti nec fit ei iniuria eo q nescit ille gladio vti:ꝛ verisimile est q semel aliū trāsuerteret.iratus autē qui nō est insanus pōt vti gladio sapienter:ꝛ quāq̄ videaf aliquid velle facere pōt facere cōtrariū timore ductus vel prudētia in cōtrariū inclināte:ideo eripere ei gladiū violenter vel clā videf esse peccatum.pōt tamē glibet impedire volētem peccare:vt siquis velit aliuȝ occidere possum ꝛ debeo adiuuare eū qui inuaditur ad defensionē:ꝛ tunc licet mibi accipere violēter gladiuȝ de manu alterius:qꝛ tunc nō ago vt exercēs actū iurisditionis ꝓhibendo sed actū persone ꝓpinate defendendo. (Quereſ vlterius an ista mater miche maledicēdo acceptorē argenteoꝝ suoꝝ peccauerit:ꝛ an maledictio posset ligare furē istum. Respōdēdum q mater miche peccabat dupliciter.[a] Primo qꝛ maledicebat ꝓpria dictum est.ꝛ tamē aliquo modo adiuuabat eam ad nō peccandum disturbando ab opere:ideo potius debuisset benedicere faciēti boc.[b] Scō peccabat qꝛ dato q fuisset reꝰ ita licita:vt pote grauaretur mater miche ꝛ nō impediretur ad peccandum nō debebat maledicere:qꝛ maledictio vetita est nisi bis qui prē sunt iurisditioni: ꝛ in aligbus casibus possunt maledictionē in penam infligere.alijs vero.ſ.personis priuatis raro licet maledicere. de quo plene declaratum est supra.9.c. ꝛ casus matris miche:ꝛ non ponitur inter illos in quibus licet maledicere. ergo peccabat maledicendo. (Ad secundum dicendum q ſ mater miche peccaret maledicendo: tamen capiens pecuniam

istam

Jm ꝓba. 1.rō 2.rō.

3.rō.

Doc.rñ.ad q̄stū.

Hebreoruȝ opinione siclis.

† Lra in hebreo.

Opio ooc.

† † † † †

Luiuſ.rō.i diuersum. 2.rō.

Rñ.ad q̄.

Ad.1.rō nē in diuersum.

Ad.2.rō nem.

Qō.8 A An mr miche maledicē do acceptorē argēteoꝝ suoꝝ peccauit. [a]1.rō. [b]2.rō.

Rñ.ad aliud q̄.

ſſtam poterat ligari: qz capiens peccabat vt ſupza dictū eſt. z ad inferendum penam alicui deus nō aduertit an ille qui cōtra aliquem petit digne petat: ſed an cōtra quē petitur mereatur maledici. ſicut iudices nō reſpiciūt an accuſator bono animo petat vel accuſet: ſed an accuſatio iuſta ſit: qz tunc cōdēnabitur accuſatus. vnde ſiquis petat mala venire ſuper aliquē qui meretur illa lz petens petendo peccet deus inducet mala qz meretur iſte cōtra quē petitur: z tñ inducet mala ſuper petentē qz iniuſte petit. ita hic mater michē iniuſte maledicebat: z tamen filius eius michas vel quicunqz alius raptor merebatur maledici: ideo deus ſuper vtroſqz maledictionem induceret z penā. (Cui illa reſpondit. benedictus filius meus domino). i. benedicatur a domino: qz timens maledictionem z quaſi obediens ei reſtituit pecuniam. (Reddidit ergo eos matri ſue). ſ. iſtos mille centuz argenteos. non quidē realiter reſtituit: ſed ſe ad reſtituendum parauit. nam infra habetur q̄ reſtituit: qz tamē q̄ preſto eſt cū ſaculo ad reſtituendū: z ſolum dependet a receptore an velit immediate recipere dicitur iam reſtituiſſe. Jn hebreo habetur ſupza. (Ecce argentum meū accepi ego.) Ubi dicit littera noſtra. ecce ego habeo: z apud me ſunt. ſ. littera hebraica ſignat magis q̄ michas induſtrioſe acceperit dum dicat accepi. z noſtra dicit habeo. Jtē hebreus habet. (Reddidit mille centum argenteos matri.) Ubi lra noſtra dicit. reddidit eos matri ſue. z idem eſt. (Que dixerat ei. cōſecraui z voui argentuz iſtud domino.) Cōſecrare eſt aliquid deo dedicare ſeparādo ab humanis vſibus. Vouere eſt obligare ſe ad firmiter faciendum id qō ꝓpoſuit. accipitur aūt hic deus pro demone. nā deo vero nō fiunt idola cū ipſe vetuerit Exo. 20. z Deut. 4. et. 5. c. (Ut de manu mea ſuſcipiat filius meus). i. volo vt ſemel mihi reſtituat filius meus ne cadat in maledictionē. deinde ego reddam ei ad faciendū iſta: z tunc poterit licite accipere. Jn hebreo habet. (Sanctificans ſanctificaui de manu mea pro filio meo). ſ. vt filius meus faciat de illo idolum. z de manu mea. i. vt filius meus ſumat illud de manu mea ad faciendum. z idē ſignat qō littera noſtra. (Et faciat ſculptile atqz cōflatile). i. faciat idolum ſculptile z cōflatile. Aliqui putāt ſculptile z cōflatile eſſe vnuz idolum. Alij autē putant eſſe duo. Nam ſculptile dicitur a ſculpendo: qz dolatur z caatur atqz percutitur z percutiendo limatur: z recipit debitā figurationem. Cōflatile vocatur qz per cōflationē fit. ſ. opere fuſorio cū cōflatur metallum: z liquidum fluit in vacuaz imaginē cuius recipit ſimilitudinē: Et volunt quidā quoddā idoluz iſtorum factum eſſe per cōflationem ſolā: z aliud per ſolā ſculpturā opere productili vel malleatorio ſicut cādelabruz: z oia que facta ſunt de auro z argento in tabernaculo domini fuerunt pro ductilia z nō opere fuſorio vt p3 Exo. 25. c. Qui autē ponunt ſic habēt fundamētum ex lra que dicit iſta tāqz duo diſtincta. ſ. faciat ſculptile atqz cōflatile. Jtē ſequēti. c. viri de tribu dā dixerunt. noſtis q̄ in domibus iſtis ſit ephod z theraphim z ſculptile atqz cōflatile: z poſuerunt illa tāqz duo. Qui autē ponūt iſtud fuiſſe vnicū idolum debent dicere q̄ fuit factum dupliciter. ſ. q̄ primo argentū cōflatuz eſt in igne z incidit opere fuſorio in formam idoli: z ibi recepit figuram: poſtea vero vt magis limatuz eſſet fuit percuſſionibus ſculptum vt aptius eſſet z lucidius nullaqz rugoſitas aut diſcōuenientia ptiū maneret in eo. Et iſtud ſe cūdū eſt verū. qō p3 qz dr. j. q̄ mater michē dedit argētario duos vt faceret ex eis ſculptile atqz cōflatile qō fuit in domo michē. ſi tamē eſſent iſta duo idola diceret. que fuerunt in domo michē. Jtem dicitur imediate. qui ediculaz quoqz in ea deo ſeparauit. ſi tamē eſſent duo ſculptile z cōflatile diceretur. qui ediculā eis ſeparauit. Jtem p3 qz lz cōmuniter ponat idolum z ſculptile. ſolū tamē aliqñ ponit ſculptile ſolū ad ſignificandum q̄ idem ſit vt ſequēti. c. dicit q̄ poſuerūt in vrbe lais ſculptile z ſacerdotes. Jtem dicitur ibidē q̄ manſit idolum michē in vrbe lais toto tēpore quo fuit tabernaculū domini in ſylo. ſi tñ fuiſſent duo nominarent tāqz duo diſtincta. ¶ Sz obijcitur q̄ michas clamauit ad viros dā dicens. deos meos quos mihi feci tuliſtis ſequēti. c. ergo erāt duo. ¶ Reſpōderi pōt dupliciter. Uno modo q̄ ibi accipiūtur dij nō pro ſculptili atqz cōflatili que eſſent duo: ſed pro ſculptili z teraphim. nā theraphim differebat a ſculptili vt. j. declarabit. Alio modo pōt dici q̄ vocat oēs deos ſuos vnū deum: qz iſte eſt modus loquēdi hebreus q̄ ponatur interdum plurale pro ſingulari. ſic p3 Exo. 32. c. ſ. ecce dij tui iſrael qui te eduxerūt de egypto. z tamē manifeſtuz eſt q̄ ibi vnicus erat deus fabricatus. ſ. vituluz. ita hic de vnico ſculptili dicit pluraliter dij. Jn hebreo dicit hic. (Ad faciēdū idolum z metalluz.) Eſt. n. hic quedā dictio quā hebrei cōmuniter exponunt pro metallo: z tñ eſſet ſenſus iſte valde inconueniens: quia nihil eſt dictu facere idolum z metallum. Dicunt autē quidam q̄ vocatur idolum quantum ad partes puras. z vocatur metallum quantum ad partes impuras. ¶ Sed etiam iſtud nō ſtat: quia infra dicitur q̄ dedit argentario ducentos argenteos vt faceret ex eis ſculptile atqz conflatile. z ponitur ibi ſm hebreos id quod hic. ſ. idolum z metallum: z tamen argētei illi nō poterant dari ad faciendum idolum purum z impurum: quia aut erant iſti argentei de argento puro: aut non. Si erant de puro argento non poterant ipſi dari ad faciendum idolum purum z partim impurum: quia de puro non fit niſi puruz. Si autem erant argentei impuri non poterant dari ad faciendū idolum purum: ideo non ſtat iſte modus loquendi. ſed accipitur illa dictio neceſſario pro aliqua liquefactione ſm quam metalla componuntur in figuraz ſimulachri. z ſimilis modus loquendi eſt Exo. 32. c. nam vbi dicit littera noſtra vitulum conflatilē. dicitur in hebreo. vituluz z metallum. z eadem dictio ponitur vbi nos dicimus opere fuſorio. (Et tunc tradam illud tibi). Jſtud dixit mater filio. ſ. redde mihi argentum quod habes quod ego voui ad faciendum ſculptile: z cum reddideris ego tibi reddam vt iuſte de manu mea accipias. (Reddidit ergo mri ſue). Jdeſt tunc reſtituit michas matri argenteos: quia prius lz eſſet paratus ad reſtituendum tamen nondum reſtituerat. (Que tulit ducentos argenteos: z dedit illos argentario). Dicitur q̄ dedit argentario: z prius dicebat q̄ volebat mater michē tradere ei ad faciendum idolum. Hoc fuit quia forte michas noluit iſtud facere horrendo idolatriaz. Sed falſum eſt quia infra ponit quomodo ipſe coluerit iſtud idolum z fecerit vnum de filijs ſuis ſacerdotem. Sed forte noluit ſumere laborem faciēdi: z tradidit argentario mater eius. ¶ Queretur quomodo dicit q̄ dedit ducentos ſiclos argentario: quia ſupza dixerat mater michē q̄ conſecrauerat argentum iſtud domino: ſcilicet mille z centum ſiclos: z nunc ſolum dedit ducentos. ¶ Reſpondit Rabi. canchi. q̄ iſtos ducentos dedit mater michē argentario in mercedem pro fabricatione: z alios nongentos ſuperſtites tradidit ad faciendum ex eis idolum. ¶ Sed iſtud nō ſtat: quia dicitur in littera q̄ tulit iſtos ducentos argenteos z dedit argentario vt faceret ex eis ſculptile. ergo non dabantur iſti pro mercede ſed in materiam operis. ¶ Dicendum ergo q̄ mater michē conſecrauerat deo omnes iſtos mille z centum argenteos: tamen non expendit omnes in idolo: ſed ducentos expendit in fabricando illud. alios autem in faciendo ephod z theraphim: z veſtes ceteras ſacerdotales: z ediculaz deo z cetera que pertinebant ad cultum idoli illius: z quocunqz modo poterat expendi iſta pecunia conſecrata idolo: duz tamen expenderetur in cultu idoli. ¶ Queretur vlterius an peccaſſet mater michē poſtqz vouit iſtud argētū idolo ſi nō dediſſet. [2] ¶ Rñdēduz q̄ vota ſunt triplicia. qdā ſunt mālfeſte de bono. qdā de manifeſte malo. z qdā de dubio. Prima vota ſunt idiſtincte tenēda: z obligamur ad illa ſoluēda z cito: aliogn reputaret nobis in peccatuz Deutero. 23. c. De votis dubijs. ſ. q̄ pñt hz̄e bonū vel malum euentū reſpiciēdus eſt ipſe euētus: z ſi bene eueniat ſeruanda ſunt. ſi autē mala nō iunt tenēda. ſic p3 in voto iepte q̄ vouit offerre dño quicqd p̄mo egrederet ei obuiaz de domo ſua redeunti de bello in pace. poterat iſtud votum habere bonuz euētum ſi aliquid extiuiſſet in occurſum qō eſſet animal imolaticiū. poterat habere malum euētum ſi occurreret res non imolaticia vt homo vel canis. ſi primū accideret ſeruare debebat votum. ſi ſcōm non debebat ſeruare illud: z quia accidit in malam partem. ſ. quia occurrit ei filia ſua que nō erat animal imolaticium non debebat ſeruare: z quia ſeruauit fuit ſtultus in vouendo z impius reddēdo vt ait Hieronymus. vota autē que ſunt manifeſte de malis: vt colere idolum vel fornicari: non ſunt tenenda: qz nec ſunt vota cum deus nō acceptet talia que ſunt otra eum. non tamē cauſatur obligatio ex ſtipulatione niſi acceptet ille cui aliquid ſtipulamur. z quia manifeſtuz eſt q̄ deus non acceptat mala que ꝓmittimus ꝓpter duo. [1] Primo quia mala ſunt: z dato q̄ poſſent mala eſſe in fauorem dei nō acceptaret illa: qz mala ſunt cum ipſe iuſt⁹ ſit z oderit iniquitatē. [2] Scōm eſt quia nemo acceptat ſponte qō contra ſe eſt: z tamen mala directe repugnant deo: ideo q̄ aliquis velit ſe obligare p votuz ad aliqō malum faciendū: impoſſibile eſt q̄ obligetur. tale autez erat iſtud votum de faciendo idolū de argēto. Jdeo dicendū q̄ cōplendo votum iſtud peccabat mortaliter mater michē: qz iſtud malū erat z per votū nō poterat effici licitū. Etiā peccabat vouēdo: z hoc dupliciter. primo qz ad malū ſe obligare volebat diſponēdo ſe ad illō.

Impzobō opionis de idolo. D

Qō. 9. A

Qūo dicit q̄ dedit ducētos ſicloz argētario. Ra. ſa. canchi rñ. ad queſitum Impzoba.

Doc. rñ ad queſitum.

Qō. 10 A

An peccaſſet mr michē poſtqz vouit iſtud argētū idolo ſi nō dediſſet.

[2] Rñſio ad queſitum.

Hieron.

B

Duplici de cā de⁹ñ acceptat mala a nob̄ pmiſſa.

[1] 1. cā.

[2] 2. cā.

Lra i hebreo.

Lra i hebreo.

Uarie opiniones peneſſcultile z cōflatile.

Obiectō

Rñ. duplex.

Lra i hebreo.

rum:lz iudicia astrozum non sint ex tanta necessitate vt incuita biliter debeamus eis assentire:qz interdum propter nos qui nō plenam cognitionem ⁊ experientiam de efficacia corporum celestium:⁊ significatione habuimus vt ait Ptolomeus in Almagesti ⁊ interdum propter varietatem actuum humanorum ⁊ libertatem:q̄ tantū fugiunt a regula corporum celestium quantus accedunt ad arbitrij libertatem que nullis legibus tenetur nisi diuinis:necesse est vel saltem contingit nos in quibusdam astrologicis iudicijs deficere.sed qcquid sit manifestum est ꝙ iudei non inquisiuerunt hoc modo de virginitate feminarum Jabesenarum qz iudei temporis illius erant valde rudes:qz istud accidit pauco tempore post mortem Josue anteq̄ essent iudices aliqui in israel vt declaratum est.s̄.19.⁊ tunc nulla peritia erat in iudeis.nam etiam ipsam legem planam qua toti die dirigi debebant non intelligebant vt patet in obligatione iuramenti nunc facti qō putauerunt tenere:⁊ cōmiserunt multa ridicula circa hoc vt declaratū fuit.s̄.in ḡbusdā questionibus. ¶ Alius modus cognoscendi virginitatem est per quendam lapidem p̄ciosum:qui si ponatur in aqua ⁊ biberit mulier de illa aqua si fuerit virgo manebit immota.si autez cognita viro cogetur vrinare etiam si conetur retinere. Et ista erat cognitio satis leuis. ¶ Alius modus cognoscendi est vulgarior per aspectum ⁊ tactum matronarum lz in hoc interdum fit error:qz sepe manus fallitur:⁊ oculus obstetricum vt patet extra de probationibus. c.causam matrimonij. ¶ Credendum est autem ꝙ istum modum v..mum tenuerunt iudei:qz erat facilis ⁊ frequentatus:⁊ vt facilius expedirent acciperent omnes puellas paruulas que erant in etate in qua nondum poterant cognosci a viris:⁊ quātum ad illas nullum facerent experimentum.in ceteris autem adultis de quibus poterat esse dubium sicut in istis quadringētis virginibus starent iudicio matronarum quas isti viri ducerent secum aliunde:⁊ non de vrbe Jabes: qz omnes Jabesene matrone occise sunt. ¶ Queretur vlterius de eritu vrbis Jabes cum nūc deleta fuerit qd postea de illa fuit.ꝫ ¶ Respondendum ꝙ in Jabes soli viri cuiuscunq; etatis :⁊ femine cognite viris perierunt:ciuitas autem non fuit diruta:nec succensa:nec preda aliqua inde capta est. Nam ciuitates que destruebantur cum habitatoribus suis erant ille que ponebantur in tumulos eternos:⁊ iste erāt que subijciebantur anathemati.sicut fuit ō vrbe Hierico in qua nulli postea licuit muros cōstruere Josue.6.sic etiam de vrbe Hay que lz non fuerit subiecta tali anathemati:tamen posita est in tumulum eternū Josue.8.in ciuitatibus autem que subdite erant semel israelitis:⁊ habitabantur ab eis nulla subijciebatur anathemati nisi propter idolatriaz vt patet Deutero.13.in Jabes autez non fuerat idolatria ideo non erat ponendum anathema. Aliquando tamen vrbes alique israelitarum sine anathemate perierunt sicut fuit de vrbibus beniamitarum nunc:qz israelite succenderunt omnes vrbes eorum ⁊ viculos vt patet precedenti.c.Sed istud non fuit propter anathema positum sed propter magnam iram israelitarum contra beniamitas. Contra iabesenos autē non erant cātante iracundie:qz non leserant israelitas pugnando cōtra eos ⁊ occidendo multos de illis sicut fecerant beniamite: sed solum subtraxerant eis auxilium vel non impenderant:⁊ sic erant digni minori pena:vnde ipsi occisi sunt sed ciuitas non fuit deleta:⁊ q̄q̄ nūc nō māserit in ea habitator tamē paulopost habitata fuit. Nam tempore Saulis erant viri in Jabes Galaad contra quos pugnabat Naas rex amonitarum ⁊ liberauit eos Saul ab obsidione.1.Regum.11.⁊ moriēte Saule etiam erant habitatores ibi .nam illi abstulerunt cadauera Saulis: ⁊ filiorum eius de muro Bethsan:⁊ sepelierūt ea in nemore Jabes vt patet primo Regū vltimo:⁊ primo Paralipo.10.c. Potuit autem populari ista ciuitas dupliciter.Uno modo ꝙ proping virorum Jabes.s.de sua tribu ⁊ familia qui tamen habitabant in alijs locis succederent tanq̄ ab intestato ⁊ illi inciperent habitare in Jabes ⁊ possidere relicta a iabesenis ¶ Alius modus erat ꝙ virgines iabesene traderētur in vxores aliquibus viris ⁊ filij inde nati succederent in possessione iabesenorum. sed qd sit verum de his dicetur sequenti questione.Quicquid autē borum fuerit ciuitas Jabes postea fuit habitata sicut prius.

¶ Queretur vlterius quid factum est de spolijs vrbis iabes.s.de omnibus rebus mobilibus que ibi erant.Et etiam de agris vrbis per quem postea possessi fuerint.Et quis postea vrbem populauerit.¶ Aliqui putant ꝙ illi qui erant propinquiores Jabesenis de tribu sua ⁊ familia ⁊ habitabant in alijs vrbibus succederent nunc in omnibus bonis iabesenorū mobilibus:⁊ immobilibus:qz ab intestato isti videbantur succedere. ¶ Sed dicendum est ꝙ non stat:qz modus succedendi in veteri testamēto erat ꝙ existētibus filijs ipsi succederent:⁊ nulli alij nec etiaz filie dato ꝙ multe essent. Si autem nō extarent filij succedebāt filie:⁊ illis non stantibus vertebatur hereditas ad patruos:quibus non stantibus voluebatur ad propinquiores in gradu. nūc autem Jabeseni nullos filios habebant:qz omnes occisi fuerūt. manebant autem filie:qz oēs virgines reseruate sunt: iō ad illas pertinebat successio ſm legem que habetur Numeri.27. Modus autem istius successionis fuit:quia virorum Jabesenorum quidam habuerunt filias virgines nūc occisi sunt:⁊ alij nō. qui autem habuerunt illas erant dupliciter: quia quidam habuerunt paruulas que non erant puberes:nec proxime pubertati:⁊ iste non poterant dari beniamitis in vxores. Alij habuerunt filias virgines puberes: vel pubertati proximas. De illis que non erant puberes nec pubertati proxime dicendum ꝙ nō fuerunt date beniamitis in vxores:sed fuerūt reseruate a viris tribus sue:⁊ quando peruenerunt ad pubertatem date sunt in vxores viris de tribu sua ⁊ familia:⁊ ipse succedebant in bonis paternis mobilibus⁊ immobilibus cum patres earum non fecissent testamenta nec distribuissent legata:⁊ cuz accepte sunt in vxores a viris de tribu sua habitauerūt ipse ⁊ viri sui in Jabes:⁊ sic ciuitas denuo habitata est: vel saltem aliqui filij nati de illis in quibus reseruaretur nomen auorum venirent ad habitandum in Jabes. Et hoc verius est sicut declarabitur infra. virgines autem que erant in etate nubili date sunt beniamitis quadringente.s.⁊ iste habitauerunt cum viris suis in sorte beniamin in vrbibus eius. Nam illi venerunt in Sylo: ⁊ ibi date fuerunt eis iste vxores : ⁊ abierunt cum eis in terram suam vt patet infra in littera.⁊ iste successerunt patribus suis in hereditatem tam in bonis mobilibus q̄ immobilibus:sed non habitauerunt ipse in Jabes sed in sorte beniamin. Aliqui tamen de filijs earum venerunt in Jabes ad habitandum.s.illi qui successerunt in bonis auorum maternorum: ⁊ in quibus reseruatum est nomen stirpis eorum . Alij erant viri Jabes qui non habebant filias virgines quando occisi sunt:⁊ isti non potuerunt habere successores nisi de transuersalibus:⁊ videtur ꝙ virgines ille que reseruate sunt successerint etiam istis eo ꝙ iste essent propinquiores in gradu viris mortuis q̄ alij viri de habitantibus extra Jabes Galaad. vel si cōtingeret ꝙ alij eēnt de cognatione occisorum propinquiores habitantes extra Jabes illi succederent. ⁊ iste fuit modus successionis in hereditate virorum Jabes occisorum:⁊ populationis vrbis de nouo. ¶ Sed obijcietur ꝙ viri Jabes non potuerunt habere aliquos successores de cognatione sua ab intestato:qz ipsi erant damnati pro crimine:⁊ non poterant relinquere heredes.sic colligitur Nu.27.cum filie Salphaad petierunt ꝙ succederent patri suo in hereditate terre chanaan vt non periret nomen patris earum:⁊ ad hoc allegauerunt dicentes:pater noster mortuus est ⁊ non fuit in seditione Chore que suscitata est contra dominum:quare ergo delebitur nomen eius in progenie sua:quasi dicat si fuisset in seditiōe sua nō possent ei succedere filie sue:nec posset relinquere alios.⁊ cum excluserunt istum casum filie eius dixerunt quare ergo delebitur nomen suum:quasi dicat cuz non fuerit in seditione illa non est aliqua causa quare filie eius careant successione.Si autem crimen istud nō inhabilitaret euz ad succedendum vel successores dimittendum non allegassent hoc. ita ergo esset de alijs criminibus:quia inhabilitabant potissime cū istud peccatum iabesenorum esset contra deum qz impediebat correctionem:⁊ penam criminum que infligebatur propter honorem dei. ¶ Respondendum ꝙ viri Jabes potuerūt habere successores:⁊ habuerunt de iure ⁊ necesse erat ꝙ haberent:quia alis confunderetur diuisio tribuum ⁊ sortium ⁊ fieret contra legem dei vt magis immediate declarabitur. Et cuz obijcitur ꝙ fuerunt damnati pro crimine:ideo ꝙ non poterant relinquere heredes non tenet:quia etiam damnati de crimine apud hebreos poterant habere successores saltem in bonis immobilibus.Et cum dicitur de Salphaad respondendum ꝙ si ipse fuisset in illa seditione que suscitata est contra dominum sub Chore non potuissent filie sue succedere ei in hoc qō petebant. Et tamen dato ꝙ peccassent iabeseni tam grauiter sicut salphaad poterant relinquere successores.magna enim differētia est in vtrisq;:qz Salphaad agebat de lucro captando ⁊ Jabeseni de non perdendo qō tenebant.facilius tamen ⁊ pro minori crimine quis excluditur a lucro obtinendo q̄ si priuetur bonis possessis:quia turpius eijcitur q̄ non admittitur bospes.

extra

Ptoleme⁹

Nota q̄re iudicia astrologica sepe fallūt ⁊ multa mētiunt poete ⁊ astrologi

L

Potest cognosci virginitas per quendā lapidem.

Ali⁹ mod⁹ cognoscēdi v̄ginitatē.

D

Notandū.

Qō.27

A

De eritu vrbis Jabes cū nūc delata fuerit qd postea fuit de illa.

ꝫ Rñsio ad quesitum.

B

Jabes potuit dupliciter populari.

Qō.28

A

Quid fiēt de spolijs vrbis Jabes Nōnulloꝝ rñsio ad q̄stum.

Impro-batio.

B

Modus successionis in hereditate virorum ciuitatis Jabes.

Obio.

L

Rñsio. Si viri Jabes nō habuissent successores cōfunderetur diuisio tribuum.

extra de iureiurando.c.quanto.ꝛ sepe iuriste talem distinctionē faciunt. ꝛ sic facilius excluderentur filie Salpbaad q̄ virgines iabesene. ꝛ patet boc qꝛ israelite exeuntes de egypto ibant ad possidendum terram chanaan quam deus promiserat eis ꝛ iusserat ꝙ diuideretur eis per sortes Numeri.26. cōtingit aūt mori Salpbaad in deserto ꝛ sic nondum acquisiuerat aliquaz partem hereditatis in terra chanaan:qꝛ nondum erat requisita per hebreos sed erat sub expectatione:ꝛ habebat ius ad rem sub conditione.ſ.si eueretur terra de manibus chananeorum: ꝛ qꝛ istud ius expectationis videbatur extinctum cuz ipso Salpbaad petierunt filie eius subrogari in illo iure:ꝛ ꝙ daretur
D eis possessio in terra chanaan que danda erat patri suo si acqreretur de manibus chananeorum:ꝛ ob boc si Salpbaad peccasset facilius erat priuari eum isto iure expectationis:ꝛ consequenter filias suas que petebant subrogari in locum eius q̄ si iam possideret Salpbaad aliquā partem terre. In Jabesenis autem secus erat:qꝛ illi possidebant iam actualiter partes suas in terra chanaan:ideo q̄q̄ peccarent non erant excludendi ab eo qō possidebant pp crimen:sicut Salpbaad posset excludi a iure expectationis qui realiter nibil babebat.ꝛ sic etiam filie ia besenorum non debebant excludi a successione propter peccatum patrum suorum si successerint in bonis omnibus eorum.
Scō. ¶Secundo pz qꝛ si inter israelitas pro peccato patrum priuarentur filij successione fieret contra legem dei.nam deus iusserat Num̄.36.ꝙ manerēt tribus ꝛ familie distincte sicut ipse distinxerat eas: ꝛ ad boc fecit ꝙ viri non acciperent vxores de alijs tribubus sed de suis ne transiret hereditas de tribu in tribum:ꝛ maneret ꝛ fieret confusio sortium: sed manerent sortes ꝛ tribus distincte sicut deus eas distinxerat.e. c.si tñ damnati p crimine non possent relinquere beredes nō succederent eis alii qui de cognatione ad quos pertinebat succedere ab intestato sed transiret possessio ad viros aliarum tribuum in penam criminis:ꝛ fieret confusio distributionis sortium:nec manerent sicut deus illas distinxerat: ꝛ sic per vnam legem repugnaretur alteri: qō nullo modo esse debet :potissime qꝛ deus nimis instebat circa boc ne confunderentur tribus sed sciretur de quolibet de qua tribu ꝛ familia esset:ꝛ boc non poterat sciri nisi sortes hereditatis manerent semper in illis tribubus ꝛ familijs in quibus aliqñ manserant .sicut fit in bonis que sunt de iure primogeniture:qꝛ illa nullo modo possunt transire de vna familia
E in alterā:ideo necesse ē ꝙ q̄q̄ aliquis esset damnatus de crimine inter hebreos maneret semper filijs ꝛ posteris suis vel cognatis ius succedendi.bene tñ potest dici ꝙ quantum ad se priuaretur iure faciendi testñ:ꝛ distribuendi legata de bonis mobilibus:immo poterat priuari omnibus bonis mobilibus in penam sed non bonis immobilibus.Et ratio est qꝛ lz priuaret̄ bonis mobilibus non fiebat contra legem nec sequebatur aliquod
Distictio tribuum fit p bona imobilia. inconueniens:qꝛ distinctio tribuū ꝛ familiarum non fit per bona mobilia cum illa pereant ꝛ alterentur: sed per bona immobilia:ideo q̄q̄ auferantur alicui in penam omnia bona mobilia nibilominus maneret distinctio tribuum ꝛ familiarum.ꝛ sic
Tertio. virgines Jabesene non debebant priuari successione patrum suorum saltem q̄tum ad immobilia. ¶Tertio pz qꝛ manifestū est ꝙ viri beniamin magis peccauerunt q̄ Jabeseni: qꝛ illi fecerunt nephas contra leuitā: ꝛ postea pugnauerūt cōtra israel ꝛ occiderunt plurimos.ō.19.ꝛ precedenti.c. iabeseni autem solum peccauerunt non adiuuando israelitas:ꝛ tamen viri beniamin qui manserunt.ſ. sexcenti possederunt totam terram beniamin:ꝛ ipsi ꝛ successores eorum repleuerunt illam postea nec quisq̄ de alijs tribubus occupauit aliquid de illa.qō pz: qꝛ ꝙ
Joseph⁹ s.antiq. isti sexcenti viri edificauerūt ciuitates:ꝛ habitauerūt in eis.ꝛ tñ manifestū est ꝙ isti sexcenti añ boc nō habebāt plures ciuitates:ꝛ tñ nūc edificauerūt ciuitates.ergo videtur ꝙ maiorē terrā
Quarto. habuerūt nūc q̄ prius: ꝛ sic succedūt alijs mortuis.ꝛ magis declarat Joseph⁹.5.antiq.ergo Jabeseni ꝙ min⁹ peccauerāt potuerant relinquere successores in bonis suis. ¶Quarto pz qꝛ dato ꝙ pro aliquibus peccatis grauissimis possent priuari israelite iure relinquendi beredes qō falsum est:tñ non esset boc pro quolibet peccato: qꝛ Salpbaad cōmiserat aliqua peccata:ꝛ p illis non crediderunt filie sue ꝙ deberent priuari iure relinquēdi successores dum non tñ fuisset in contentione illa que suscitata est contra dñm sub Ebore vt pz Num̄.27.cum dixerūt pater noster in peccato suo mortuus est:ꝛ non fuit in seditione q̄ concitata fuit contra dñm sub Ebore:quare ergo delebitur nomen suum:ꝛ nō obstante ꝙ mortuus fuisset Salpbaad ,p peccato suo deus iudicauit ꝙ iustum petebant filie Salpbaad eo. c. ergo non propter quodlibet crimen damnati priuantur iure relinquendi successores.ꝛ sic cum iabeseni non cōmiserint maximum crimen:qꝛ non fuit tantum sicut concitatio facta cōtra dñm in deserto ad tollendū summū sacerdotiū Aaron: ꝛ alias ordinationes ministrorum quas deus fecerat .iō lz mereretur Salpbaad iure relinquēdi successores cū minus peccauissent.ꝛ sic tenenduz est ꝙ talis fuerit successio in bonis Jabesenorum qualis supra descripta est.

¶Diseruntq; nuncios ad filios beniamin q̄ erant in petra rēmon: ꝛ preceperunt eis vt eas susciperent in pace. Veneruntq; filij beniamin in illo tempore: ꝛ date sunt eis vxores de filiabus iabis galaad:alias autem nō repererunt quas simili modo traderēt. Vniuersusq; israel valde doluit ꝛ egit ✝ penitentiam sup interfectione vnius tribus ex israel. Alis ✝ penitudinem. Dixeruntq; maiores natu. Quid faciemus reliquis qui non acceperūt vxores? Omnes in beniamin femine conciderūt: ꝛ magna nobis cura ingentiq; studio prouidendum est: ne vna tribus deleaꝫ ex israel. Filias enim nostras eis dare non possumus constricti iuramento ꝛ maledictione qua diximus: maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem beniamin. Ceperuntq; consilium atq; dixerūt. Ecce solennitas domini est in sylo āniuersaria que sita est ad septētrionem vbis bethel: ad orientalem plagam vie que de bethel tendit ad ✝ sychimā: ꝛ ad meridiē oppidi lebona. Alis ✝ siccimam. Preceperuntq; filijs beniamin atq; dixerunt. Ite ꝛ latitate in vineis. Cumq; videritis filias sylo ad ducendos choros exmore procedere exite repente de vineis ꝛ rapite ex eis singuli vxores singulas: ꝛ pergite in terraz beniamin. Cumq; venerint patres earū ac fratres ꝛ aduersum vos queri ceperint atq; iurgari:dicemus eis. Miseremini eorū. Nō enim rapuerunt eas iure bellantiū atq; victorum: sed rogantibus vt acciperent non dedistis:ꝛ a vestra parte peccatum est.

Diseruntq;. Hic ponitur scōm buius partis beniamitis de vxoribus facta prouisio. Et diuiditur in duo fm quod fuerunt hic duo modi prouidendi. Unus de filiabus iabesenorum. Alius de filiabus israelitarum ducentium choros ibi.(vniuersusq; israel.) ¶Circa primū dō (Miseruntq; nuncios ad filios beniamin q̄ erant in petra Rē mon.) Postq̄ israelite pugnauerunt contra beniamitas fugerunt isti sexcenti ꝛ steterunt in deserto in petra Rēmon:ꝛ post bec israelite discurrerunt per totā terrā beniamin:ꝛ combusserunt ciuitates:occiderunt masculos ꝛ feminas; magnos ꝛ paruulos vsq; ad pecora:ꝛ post redierunt in Sylo vbi erat tabernaculum dñi:ꝛ miserunt ad occidendum viros Jabes:ꝛ ducte sunt virgines in Sylo:ꝛ miserunt tunc viri israel ad beniamitas vt acciperent istas in vxores:ꝛ erant beniamite tunc in petra Rēmon fuerātq; ibi ex quo fugerunt de bello.(Et preceperunt eis vt eas in pace susciperēt.) Timebant isti beniamite ꝙ israelite vellent occidere eos sicut occiderant ceteros beniamitas:iō miserunt eis securitatē per nuncios dicentes ꝙ venirent in Sylo:ꝛ acciperent in pace istas virgines in vxores.i.non ti-

Beniamitis de vxoribus facta prouisio.

F

†

†

† merent iam quicq̄ mali de bellis preteritis. (Veneruntq; filij beniamin in illo tpe.) Postq̄ securitas data est de nō nocēdo eis venerunt illico beniamite q erant in petra Rēmon: ⁊ venerunt in Sylo: qz ibi adhuc manebant castra israelitarum: ⁊ ibi
† date sunt eis iste virgines in vxores. (Et date sunt illis vxores de filiabus Jabes Galaad). i. quadringente virgines filie vi-
† rorum iabes date sunt in vxores istis viris. (Alias autem non reperunt quas simili modo traderent). i. non reperierunt in toto israel quas darent isto modo. s. non faciendo contra iuramentum de non dando de filiabus suis vxores filijs beniamin. patres autem istarum. s. viri Jabes non iurauerant: ideo putabant israelite q dando illas non peccabant: nec faciebant contra iuramentum: ⁊ non fuerunt alie huiusmodi in toto israel eo q omnes alij viri israel ascenderant in bellum: ⁊ iurauerant in Maspbath.

¶ Quomodo israelite dederunt virgines iabesenas filijs beniamin in vxores: qz vī esse contra legem. Qō.29.

A Rāsio ad quesitum. **Queretur** vlterius qūo israelite dederūt virgines Jabesenas filijs beniamin in vxores: qz lz istō non videretur esse contra iuramentum tamē erat contra legē. ¶ Respondendum q israelite conabantur nullo modo facere contra iuramentuz: qz nomen periurij erat horrendū inter eos vt ait Josephus. c. antiquitatū. ⁊ qz dare de filiabus suis erat contra iuramentum vt ipsi putabant non dederunt de illis. dare autem de filiabus Jabesenozum non videbatur contra iuramentum: qz Jabeseni nihil iurauerant: ideo dederunt illas. in hoc tamen fallebantur israelite: qz si iuramentum tenuisset ita vt obseruandum esset fm vires suas non potuissent dare israelite filias iabesenozum vt probatum est. ō. in quadam questione.

B Contra legem tamen manifestuz est q erat ista coniugatio: qz deus insserat q viri acciperēt vxores de tribubus suis: ⁊ mulieres viros de tribubus suis Num. 36. hic tñ erāt viri de alijs tribubus q̄ mulieres cū Jabesene eēnt ō tribu Ruben vel Gad vel manasse: qz iabes Galaad erat in terra ouarū tribuū ⁊ omnino die: qz erat i terra Galaad Nu. 32. ¶ Aliqs forte diceret q illa lex solū intelligat de mulieribus q̄ succedebant pribus suis: ⁊ nō de omnibus ne sequeretur confusio sortium. ¶ Sed etiaz hoc dato est inconueniens: qz iste virgines succedebant patribus suis vt declaratum est precedenti questiōe. ¶ Dicendum est q verum est q illa lex erat generalis ⁊ non ad feminas que succedebant patribus suis sed etiam ad non succedentes vt declaratum est Numeri. 36. ⁊ tamen recipiebat illa lex sepe dispensationem. sic fuit de Dauid: qz cepit in vxorez Michol filiā Saulis: ⁊ erat ipse de tribu Juda Matth. 1. ⁊ illa de tribu Beniamin de qua erat Saul pater suus. 1. Regum. 9. potissime: quia hic erat casus in quo maxime erat dispensandum. s. propter necessitatem nimiam: quia alis periret beniamitarum populus cum non haberent vxores: ⁊ sic propter obseruationez legis periret populus cui data esset. qō fieri non debet: quia politia non est propter legem sed lex propter politiaz: ⁊ ideo in casu in quo lex incipit pernicioſa esse politie abroganda est: vel saltē dispensandum in ea. non ergo fuit contra legem hoc fieri. sed cessante simili necessitate non fiebat matrimonium in diuersis tribubus. ¶ Queretur vlterius quomodo obseruatum est qō dicitur Numeri. 36. s. ne confunderetur sortiuz distributio ⁊ vt non transiret hereditas de tribu in tribum: quia hic videtur ne cessaria ista confusio cum mulieres iabesene acciperent in vxores a filijs beniamin: ⁊ isse succesſerant in hereditate patrum suorum vt declaratum fuit. ō. in quadaz questione.

Lō lex incipit esse pnitiosa politie abrogāda est.

Qō. 30

A Qūo obseruatū est qō dī Nu. 36. c. s. ne confunderet sortiuz distributio i origio virginuz iabesenaz in beniamitis.

a Rāsio ad quesitum.

B a ¶ Respōdendum q ad euidentiam huius considerandum est q virginum iabesenarum quedam erant adulte quando occisi sunt patres earum: ⁊ alie erāt paruule nondum nubiles: nec proxime puberes. proxime date fuerunt in vxores filijs beniamin: ⁊ iste erāt quadringente: ⁊ de istis videtur q facta fuerit confusio sortium qz cum eis transiuit possessio tribus sue ad beniamitas. virgines autem paruule reseruate fuerunt: ⁊ date in vxores viris de tribu eadem: ⁊ quantum ad istas non erat transitus possessiōis de tribu in tribum. poterat tamen esse de familia in familiam: qz forte de familia iabesenozum nulli manebant in toto israel: ⁊ vtrūq; erat prohibitum. Nam non debebat transire possessio de tribu in tribum nec de familia in familiam Num. 36. ¶ Dicendum tamen q si forte non potuisset prouideri beniamitis ō vxoribus nisi confundendo distributionē sortium non obstante illa confusione prouideretur eis: quia potius permittenda erat confusio sortium q̄ q periret vna tribus de israel: eo q tribus confundi vel non confundi erat propter quoddaz bene esse ipsarum tribuum: ideo non erat destruendum esse populi propter bene eē eius: quia bene esse nō conseruabat nisi in esse. ⁊ tamen dicendum q non fuit hic facta aliqua confusio sortiū hoc modo. nam virgines que accepte sunt a beniamitis in vxores parerent aliquos filios qui pertinerent ad tribum ipsarum: ⁊ succederent in hereditate materna. ⁊ sic ciuitas Jabes ⁊ oēs possessiones eius non transirent ad beniamitas sed ad filios eorum qui non computarenf de tribu beniamin sed de tribu de qua erant matres. ⁊ hoc modo maneret possessio semper in tribu in qua erat. Sic etiam dicendum est de filijs illarum virginum iabesenarum que non tradite sunt beniamitis: qz lz ille traderentur in vxores viris de tribu sua poterant illi eē de alia familia: ⁊ tamen aliqui filij earum nominarentur de noie auozū maternozum ⁊ succederent in possessione: ⁊ illi essent de familia particulari illozū virozū q occisi fuerāt. ⁊ sic possessio iabesenozum non transiret de tribu in tribum: nec de familia in familiam lz vxores istozum beniamitarum transirent de tribu in tribum. ¶ Queretur vlterius cum inter israelitas semper esset conatus ad hoc ne nomē alicuius deficeret in familia sua: quomodo poterat conseruari nomen virozum occisozum in iabes. patet presuppositum. nā filie Salphaad petiuerūt a Moyse hereditatem vt non deleretur nomē eius in familia sua Numeri. 27. c. ⁊ deus respondit iustum esse ne periret nomē illius. b Qz autez periret nomen istozum patet: quia nomē alicuius seruatur in posteritate sua: ⁊ deleta posteritate tollitur nomen. sic patet. 1. Regum. 24. cum roganit Saul ipsum Dauid ne deleret nomen suum de domo patris sui. s. ne occideret omnes posteros suos: ⁊ per hoc deletum esset nomē suū. ⁊ tñ Jabeseni nō habebant posteritatem aliquā nisi filiarum: ⁊ filie non possunt denominare familiam eo q femina transit in familiam viri sui ⁊ non manet in familia patris sui. Et sic cum iste darentur in vxores beniamitis transibant in tribum beniamin: ideo non essent aliqui per quos denominaretur familia iabesenozum: ⁊ progenies particulares quozumlz eozum: potissime qz Jabeseni erant quozum nulle filie virgines nūc reperte sunt: ⁊ illi nullos posteros relinquebant masculos: vel feminas per quos cōtinuaretur progenies eozum. ¶ Respondendum q nomen cuiuslibet iabesei fuit nunc seruatum in posteritate sua: nec cessauit familia sua per mortem eozum. ¶ Pro quo sciendum q cōtinuabatur progenies alicuius non per posteritatem sed p possessionem. s. n. aliquis haberet posteritatem ⁊ non haberet possessionem auferebatur nomen eius de familia sua: ⁊ si quis haberet possessionem ⁊ non haberet posteritatem manebat nomē suum in familia sua. ¶ Primuz patet quia mortuo Salphaad manebant filie eius: ⁊ ille poterant gignere filios in quibus maneret nomen Salphaad: ⁊ tamen adhuc putabant ablatum esse nomen patris sui de familia sua si non daretur eis possessio. ⁊ date illa putabant q in eis etiam si essent femine reseruaretur nomen patris sui in familia cum dixerunt Numeri. 36. pater noster mortuus est ⁊ non habuit filios mares. cur tollit nomen illius de familia sua qz nō habuit filiū: detur nobis hereditas iter cognatos patris nostri in familia sua. ¶ Aliqs forte dicet q non tollebatur nomen Salphaad de familia sua qz filie sue non habebant hereditatem: sed quia non habebat filium. sic. n. ipse dixerunt: cur tollitur nomen illius de familia sua quia non habuit filium. ¶ Dicendum q non tollebatur nomen eius de familia quia non habebat filium sed quia filie eius non habebant hereditatem. qō pz quia si hereditas non faceret manere nomen in familia non petiuissent ipse hereditatem vt non tolleretur nomen patris sui de familia sua. ¶ Item quia ob hoc deus prouidit in isto dans immediate ibidem regulam de succedendi modo: scilicet q non stantibus filijs succederent filie: ⁊ cū dixerunt cur tollitur nomen eius de familia sua qz non habuit filium: non nominauerunt filiaz propter se sed propter hereditatem: quasi dicat si Salphaad habuisset filios masculos manifestum est q illi habuissent ius sortis in terra chanaan qō habebat pater suus: ⁊ per illam hereditatem conseruaretur nomen patris. quia cum manebant sole filie ⁊ ante hoc non erat regula q filie succederent sed soli filij: ideo cū nullus esset qui posset accipere aliquam hereditatem loco Salphaad necesse erat q periret nomē illius de familia sua. si autē filij sm se deberent conseruare nomen patris: ⁊ nō ratione hereditatis in qua succederēt

Bene eē in eē cōseruat.

Qō. 31. A Qūo poterat nomē virorū occisozum in iabes cō seruari i familijs suis.

a Rō in ōrium.

Rāsio ad qāstū. Notādū de continuatione pgenierum. Primuz.

B

Rāsio q dā ad rōnem.

Lōsutatio. 1.

Scōa.

Def. vocē.

Def. qōnis.

succederent non posset reparari q maneret nomen Salphaad in familia sua êt si darek eis hrditas: z tñ data eis hrditate loco pris putauerunt q non peribat nomen pris sui. Etiã p motiuũ earum: scilicet q non habebant ipse ius succedendi ante hoc: z propter hoc necesse erat perire nomen patris: quia deus dedit tunc legem q filie succederent non stantibus filijs. Si tamen ante hoc filie habuissent ius succedendi non fuisset tunc data ista lex propter filias Salphaad: z sic non conseruatur nomen in familia propter posteritatem q̃q̃ subsistat si non habebat hereditatem. Scõm. ¶Secundum erat q data q quis non haberet posteritatem si habebat hereditatem non peribat nomen suum. patet hoc qz Deutero. z 5. dicitur q siquis haberet prozem: z mozeretur absq; liberis frater eius minor cogebatur suscipere defuncti dabatur illi qui suscitabat eius semen vt proueniret illi qui nasceretur ex tali matrimonio: vt patet Ruth. 4. Itez patet hoc magis: qz Maalon filius elimelech z Noemi non habebat fratrem: z mãsit vxor eius Ruth: z cognatus eius Booz accepit possessionem illius: qz accepit Ruth vxorem eius ad suscitandum nomen illius. e. c. z sic isti vere non habebant aliquã posteritatem tamen manserunt nomina eorum in familijs suis propter hereditates quas habebant. Est enim regula in successionibus in veteri testamento q cum quis haberet aliquas hereditatem quicunq; succederet in illa siue esset de familia illius siue non debebat nominari de familia illius cuius hereditatez susceperat vt colligitur ex locis dictis. Et hoc potest apparere modus quo nomina virorum iabesenorum manerent in familijs suis. ¶Pro quo sciendum q illorum quidam reliquerunt filias virgines quando occisi sunt: alij nec filios: nec filias. Et q reliquerunt filias se habebant dupliciter: quia quidam reliquerunt filias adultas: scilicet patres quadringentarum virginum quę date fuerũt filijs beniamin: alij relinquerũt filias paruulas quę date fuerũt in vxores aliis viris de tribu sua. Loquẽdo de virginibus que date sunt beniamitis in vxores dicendum q ille transierunt in familias virorũ: z sic fuerunt iam de tribu beniamin: z tamen ille peperertũ filios: z saltem vnus de filijs succedebat in hereditate aui materni: z ille non nominabatur de tribu beniamin de qua erat pater suus: nec de familia eius: sed de tribu matris sue: z de familia aui sui materni: z sic erat de qualibet virgine istarum. z ideo omnes patres istaruz quadringentarum virginum iabesenarum habuerunt nepotes in quibus manserunt nomina z familie z hereditates eoruz. Et si vna istarum haberet tres vel quattuor filios vnus eorum succedebat in hereditate aui materni: z nominabatur de familia illius. ceteri autem nominabantur de tribu beniamin: z de familia patris sui: z isti non succedebant quantum ad aliquid in hereditate matris. istud tamen non poterat fieri nisi quelibet istarum virginum saltẽ haberet duos filios. ¶Sed quid si alique istarum nullos haberẽt filios nec filias. Et si haberent aliquos qd si non essent nisi filie. Et si haberẽt filios quid si esset vnicus quomodo ille posset nominare duas familias: quia erat impossibile cum due familie distincte nõ possint seruari nisi p duas personas distinctas: z multa similia difficilia circa istas successiones accidere poterãt. de quibus omnibus latissime declaratũ est Numeri. 27. in multis questionibus. Si autem erant virgines paruule filie iabesenorum que tradite sunt in vxores viris de stirpe sua: etiam ille haberent plures filios: z vnus illorum succederet in bonis maternis: z non nominaretur de familia patris sed aui materni: z reliqui filij nominarẽtur de stirpe patris eorum: z non succederent aliqualiter in bonis aui materni: qz nõ dicebantur pertinere ad familiam eius. Omnia dubia que dicebamus supra accidere posse in alijs virginibus poterãt etiam accidere in istis. sed respondendum est sicut ibi. Si autez aliqui viri iabeseni morerentur non relinquentes filias: nec filios. Dicendum q hereditas istorum transiret ad propinquiores sicut dicitur Numeri. 27. z qui susciperet possessionem nominaret necessario familiam defuncti: z per eum computaretur linea progenici eius. sicut patet de Booz accipiente hereditatem Maalon Ruth 4. z de fratre accipiente hereditatem z vxorez fratris ad suscitandum nomen eius z semen Deutero. 25. et Matth. 22. z sic non poterat mori aliquis vir de iabes cuius nomen periret in familia sua cum omnes haberent possessiões. De ista materia successionum declaratum est Numeri. 27. c.

Regula in successione hereditatũ ivek. test.

Notãdũ Filias relinquentes duplr se bẽbãt eaz viri iabes occisi sunt.

D

Solutiones istarum dubitatõz viõ Nu. 27. cap.

¶An peccassent israelite si occidissent nunc istos sexcentos viros qui residui erant de tribu beniamin. Qõ.32. A

Queretur vlterius an peccauissẽt israelite si occidissent nũc istos viros sexcentos q residui erãt de tribu beniamin. Rõsio ad quesitum. ¶Respondenduz q aut occiderent eos in bello quo simul pugnabant israelite z beniamite die quo fugati z percussi sunt beniamite: aut postea quando vastabãt vrbes: aut postea quando erant in petra Remmon. Si accipiatur primo modo dicendum q sicut israelite occiderunt omnes viros beniamin preter istos sexcentos: ita istos occidendo non peccauissent. Quod patet primo quia illi beniamite qui occisi fuerũt in bello occisi fuerunt fouendo iniquũ bellum: scilicet quia volebant defendere viros Babaa: z quoscunq; tales iustuz erat occidi. B ¶Secundo patet quia israelite fecerunt istud bellum deo mandante. nam consuluerunt eum in Sylo anteq̃ pugnarent: z ipse dedit eis formam qualiter agere deberent precedenti. c. z per modum illum occiderunt omnes de tribu beniamin p̃ter istos sexcentos quos consequi non potuerunt fugientes: ideo si tunc illos cõsecuti fuissent z occidissent nõ peccassent. ¶Secundo modo accipiendo dicendum q israelite non putarent se peccare. Nam in omnibus vrbibus beniamitarum nullos reliquerunt viuentes sed occiderunt vsq; ad pecora: z credebant se bene agere: z ita occidissent istos sexcentos si ibi inuenissent eos: z tamen an peccauissent in hoc non apparet. tamẽ videtur q non peccarent: qz isti erant viri bellatores: z peccauerant cuz ceteris beniamitis nolendo tradere peccatores Babaa vt fieret iustitie executio sup illos: z insuper pugnando cõtra israelitas defendendo eos. iuste ergo poterant occidi: z sicut non erat aliquod petiñ in occidendo feminas z paruulos in omnibus vrbibus beniamitarum sicut fecerunt precedenti. c. ita peccatũ nõ esset eos occidendo. ¶Si aũt tertio modo occiderent eos: scilicet quando erant in petra Remmon: aut occiderent eos anteq̃ discurrerent vrbes beniamitarum z occiderent omnes habitatores aut postea. Si primo videtur q non peccabant: qz habebant iustam causam occidendi eos: qz erant viri bellatores: potissime qz tunc nesciebant an omnes de tribu beniamin iam periissent. Si autem post deletas vrbes beniamin occiderent eos aut occiderent prestita securitate quã nunc prestiterũt: aut primo. Si prestita securitate manifestum est q peccarent qz violarent fidem datam. Si autem ante datã securitatem aut sciret totam tribum beniamin esse deletam preter istos: aut non. Si nescirent non peccabant: qz isti merebantur mortem cum pugnassent contra israel. Si autem sciret totam tribum esse iam deletam est dubium an peccarent. z videtur dicendum q peccarent: qz occidendo istos non solum occidebant sexcentos viros sed totam tribum beniamin. hoc autem impietas erat q p vno crimine deleretur vna tribus: potissime cum satis iam vindicatuz esset. z sic putauerũt israelite: ideo q̃q̃ potuissent istos sexcentos viros occidere saltem fame conficiendo non permittendo eos egredi de deserto: tamen noluerunt sed potius procurauerunt vt haberent vxores ne periret tribus beniamin.

(Uniuersusq; israel.) Dic ponitur Secundus modus prouisionis: scilicet p quandam fraudem aut cautelam factam. Et dicitur in duo: quia Primo predicta cautela ponitur. Secundo executio traditur ibi. (Fecerunt q̃q̃ filij beniamin). ¶Circa primuz dr. (Uniuersusq; israel valde doluit z egit penitudinem super intersectionem vnius tribus ex israel.) Iste dolor z penitudo fuit in sylo quando steterunt israelite coram domino z planxerunt dicentes ablata est vna tribus ex israel vt patet supra in littera: z iterum doluerũt postq̃ date sunt quadringente virgines beniamitis de iabesenis. nam putauerũt israelite q in Jabes inuenirentur mulieres de quibus posset prouideri viris de beniamin. z quia solum inuente sunt quadringente: z deficiebant adhuc dicente quas vnde habere possent nesciebant: doluerunt nimis putantes q perirent illi dicenti viri sine prole. ¶Et non est intelligendum q doluerunt super interfectione quasi accusarent se q male fecissent: quia bene fecerant pugnando contra beniamitas z occidendo illos: quia dei consilio egerant: sed dolebant de damno quod secutũ fuerat. s. quia perierat fere vna tribus li iuste periisset. (Dixerunt q̃q̃ maiores natu). Idest seniores z prudentiores qui maioris auctoritatis habebantur in populo: z ad quos pertinebat de factis totius multitudinis curam gerere. (Quid faciemus religqui non acceperunt vxores?) Scilicet vnde dabimus eis vxores: vel quomodo faciemus q illi non moriantur sine prole:

† 2ª. modus puisionis.

† C

Notandũ.

†

†

quia per hoc magnum detrimentuꝫ patietur tribus beniamin. isti erant ducenti viri pro quibus non fuerunt virgines inuentę. (Omnes in beniamin femine cōciderūt.) Scilicet omneꝫ mortue sunt gladio. Nam tam femine ꝙ̄ paruuli ꝙ̄ senes gladio corruerunt in vniuersis vrbibus beniamin precedenti.c.ꝛ dicitur de feminis beniamin: quia si de illa tribu supessent nō oportuisset queri alia extraordinaria remedia. (Et magne nobis cure: ingentiq; studio prouidendum est). Idest toto ingenio ꝛ solicitudine conandum est ad inueniendum aliquem modum honestum per quem prouideatur vt non pereant isti viri sed detur eis vxores. videbant isti seniores ꝙ si propter defectum vxorū periret tribus beniamin esset magnus defectus ꝛ damnū reipublice hebreorum. Nam quode cima pars eius tollebatur auferendo illam tribum. (Ne vna tribus deleatur ex israel). Idest vt non patiatur magnam diminutionem. Nam iam non periret vna tribus ꝙ̄ ꝙ̄ non darentur vxores ducentis viris qui supererāt: qz quadringenti alij acceperant vxores per quos continuaretur successio tribus beniamin: ꝛ tamen si daretur istis ducentis copia vxorum augeretur magis ꝛ breuius tribus beniamitarum: que vtilitas ꝛ multiplicatio tolleretur si non darētur vxores istis ducentis: ideo magno studio prouidendum erat vt darentur eis coniuges. (Filias nostras eis dare non possumus). Loquebantur isti seniores nomine totius multitudinis israelitarum: qz omnes videbantur obligati iuramento eodem (Constricti iuramento ꝛ maledictione qua diximus). Putabāt israelite se obligatos esse isto iuramēto qō fecerant in Maspharh ad nō dandas filias suas beniamitis. Sed falsum est vt declaratum fuit supra in quadam questione. ꝛ dicitur iuramento ꝛ maledictione: quia hic erant duo. Nam iurauerant israelite se non daturos de filiabus suis vxores beniamin: ꝛ quantum ad hoc erat iuramentum. etiam imprecati fuerant super se aliqō malum si darent eas. s. ꝙ tale vel tale malum veniret super eos: ꝛ quantum ad hoc erat maledictio. (Qua dixerimus: maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem beniamin). Maledictio significat diminutionem in bonis omnibus sicut benedictio significat multiplicationem vt patet secunda ad Corin. 9. s. qui parce seminat parce metet: qui de benedictionibus seminat de benedictionibus metet. ꝛ sic opponitur ibi benedictio parcitati: ideo significat largitatem vel multiplicationem: ꝛ consequenter maledictio significat diminutionem: vel minorationem in omnibus rebus. ꝛ sic imprecati sunt ꝙ deus minueret illū in oibus bonis ꝙ daret de filiabus suis vxorē beniamin. (Ceperuntq; consilium: atq; dixerunt). Scilicet inceperunt consiliari dantes diuersos modos vt inueniretur vnus conueniens ꝛ honestus ad prouidendum ducentis viris beniamin. (Ecce solennitas domini est in sylo). Idest in breui venit celebranda vna solennitas in sylo in qua poterat fieri qō nunc dicetur. (Anniuersaria). Uocatur solēnitas anniuersaria: quia vertente anno fit: scilicet quolibet anno redeunte anno de puncto ad punctum fit illa solennitas. ꝛ sic omnes solennitates sanctorum in ecclesia sunt anniuersarie: quia quolibet anno fiunt: ꝛ redeunte anno iterum eodez die quo prius fiunt. (Que sita est ad septentrionalem vrbis bethel). Dicitur situs vrbis Sylo. erat enim ciuitas Sylo in qua erat tabernaculum domini illo tempore: ꝛ fuit ex tempore Josue quo primo cepit esse stabile Josue. 18. vsq; ad tempus Heli summi sacerdotis. 1. Regū. 1. et. 2. et. 3. Nam tempore eius capta est arca per philistinos in bello. 1. Regum. 4. ꝛ post hoc non legitur sanctuarium fuisse in Sylo sed in Nobe. 1. Regum. 21. c. ꝛ est vsq; ad septentrionez vrbis Bethel. est enim bethel ciuitas in sorte beniamin Josue. 18. ꝛ est in confinio beniamin ꝛ effraim: ꝛ vocatur locus iste Luza. Aliqui putāt eū esse Hierusalē. sed errant vt declaratum est Heñ. 12. et. 28. capitu. apud istam ciuitatem Abraam posuit altare quando primum venit in terraz chanaan Heñ. 12. (Et ad orientalem plagam vie que de Bethel tendit ad sichimā). Est sichima ciuitas Sichē q̄ propzie vocat Sichē: ꝛ tñ aliqñ cōuertit in formaz latinaz: ꝛ vocatur sichima. sic pz ps. 59. s. partibor sichimā ꝛ cōuallez tabernaculoꝝ dimetiar. ¶ Et cōsiderādū ꝙ Sylo est magis orientalis q̄ Sichem: ꝛ tamen sichem est magis aquilonaris q̄ Sylo: ꝛ Bethel est minus septentrionalis q̄ Sylo: ideo iter quod venit de Bethel in Sichem necessario est ad occidentalem partem Sylo: quia veniendo de Bethel in Sichem venitur a meridie in septentrionem: ꝛ media istarum duarum vrbium est Sylo magis orientalis aliquantulum q̄ ille: ꝛ sic est orientalis ad viam que ducit de vna in aliā. (Et ad meridiem oppidi lebona). Ciuitas Lebona videt esse in sorte effraim sicut infra declarabitur in quadam questione. non est tamen ciuitas multum nominata in sacra scriptura sicut Sichem ꝛ Bethel. (Preceperuntq; filijs beniamin atq; dixerunt). Scilicet postquam seniores diffinierunt inter se qe modus tenendus esset denunciauerunt illaz filijs beniamin vt illi essent parati adueniente tempore ad exequendū hoc. (Ite ꝛ latitate in vineis). Scilicet in vineis vrbis Sylo. istud dicebant seniores beniamitis quod facerent: non tunc sed quando veniret solennitas dicta in qua virgines conuenture erant in Sylo. ꝛ dicitur latitate in vineis: quia vinee habebant palmites magnos: ꝛ folia ꝛ erant excelsa: vel habebāt arboreꝫ multas ita vt ibi latere possent multi viri. (Cumq; videritis filias Sylo ad ducendos choros ex more procedere). Uocabantur filie Sylo virgineꝫ de vrbe Sylo: non quidem ꝙ omnes essent de vrbe Sylo sed quia conueniebant de omnibus partibus terre israel in Sylo: quia erat ibi tabernaculum domini: ꝛ in quibusdam solennitatibus virgines propter gaudium exibant de vrbe ad vineas ꝛ agros ducendo choros. ꝛ dicitur ex more: scilicet ꝙ quolibet anno ꝛsuetū erat eis choros ducere illa die. (Exite repente de vineis). Silicet quando ipse accesserint ad vineas. ꝛ dicitur repente: quia subito debebant consequi eas ne puelle timentes viros latentes in vineis refugerent in vrbem prius ꝙ̄ caperent: nam tunc non possent accipere eas nec postea esset filis opportunitas ad hoc. (Et rapite eas singuli vxores singulas). Scilicet quanquam plures sint virgines ꝙ̄ vos: non rapiatis omnes sed solum quilibet vnicam in vxorem: nec alijs noceatis aut vim aliquam inferatis. (Et pergite in terram beniamin). Scilicet antequam patres earum persequātur vos ꝛ capiant illas: fitq; bellum inter vos ꝛ illos pro filiabus. (Cumq; venerint patres earum ac fratres). Scilicet cognito ꝙ rapte fuerint iste virgines a vobis. (Et aduersum vos queri ceperint atq; iurgari). Hoc dicebant seniores: quia ipsi erant maioris auctoritatis in populo: ꝛ quasi iudices: ꝛ conquererētur de hoc malo eis inflicto per beniamitas: scilicet vt prouideatur eis faciendo bellum contra illos cum essent raptores virginum quod magnum crimen est. Etiam conquerentur dicentes ꝙ beniamite retribuebant hoc malum pro bono quod impenderant eis israelite nolendo occidere eos sed potius dando vxores quibusdam eorum quibus potuerant. ꝛ quia seniores fuerant causa vt non occiderentur retorquerentur nunc totum malum hoc contra eos. Etiam quia cum beniamite fecissent hoc putarent patres virginum ꝙ ipsi non auderent talia aggredi nisi aliquem fauorem sensissent in israelitis: ꝛ sic crederent ꝙ de consilio seniorum hoc factum fuerat: ꝛ conquererentur de eis. (Dicemus eis: miseremini eorum). Scilicet beniamite sunt in angustia quia ex nullo loco vxores habere possunt: ideo miserendum est eis dato ꝙ acceperint sic violēter quasi. (Non enim rapuerunt eas iure bellantiū atq; victorum). Quasi dicat lz rapuerint illas non fuit vere violentia ista: quia non fecerunt sicut bellatores victores: quia iure suo illi accipiunt quicquid inueniunt a nullo petendo sed quasi suum accipiendo. ꝛ contra tales pugnandum est ad repetitionem rerum ablatarum: tamen non factum fuit de beniamitis sic: quia non acceperunt virgines ꝙ̄si victores sed cum magna necessitate acceperunt eas quasi petentes. (Sed petentibus vt acciperent non dedistis). Idest ipsi prius petierunt a vobis illas vt daretis eas sibi in vxores significando necessitatem suam: ꝛ noluistis eis dare: ideo non videntur feciss̄e iniustum si istas virgines quasi in necessitate positi accepissent: ideo non est pugnandum contra eos ad redditionem illarum. ¶ Pro quo sciendum ꝙ aliquanto tempore ante hoc beniamite petiuerunt vxores a viris Sylo ꝛ illi noluerant dare: ꝛ hoc fecerunt vt haberent colorem ad rapiendum eas vt declarabitur in quadam questione. (Et a vestra parte peccatum est). Idest vos peccastis non dando illis filias vestras: ꝛ illi non peccauerunt accipiendo eas cum iam vos nolletis dare. Si autem rapuissent antequam peterent illi peccauissent: ꝛ non vos.

¶ An seniores israel tenebātur facere ꝙ non periret tribus beniamin prouidendo de vxoribus. Qō.33.

Queretur an seniores israel tenebantur facere ꝙ nō periret tribus beniamin prouidēdo eis de vxoribus. ¶ Rñdendum est ꝙ tenebantur quantū poterāt hoc procurare

De situ vrbis lebone.

Rapere virgines ē magnū crimen.

A Rñsio ad q̄stū ꝙ sic.

Solēnitas anniuersaria qd sit.

De situ vrbis sylo.

Sichima ꝛ sichē sē eius dē ciuitatis nomina.

Notanduꝫ de sylo.

procurare sicut dixerunt. magna cura ingentiq; studio prouidendũ est ne vna tribus deleatur ex israel. ꝛ ista obligatio erat
1.rõ. tripliciter. ¶Primo tenebant eis tanq̃ primis. quilibet.n.tenetur proximo existenti in quacũq; necessitate succurrere quã tum honeste ꝛ cõmode facere potest: ꝛ tñ erant isti beniamite in magna necessitate. ſ. qz si non date fuissent vxores alique istis sexcentis viris periret tota tribus beniamin non existentibus iam aliquibus per quos successio beniamitarum continuaret: ideo quantum honeste poterant israelite tenebantur prouidere eis. ꝛ qz dispositio populi tota pendebat ex senioribus q̃ iudicabant ꝛ disponebant de negocijs magnis populi ad eos ma
2.rõ. gis pertinebat ꝓuidere in hoc q̃ ad quosl; de israelitis. ¶Secundo tenebantur ex parte dei. nam deus volebat q̃ manerẽt oẽs tribus ꝛ familie distincte sicut ipse distinxerat Nu.36. ꝛ nõ poterat manere distinctio nisi manerẽt ipse tribus. cuz ergo obligarent israelite ꝓcurare ne confunderet distinctio sortium ꝛ tribuum: a fortiori obligarentur ꝓcurare ne periret aliqua de tribubus inter quas erat ista distinctio: ꝛ tñ nũc periret tribus beniamin si non darent vxores istis sexcentis viris. ergo obli-
3.rõ. gabantur seniores hoc procurare. ¶Tertio erat ista obligatio ex parte politie qz isti seniores erant principes politie ꝛ tenebãt curã agere ne politia minueret: si tñ periret trib⁹ beniamin pe riret duodecima pars politie. ꝛ ꝫ fieret si nõ bẽrent vxores isti beniamite sexcenti: iõ ꝓcurãdũ erat p seniores q̃ illas bẽrent.

¶An propter hos ducentos residuos quibus non date fuerãt vxores iuramẽtum hebreorum dispensari potuisset. Qõ.34.

A **Queretur** vlterius si iuramentuz qõ fecerunt israelite de nõ dãdo filias suas filijs beniamin tenuisset: an propter istos ducentos viros qui residui erant quibus non date fuerant vxores posset dispẽsari in eo: ꝛ in lege vt possent accipere vxores de filiabus israel. ¶Rñdendum est q̃ hic
Rñsio ad q̃stũ. erat duplex motiuum ad dandum vxores istis viris. vnuz erat ne periret tribus beniamin qõ necessario fieret si isti nõ gignerent prolez per quã cõtinuaretur successio tribus. aliud erat ad prouidendum istis viris qui nõ poterant bene viuere sine vxoribus: ꝛ tñ non poterant eas habere nisi israelite darẽt sibi. Dicendum tñ q̃ ista duo motiua non erant in vtrisq;. Nam a ꝑncipio anteq̃ darentur vxores alique sexcentis viris qui manserant de tribu beniamin erant ista duo motiua. ꝛ tũc dicendũ q̃ non obstãte lege poterant eis dari vxores de alijs tribubus
B eo q̃ leges non obligant contra statum politie vt declaratum fuit supra in quadam qõne. etiam iurm non tenuit ꝛ dato q̃ tenuisset: qz iam incipiebat vergere in deteriorem exitum. ſ. in destructionem vnius tribus de israel non erat seruandum vt declaratum est. s̃. in quadam qõne. sed istud ablatum est qñ date sunt vxores quadringẽtis beniamitis de virginibus iabes. Nã per istos poterat propagari successio tribus beniamin dato q̃ non darentur vxores alijs ducentis viris. ꝛ sic dicenduz q̃ nõ erãt israelite iam tãtũ obligati ad dãdum vxores istis ducentis sicut a principio anteq̃ darent virgines iabesenas. Dicendum tamen videtur q̃ etiam si istis non suscipientibus vxores conseruaretur tribus beniamin in alijs q̃ non obstante lege poterãt suscipere vxores de alijs tribubus. Naz pro alijs casibus minoris necessitatis licuit accipi vxores de alijs tribubus. sicut dauid accepit michol in vxorem que erat de tribu beniamin cum esset filia saulis: ꝛ ipse dauid erat de tribu iuda. magis ergo liceret in isto casu cum non posset esset maior necessitas q̃ q̃ nullo modo inuenire possent isti vxores. Item patet quia licebat istis accipere vxores de gentilibus etiam non conuersis ad iudaismum non inueniendo alias vxores vt declaratum est. s̃. in quadã questione. ergo a fortiori de israelitis de alijs tribubus. nã maior dissimilitudo erat inter iudeos ꝛ gẽtiles q̃ inter iudeos vnius tribus ꝛ alterius. De iuramẽto dicendum videtur q̃ ꝫ maiorem causam haberent israelite faciendi contra iuramentum in primis beniamitis vt non periret tribus beniamin dando illis vxores q̃ in istis secundis: tamen causa sufficiens erat non tenendi iuramentum vt darentur istis vxores. Nam si non darent eis israelite oporteret eos querere vxores de gẽtilibus qõ erat magis ꝺ legẽ. q̃ q̃ tñ esset israelite nõ putabãt se posse agere ꝺ iurm vt ꝓuiderent istis de vxoribus. Nam ẽt in primis noluerunt agere contra iurm in q̃bus erat maior necessitas. istud tamen procedebat ex errore suo circa obligationẽ iuramenti vt declaratum fuit. s̃. in quadam questione.

¶Quomodo israelite in hoc consilium inciderũt de dando virgines que ducerent choros in sylo. Qõ.35.

A **Queretur vlterius** quomodo israelite inciderunt in istud cõsiliũ: scilicet de dando virgines que ducerent choros in sylo. ¶Respõdendum q̃ datis vxoribus quadringentis viris manebant ducenti quibus non date erant: ꝛ non videbant israelite modum ad prouidendum eis: quia non habebant alias virgines quas simili modo possent eis dare vt patet. s̃. in littera. ideo magna solicitudine circa hoc tenebantur omnes vt inuenirent modũ quo prouideretur: ꝛ senes qui precipuam populi curam gerebant circa hoc consiliabantur. vnde dixerunt: magna nobis cura ingentiq; studio prouidendum est ne vna tribus deleatur ex israel vt patet supra in littera. fuerunt aliqui inter seniores qui dicebant non esse seruandum istud iuramentum quia factum fuerat cum ira: ꝛ indeliberate. etiã quia periurium non semper deo displicet: sed solum quando ex malignitate ꝛ sine causa quis vult non seruare iuramentum. quando tamen ex necessitate vel propter piam causam non tenetur iuramentum non est periurium sed acceptum deo q̃ non teneatur iuramentum. nomen tamen periurij erat valde horribile inter israelitas quo modocun q̃ esset: ideo plurimi seniorum dixerunt semper seruandum esse iuramentum: ꝛ tunc quidam incidit in istud consilium de rapiendo virgines ducentes choros sicut Josephus ſ. antiquitatum. ꝛ alij quidem suadebant illud iniurandum nõ debere seruari qz per iram non voluntate nec iudicio prouenisset: nihilq; fore deo molestum si tribum perituram seruare possent: adijcientes: periurium non quando necessitate fit esse pessimum sed quando fuerit malignitate commissum: cumq; seniores periurij nomen valde metuerent quidam ait: hoc consilio ꝛ isti habebunt vxores ꝛ religio iurisiurandi seruabitur: ter in anno ꝛẽ. ꝛ sic putauerunt omnes israelite consilium esse conueniens quia per illud credebant se euadere periurium. Sed in hoc valde errabant: quia si iuramentum tenuisset incidebãt in periurium illi qui hoc consilium dabant: ꝛ etiam illi quorum raperentur filie si permitterent eas beniamitis quantum possent otraire vt declaratũ. s̃. fuit in quadã qõne circa hoc.

¶Que solennitas erat ista que fiebat in syło in qua puelle erãt rapiende. Questio.36.

A **Queretur** vlterius que solẽnitas erat ista que fiebat in syło in qua puelle rapiende erant. ¶Alii dicũt q̃ erat illa solennitaꝫ quã faciebant quolibet anno puelle pro filia Jepte galaaditis. ꝛ hoc quia dicitur hic q̃ erat solennitas anniuersaria: ꝛ tamen solennitas que fiebat pro filia Jepte erat anniuersaria. vt patet. s̃. 11. scilicet exinde mos creuit in israel ꝛ consuetudo seruata est vt post anni circulum conueniant in vnum filie israel ꝛ plangant filiã Jepte diebus quatuor. ¶Sed dicendum q̃ hoc non stat. ¶Primo quia ista erat Improbõ.
solennitas: ꝛ tamen conuentus pro filia Jepte non erat solen- 1. rõ.
nitas sed luctus. ¶Secundo patet quia hic dicitur q̃ virgines 2.rõ.
syło ducere debebãt choros per agros ꝛ vineas: ꝛ ista erat magna letitia: ꝛ tamen quando conueniebant pro filia Jepte plãgebãt quattuor diebus. s̃. 11. ¶Tertio patet ꝛ efficacius quia 3.rõ.
quando istud factum est nondum fuerat casus de filia Jepte: nec etiam fuit postea per ducentos annos. quod patet quia iste casus de bello otra gabaa fuit q̃ſi illico post mortem Josue antequam essent iudices in israel. vt declaratum fuit. s̃. 19. ꝛ declarabitur infra in quadam questione. ꝛ tamen casus de filia Jepte fuit circa finem status iudicum: quia post ipsum pauco tempore duraverunt iudices. ꝛ patet magis quia ab introitu in terra chanaan vsq; ad mortem Josue solum fuerunt anni vigintiseptem vel quasi vt ait Josephus. 5. antiquitatum ꝛ probatum est. s̃. 2. capitulo. ꝛ iste casus de viris gabaa fuit pauco tempore post mortem Josue: ꝛ sic non essent triginta quinq; anni vel quadraginta ad plus inter ingressum in terram chanaan ꝛ casum istum: ꝛ tamen inter ingressum in terram chanaan: ꝛ casum de filia Jepte fuerunt plusquam trecenti anni. Nam Jepte dixit ad regem amonitaꝫ repetentem terraz quã possidebant israelite: quare tanto tempore per trecẽtos annos super hac repetitione nihil tentasti: ꝛ probat ibi q̃ per. 300. annos non fuerit interrupta prescriptio nec perturbata possessio israelitaꝫ in illis locis. ꝛ fuit possessio ista in anno quo introierũt israelite in terrã chanaan. g̃ inter casum beniamitarum ꝛ filie Jepte galaadite fuerunt ad minus plusquaz ducenti ꝛ quinquaginta anni. ꝛ sic non potuit ista esse solennitas pro filia ie-

Rñsio ad q̃stum.

Periurium nõ semper deo displicet.

Notandaz

Josephus.

A Nõnulloꝫ rñsio ad q̃stum.

B

pte. Motiuū autez quia dicitur. s. solennitas anniuersaria satis leue est. Nam mul e alie solēnitates erant anniuersarie tam de solennitatibus diuinis q̄ popularium. ¶ Alio modo potest dici q̄ ista erat aliqua de festiuitatibus quas deus posuerat obseruandas. Nam sylo erat ciuitas in qua erat nunc templuz domini z conuenire debebant israelite quolibet anno ad certas solennitates. Exodi. 23. et. 34. z Deuteronomij. 16. z quāquam ad illas soli masculi obligarētur venire cum dicatur omne masculinum tuum apparebit coram me. ex deuotione tamen veniebant multe femine. sicut patet de beata virgine que ascendebat ad templum domini ad dies festos cum Joseph viro suo: z cum Christo paruulo. z patet de illa vice qua eum in templo perdidit. Luce. 3. ita nunc ascenderent multe femine: potissime ille que erant de locis propinquis: z ille propter gaudium solennitatum ducerent choros. ¶ Alio modo potest dici q̄ ista solennitas erat aliquod festum quod fiebat a popularibus in sylo ad solam iocunditatem suam: z fiebat quolibet anno: z illo die omnes puelle de vrbe sylo ibant ad agros ducentes choros. z hoc tenet Josephus. s. antiquitatum dicens. ter in anno ad mercimonium in sylo fit conuentus: sequunturq̄ mulieres z virgines chorum. z etiam iste modus est etiam conueniens: z magis videtur consonare littere q̄ precedens. nam si fuisset aliqua solennitas de illis quas deus posuerat aliter signaretur. Nam diceretur q̄ erat tale vel tale festum: sed solum dicitur q̄ erat solennitas in sylo. ideo videtur quod erat aliqua festiuitas particularis illius loci. hoc potissime patet quia dicitur solennitas anniuersaria: z fuit adiunctum istud ad determinationem. si tamen intelligeretur de solennitatibus domini: non diceretur solennitas anniuersaria: quia solennitates dei anniuersarie erant eo q̄ quolibet anno celebrabantur. z tamen posita fuit ista limitatio ad aliquid significandum: ideo videtur q̄ non erat de solennitatibus domini sed de alijs solennitatibus quas faciebant populares de quibus dubitari poterat an essent anniuersarie.

D Doct. p̄ma rñsio ad q̄stum.

Doct. 2. rñsio ad q̄stū

¶ Que solennitas esset ista si de solēnitatibus dei esset. Qō. 37.

A

Queretur vlterius dato q̄ ista solennitas esset de solennitatibus dei que solēnitas esset. ¶ Respondendum q̄ inter solennitates dei quedam celebrabantur plurīes in anno: z alie semel tm̄. omnes autem simul erant septem. s. sabbatum: calende: phase: pentecostes: festum clangoris: festum expiationis: z tabernaculoruz. vt patet Numeri. 28. et. 29. Sabbatū erat qualibet hebdomada. Calende erāt in p̄n cipijs mensium. s. prima dies cuiuslibet mensis vocabatur calendarum Numeri. 28. z ista duo festa non erant anniuersaria quia fiebant plurīes in anno. alia quinq̄ erant anniuersaria: quia semel quolibet anno fiebant redeunte die eodem vel quasi. Festū phase erat semper die quartadecima mensis primi. s. martij. Festū pentecostes quinquaginta diebus post. Festum clangoris prima dies mensis septimi: scilicet septembris. Festuz propitiationis decima die eiusdez mensis. Festū tabernaculorum die quintadecima eiusdem. Leuitici. 23. capitulo. ¶ Dicendum tamen q̄ non poterat esse ista festiuitas phase: quia beniamite latere debebant in vineis vt patet in littera: iō oportebat q̄ vinee tunc haberent frondes ad latendum. poterat autem esse in qualibet aliarum quattuor festiuitatum: eo q̄ in omnibus illis essent frondes in vineis in terra illa: z a fortiori in omnibus alijs festiuitatibus q̄ erant in septēbri.

Rñsio ad q̄stum.

Septē erāt festa apud hebreos

Determñ. qō nis.

Qō. 38 A

¶ Queretur vlterius in qua tribu erat ciuitas sylo. [a] ¶ Respondendum q̄ non apparet ex littera nec etiam apparet ex descriptionibus sortium. Nam Josue. 15. vsq̄ ad. 20. vbi nominantur vrbes que erant in singulis tribubus non reperitur ciuitas sylo. [b] ¶ Aliqui autez putant q̄ sit in tribu Beniamin. vnde dicunt Hebrei q̄ in tribus vel quattuor locis legitur positum tabernaculum domini z omnia erāt in sorte Beniamin: scilicet in sylo: gabaon: nobe: Hierusalem. De sylo p̄z Josue. 18. De nobe primo Regum. 21. De gabaon primo Paralipomenon. 26. et secundo Paralipomenon primo. De hierusalem tertio Regum. 8. et. 2. Paralipomenon. 6. Q̄z autez ista loca essent in tribu beniamin patet de gabaon: z hierusalez Josue. 18. de nobe in terra duarum tribuum z dimidie Numeri. 32. z tamen terra illa solum pertinuit ad ruben gad: z dimidiaz tribum manasse. eodem capitulo z Josue. 13. q̄ autem esset in dimidie tribus Manasse sorte patet quia nobe filius Manasse cepit nobe que vocabatur prius Anath z vocauit eam nobe. Numeri 32. non ergo erat in sorte Beniamin. De sylo non apparet tam manifeste hic. Et tamen dicendum est q̄ sylo erat in sorte Effraim. quod patet considerando ordinem sortium terre israel. Nā sors effraim erat coniuncta lateri sortis Beniamin: scilicet ad partem aquilonarem vt probatuz est Josue. 16. et. 18. z bethel est terminus aquilonaris sortis beniamin. nam apud locum ipsum transit linea diuidens sortem Beniamin. Josue. 18. ideo quicquid est aquilonare respectu bethel est extra sortem Beniamin. z tamen sylo est aquilonaris respectu bethel: quia dicitur in littera q̄ sylo est ad septentrionalem plagam vbis bethel. ergo est extra sortem Beniamin z consequenter est in sorte effraim: quia sors effraim est coniuncta in latere aquilonari sorti beniamin vt dictum est. Nec obstat si dicas q̄ poterat esse in alia sorte extra Beniamin z Effraim. naz sylo est circa bethel cum dicitur q̄ est ad aquilonarem partem vbis bethel. i. ex parte aquilonari bethel nō est alia ciuitas magis propinqua ei q̄ sylo. nam hic ponuntur vrbes que sunt ex omnibus lateribus sylo. ideo necesse est q̄ sylo sit in sorte Effraim cuz inter sylo z bethel nulla ciuitas media sit: z sylo est magis aquilonaris q̄ bethel: z tamen bethel est in latere aquilonari tribus beniamin. ergo sylo est in sorte effraim: scilicet in latere meridiano eius. nam latus meridianum effraim: z latus aquilonare beniamin sunt eadez linea eo q̄ in continuis vltima sunt idē. ¶ Secundo patet hoc z clarius. p̄s. 77. vbi agitur de desertione tabernaculi sylo. s. q̄ deus dimiserit locum illum z elegerit aliuz locum vt esset sanctuarium ibi. naz dicitur. z repulit tabernaculum sylo tentorium qō collocauit inter homines: z proiecit tabernaculum Joseph z tribum Effraim non elegit: sed elegit tribum Juda montem syon quem dilexit. ergo tabernaculum sylo erat tabernaculum Joseph siue Effraim: idest in sorte effraim: z deus repulit illud volendo q̄ mutaretur ad alium locum: z elegit montem syon: scilicet vbi postea Salomon edificauit templum. z sic sylo est sortis Effraim ciuitas in fine lateris meridiani eius: z consequenter ciuitas Lebona est in sorte effraiz. nam est ad meridiem lebona ciuitas sylo. Item patet hoc quia sylo ponitur hic circa sichem quia est ad orientalem partez vie que ducit de bethel in sichimam siue sechem. z tamē sichem est in sorte effraim Josue. 20. z ibi sepulta fuerunt ossa Joseph. Josue vigesimoquarto.

[a] Rñsio ad q̄stum.

[b] Nonnullor opinio. B

¶ Quare potius iusserunt seniores beniamitis q̄ raperent puellas vrbis sylo hoc modo q̄ aliarum vrbium. Qō. 39.

A

Queretur vlterius quare potius iusserūt seniores beniamitis q̄ rapent puellas vrbis sylo isto mō q̄ puellas aliaz vrbiū. ¶ Rñderi pōt multipl'r. Primo q̄ p̄ scīm ē ad tutelam beniamitarum. s. quia sylo est coniuncta sorti beniamin. naz quando beniamite raperent virgines non raperēt oēs sz solū ducētas. s. singuli singulas in vxores: fic̄ dixerāt eis seniores vt p̄z in l'ra. alie autem fugerent ofestim in vrbem: z annunciarent: z patres atq̄ cognati puellaruz persequerentur velociter beniamitas: qui non possent nimis velociter fugere cuz traherent captiuas virgines. ideo si aliquātulum distaret locus refugij beniamitarum ab vrbe de qua raperent puellas cito cō sequerent eos patres z cognati puellarum: z occiderent illos tollerentq̄ puellas: ideo debuit eligi locus ad rapiendas puellas qui esset coniunctus terre beniamin vt breuissime possent beniamite introire in aliquam vrbem terre sue in qua non possent nocere eis israelite cognati virginum. istud autem nō reputū ē conueniētius q̄ in vrbe sylo: qz ē ciūcta terre beniamin. s. ad latus aquilonare vrbis bethel que est de terra beniamin. z sic non possent consequi eos fugientes viri sylo. ¶ Secundum erat quia si dicamus quod ista solennitas in qua capte sunt puelle erat de solennitatibus domini non poterat fieri in alio loco nisi in sylo: eo q̄ erat ibi tunc tabernaculū oīs p̄cedenti. c. ¶ Tertium erat quia forte iste modus ad rapiendum virgines non inueniretur in aliqua vrbe totius israel nisi in sylo. s. quia ibi fiebat solennitas in qua virgines ducebāt choros per vineas z forte non in alijs locis: iō non possent de alijs locis rapi. [*] ¶ Quartuz erat quia seniores israel volebant q̄ prouideretur beniamitis de vxoribus citius q̄ prouideri posset: z dato q̄ in alijs vrbibus fierent similes solennitates in quibus possent rapi virgines forte non erat aliqua tam in breui sicut solēnitas que fiebat in sylo: ideo fuit ibi potius hoc factum q̄ in alio loco terre israel. [o] ¶ Quere vlterius ad qd posuit hic scriptura terminos vrbis sylo. s. q̄ erat ad septētrionē bethel: z meridiem

Rñsio ad q̄stū. p̄ma cā

2. cā.

3. cā.

*4. cā.

[o] Qō. 40. A

Ad quid posuit h̄ scriptura termios vrbis sylo.

Rñsio ad q̄stū. 1.cā.

ridiem lebona ꝛc̄.quia non consuevit scriptura sic in alijs vbibus de quibus loquitur ponere terminos. ¶ Respondendum quia hoc fuit propter duo. ¶ Primo propter excellentiam vrbis.nam ista ciuitas erat nunc notabilior alijs vbibus israel:eo ꝙ erat ibi tabernaculum domini:ꝛ propter hoc ꝙ cognoscere tur pars terre in qua erat positi fuerūt termini eius ad omne la

2.cā. tus. ¶ Secundum ꝛ principalius propter quod factum fuit:est ad declarandum possibilitatem ꝛ conuenientiam eorum que narrantur hic.s.ꝙ beniamite caperent virgines discurrentes p vineas silo.nam ad hoc opus erat ꝙ haberent beniamite aliqō refugium in propinquo.non poterāt autem ipsi habere refugiū in aliqua vbe terre israel extra terram beniamin:eo ꝙ nunc rapientes filias israelitarum videbantur offendisse totum israel:ꝛ ante quā cognosceretur fuisse hoc de consilio seniorum omnes israelite expugnarent eos:ideo oportebat ꝙ confugerent ad aliquam vbez terre beniamin:ꝛ ad hoc oportuit esse ꝙ ciuitas de qua raperent puellas esset propinqua terre Beniamin.ꝛ sic cū silo erat de qua rapiende erant virgines: ponitur de vbe be-

Bethel erat ciuitaſ de tribu beniamin ꝛ fitus eius. thel ꝙ erat ad latus eius:quia bethel erat ciuitas de tribu Beniamin in ipso latere aglonari Beniamin.Josue.18. ideo cum ponatur ꝙ erat bethel in latere apud silo intelligetur ꝙ facile erat beniamitis hoc facere:quia raperent virgines silo:ꝛ illico confugerent ad vrbem bethel propinquam que erat in tribu beniamin.ꝛ ista fuit causa potissima quare potius rapte fuerūt virgines de vrbe silo q̄ de alia vrbe,nam nō poterant rapere virgines nisi vel de tribu Effraiz vel Juda:quia tribus Effraiz cō iungitur sorti beniamin in latere aquilonari eius:sors autez Juda coniungitur Beniamin in suo latere meridiano qō est aquilonare respectu sortis iuda vt colligitur Josue.15.et.18.Et ex hoc etiaz patet qō dicebatur.5̄.penultima.q.s.ꝙ ciuitas silo nō erat de tribu Beniamin sed de tribu Effraim.Oz nō eēt de tribu Beniamin patet quia in tota tribu Beniamin nulla mulier manserat supra in littera.ꝛ tamen in silo manserant multe.ergo non erat de tribu Beniamin. ¶ Secundo patet quia omnes vbes beniamitarum destructe fuerunt ꝛ igne consumpte precedenti.c.Silo tamen illesa mansit vt patet hic. ¶ Tertio patet quia patres puellarum Silo venturi erant ad conquerendum de Beniamitis ꝙ rapuissent filias eorum vt patet in littera. non poterant tamen de hoc conqueri beniamite:quia nullus beniamita habebat nunc filiam: quia omnes occise fuerant. ergo viri Silo non erant de tribu beniamin: ꝛ si fuisset

4.rō. Silo de terra beniamin non oportuisset fieri istum raptum: quia manerent adhuc virgines in tribu beniamin. ¶ Quarto patet:quia in Silo erat sanctuarium domini nunc:ꝛ ad illud venerunt israelite postquam combusserunt omnes vbes beniamitarum vt colligitur precedenti.c.ꝛ hic.ergo non erat silo de

5.rō. terra beniamin. ¶ Quinto patet quia quādo israelite ibant ad pugnandum contra beniamitas veniebant qualibet norte in silo:ꝛ ibi manebant coram domino ꝛ consulebant eum vt patet precedenti capitulo.ꝛ tamen si fuisset de tribu Beniamin: non potuissent hoc facere:quia non permitterēt eos beniamite manere in terra sua cum essent hostes eorum. Oz autem Silo esset de terra Effraim:patet quia erat coniuncta sorti tribus Beniamin:ita vt possent beniamite rapere virgines de vrbe Silo:ꝛ cito ducere eas in Bethel vrbem terre sue.nulla tamē alia tribus erat coniuncta tribui beniamin ex latere aquilonari nisi tribus effraim. ¶ Queretur vlterius de modo istius consilii rapiendarum virginum. ¶ Dicendum autez ꝙ modus fuit ꝙ beniamite peterent a viris silo filias suas in vxores:ꝛ illi noluerunt dare:quia constricti erant iuramento: illi autem tacuerunt:ꝛ post aliquos dies aduenientē ista solennitate nihil suspicantes silonite permiserunt virgines ire ad ducendum choros per agros ꝛ vineas:ꝛ cū laterent beniamite rapuerunt eas. istud consilium dederunt seniores:non quidem tanquam crederent ꝙ silonite darent filias beniamitis quāc̄ illas peterēt: quia sciebant potius ꝙ non darent eas propter iuramentum: sed voluerunt ꝙ ista petitio esset color ad defendendum raptū virginum.nam sciebant seniores ꝙ silonite cōquererentur de raptu virginum:ꝛ si nullam excusationem haberent beniamite viderentur egisse tanquam bellatores iure suo accipiētes virgines cum a nullo petiuissent.ꝛ videretur tunc ꝙ sicut ipsi iure bellico illas rapuerunt:ita iure bellico essent repetende ab eis: ꝛ infligenda eis maiora damna. cum tamen silonite non dediſſent virgines petentibus beniamitis:ꝛ postea ipsi rapuissent

Qō. 41. A De mō cilij rapiēdarū virginū. ℟ Rñsio ad q̄stū.

ipsae:si conquererentur responderetur eis ꝙ ipsi peccauerent: quia cuz beniamitis positis in necessitate non dedissent illas sylonite ipsi primo peccauerant:ꝛ iuste iā illas accipiebant beniamite cū non haberēt qd facerent vltra hoc.ꝛ hoc dixerūt seniores ꝙ dicerent patribus virginum.s. petentibus non dedistis:ꝛa vestra parte primo petiū ē vt pz in lra.

¶ Ad quid erat hoc iuramentum israelitarum de nō dando beniamitis vxores. Questio.42.

Queretur vlterius circa istud iuramentum israelitarum de non dando beniamitis vxores ad quid erat. nam non est in potestate patris tradere filiam cui voluerit: sed in potestate eius est nubere cui voluerit cum matrimonia debeant habere in contrabendo omnimodam libertatem:ꝛ sic non debuissent magnam difficultatem circa iuramentum istud facere israelite: quia hz ipsi non traderent filias suas beniamitis:ipse se possent tradere illis:ꝛ suppleret sic defectus vxorum in eis:nec oporteret fieri alios circuitus. ¶ Responderi potest dupliciter ad hoc.Uno modo ꝙ istud iuramentum proficiebat:quia hz non esset in potestate israelitarū tradere filias suas huic vel illi:erat tamen in potestate eorum suadere:ꝛ filie sequerentur suasionem patrum.ꝛ sic cum dicitur ꝙ isti iurabant se non daturos filias suas beniamitis iurabant ꝙ quilibet eorum ageret quantum posset vt filia sua non nuberet alicui beniamite:ꝛ nunc aduenientе casu suadere debebant quantum poterant ne filie sue nuberent illis. ¶ Alio modo dici potest ꝛ verius ꝙ secus erat in veteri testameno quantum ad ritum matrimoniorum q̄ nunc in ecclesia:quia nunc cōstitutione ecclesie introducta est magna libertas inter partes cōtrabentes in contrabendo:ꝛ non habet ius pater sup filiū aut filiam in contrabendo.in veteri autem testamento ꝛ apud oēs antiquos secus erat:qz non attendebatur voluntas puellarum sed patruz:qz puelle erāt totaliter in potestate ꝛ dispositione patrum:ꝛ non accipiebant alios in sponsos nisi pze iubente: nec credebat aliquis habere posse sponsam nisi illam a patre vel maioribus puelle peteret:ꝛ pater tradebat puellam cui volebat non petito consensu eius:sed potius videbatur ꝛ tenebatur tūc ꝙ puella obligaretur sequi patris consensum.sic fuit de Rebecca quando periit illam Eliezer seruus Abrae in vxorem pro Isaac filio Abrae a fratre suo ꝛ matre.nam non fuit petitus cō sensus puelle ad contrabendum sed ad veniendum cum Eliezer. nam postq̄ concessissent eaz in vxorem:ꝛ Eliezer petere ꝙ illico permitteretur recedere dixerunt parentes Rebecce: quaeramus voluntatem puelle:ꝛ dixerunt ei: vis ire cum homine isto? Gen.24.ꝛ sic erat inter istos israelitas: quia potestas dandi filiabus maritos erat apud eos ex consuetudinem temporis:ꝛ non erat in potestate filiarum accipere viros: iō poterant iurare non daturos eas beniamitis: quia dare vel non dare erat in potestate eorum.

A

Rñsio ad q̄ situm ꝑma.

Rñsio scōa ad q̄situm. In ecclesia noui testamenti magna ē libertas inter partes ꝫbētes matrimonium.

¶ An isti seniores peccauerunt dando beniamitis consilium de rapiendo virgines silonitarum. Qō.43.

Queretur vlterius an isti seniores peccauerūt dando beniamitis consilium de rapiēdo virgines silonitarum. ¶ Respondendum ꝙ israelite nō putabāt se peccare sed potius dixerunt ꝙ isto mō religio iurisiurandi seruaretur:ꝛ prouideretur beniamitis de vxoribus vt ait Josephus.5. antiqui.Dicendum tamen ꝙ iuramentū non tenuit vt declaratū fuit.5̄.in quadam questione.ideo non oportebat ꝙ seruaretur: ꝛ tamen si tenuisset peccauissent isti seniores. ¶ Primo qz isti darent consilium ad faciendum contra iuramentum suum. naz iurauerant ꝙ nemo daret de filiabus suis vxorem beniamitis: ꝛ erat intentio iurantium vt beniamite nullam vxorem haberent de filiabus israelitarum:ꝛ tamen isti seniores procurabāt ꝙ israelitarum filie traderentur beniamitis: ergo erant piuri.

A

Rñsio ad q̄situm.

1.rō.

¶ Secundo qz qui procurat vt alius faciat contra iuramentū incitat eum ad peccandum:ideo ipsi peccant.nam ipsi volebant ꝙ silonite patres virginum pietate moti relinquerent filias suas beniamitis.In quo facerent contra iuramentum.

2.rō.

¶ Tertio quia ipsimet rogaturi erant silonitas vt misererentur beniamitis ꝛ dimitterent eis iam filias suas:ꝛ in hoc rogabant eos agere ꝫ iuramentū.si aūt iurm non teneret adhuc peccarēt seniores:qz consulerent beniamitis raptu virginū qō erat crimē eo ꝙ primabant pzes eaz iure suo ꝛ puellas reuirentes acciperēt: qz forte ille nollent esse vxores beniamitaz.ex ignorātia tñ putauerunt seniores se teneri iuro:quo seruato periret vel pateretur

3.rō.

magnũ detrimentum tribus beniamin quod malum erat: ideo putauerũt se nihil mali agere q̃ ꝓsuleret istud:sed potius q̃ erat laudabile opus. ¶Quere vlterius cur putabãt piuros sylonitas esse quor filias raperent beniamite ꝓmittendo illas manere cum eis.ª ¶Rñdẽdus q̃ nõ putauerunt eos peccare.nã si credidissent eos peccare non incitarent ad hoc:sed credebãt q̃ si sylonite sponte filias suas traderent piuri erant.nunc autẽ qz beniamite rapuerunt eas nescientibus ⁊ iam reclamantibus sylonitis non peccabant.ipsi aũt qui dederant ꝓsiliũ istud non putabant se posse dare licite filias suas:qz sponte dando incurrerent piurium:sed ꝓsulebant q̃ acciperent filias:⁊ qz hoc nesciebant non essent periuri. ª¶Sed istud nõ stat:qz ly non essent periuri per hoc q̃ beniamite raperent filias eor essent tñ periuri qñ ꝓmitterent illas cum raptoribus : potissime qz ẽm consuetudinem tpis illius filia non poterat ℌbere nisi cum illo quẽ pr̃ assignaret ⁊ cui illaz uaret:⁊ sylonite consensuri erant istud.nã seniores rogaturi erant eos q̃ misererentur beniamitarum: ⁊ ad preces eorum condescenderent sylonite: maxime qz de facto erat in potestate eorum q̃ filie sue manerent cum beniamitis: vel non:⁊ si semper insisterent restituerentur eis filie. nam ob hoc seniores rogaturi erant eos. Item non putabant seniores q̃ erant periuri rogando q̃ sylonite permitterent beniamitis tenere filias ipsorum contra iuramentum: qz alꝫ equaliter recusarent istud:⁊ q̃ ipsi uarent filias suas:sed grosse iudicabãt circa istud iuramentum putantes se nullo modo incidere in periurium nisi uarent sponte filias suas petentibus beniamitis: vel non petentibus.

Qõ.44 A Cur putabant periuros sylonitas eẽ quorũ filias raperẽt beniamite ꝓmittendo illas cũ eis. ª Rñsio ad q̃situz. ª Improbõ

¶An peccarũt beniamite rapiendo virgines sylonitas. Qõ.45.

A Rñsio ad q̃situm. 1.rõ. 2.rõ. 3.rõ.

Queretur vlterius an peccauerunt beniamite rapiendo virgines sylonitas:⁊ uato q̃ patres eaz nollent tradere eas an liceret eis illas accipere rapiẽdo.¶Respondendum q̃ peccauerunt beniamite rapiendo virgines sylonitas.¶Primo qz preiudicabant patribus earum.nam ipsi habebant ius super eas ad uandum eas quibus uellent: ⁊ tamen beniamite priuabant eos isto iure rapiendo virgines:ideo peccabant.¶Secundo quia beniamite quantum in se erat conabantur vt sylonite inciderent in periurium.ſ.q̃ aliquo modo traderent eis filias suas de ꝯbus iurauerunt q̃ non traderent eas illis:⁊ beniamite credebant sylonitas piuros esse si uarent eas qz omnes israelite putabant istud iuramentum tenere:⁊ tamen qui incitat alium ad periurium quomodocunq̃ peccat:ideo peccabant isti.¶Tertio pz qz isti acceperunt puellas inuitas que forte nolebãt eẽ uinges illoz:⁊ ĩ ꝫ erat uuplex peccatũ. ª Primũ erat stupr̃.ſ.qz deflorabatur virgo indebite cũ nõ eẽt uxor:qz illa nõduz in eum vt in virum consenserat. Scõm erat violẽtia qz inuite rapte fuerant ⁊ cognite.¶Ad scõm dicẽdum q̃ si patres earum nollent uare illas beniamitis q̃ non licebat illis rapere illas.Et si obijciatur q̃ erant in necessitate:qz non poterãt aliunde habere uxores de stirpe hebreorum.¶Dicendũ q̃ ista non erat necessitas absoluta in qua liceret eis rapere virgines: quia habebant alia remedia.ſ.q̃ poterant accipere uxores de gentilitate:⁊ conuerterent eas ad ritum iudaicum : ⁊ si ille nollent manere cum eis in ritu iudaico sed in gentilico:adhuc poterant eas sic tenere vt fecerunt duo filij Noemi vt patet Ruth. primo ⁊ declaratum est.ſ.in quadam.q.Et tñ in maiori necessitate erant beniamite q̃ illi:qz illi poterãt habere uxores hebreas si uellent de terra moabitarum in qua tunc manebant uenire in terram israel:istis autem non uabantur uxores israelitis. ⁊ tamen uato q̃ non possent habere isti uxores de gẽtilitate potius sustinere debebant uitam uiduales ⁊ castaz q̃ rapere virgines.quod patet:nam si uaretur q̃ quis nullo modo posset habere uxorem nisi uxorem alterius sibi raperet in uxorem:potius mori debebat fine uxore immo mortem tolerare q̃ hoc facere. sed hic non poterãt beniamite rapere virgines sylonitas nisi multa preiudicia faciendo:ideo non licebat eis accipere illas etiam si non haberent alias uxores:⁊ patres earuz non uarent eas illis.seniores tñ non putauerunt istam violentiam peccatum esse:⁊ si aliquod erat potius uolebant committere illud vt prouiderent tribui beniamin q̃ detrimentum pateret.

Rñsio ad secũdũ q̃situ. Obiectio Rñsio

Qõ.46 A An beniamitis petẽtibus sylonitas ĩ uxores si pr̃es eaz illas uar nollẽt an peccarẽt

¶Quere vlterius an beniamitis petentibus sylonitas in uxores si patres earum illas uare nollent an peccarent. ¶Rñdendum q̃ israelite non putabant se peccare in hoc ⁊ immo potius credebant q̃ si uarent peccarent:qz faciebant contra iuramentum qõ credebant tenere.sic dixerunt israelite.ſ.filias nostras uare non possumus constricti maledictione ⁊ iuramento. ⁊ tamen ſm veritatem non tenebantur.vt.ſ.declaratum est.⁊ quia iste erroz erat in eis inuincibilis eo q̃ nullus erat eo tempore q̃ declararet istud iuramentum non tenere non peccabant nõ dantes filias suas. Si tamẽ crederent q̃ non tenebantur iuramento dicendum q̃ aut habebant aliq̃ cãm quare non uabant eas illis: vtpote qz erant viri feroces ⁊ alꝫ mali cum quibus grauis vita uxoribus ducenda foret:aut nullam hmõi cãm habebant.Si haberẽt causam uato q̃ tota tribus beniamin periret non uando uxores istis nemo tenebatur uare filias suas talibus in uxores.si autem nulla causa subesset videbatur aliqua liter q̃ isti peccarent non uando eis filias suas:tum qz cogerẽt eos mori fine uxoribus vel declinare ad accipiendum uxores de gentilitate:in quo erat magnum periculum.ſ.qz poterãt pertertere corda eorum vt colerent idola.sicut dicitur.3.Regum. 11.certissime auertent corda uestra vt sequamini deos earuz. tum qz inferrent uamnum tribui beniamin que non posset cõuenienter multiplicari istis ducentis nõ bñtibus uxores.

lonitas ĩ uxores si pr̃es eaz illas uar nollẽt an peccarẽt

Qõ. 47. A Qũo seniores dicturi erãt sylonitis cõqrentib⁹ de rapta filiarum suarum. ª Rñsio ad q̃situ.

¶Queretur vlterius qũo seniores dicturi erant sylonitis conquerentibus de raptu filiarum suarum a uestra parte peccatũ est.nam ipsi non credebant q̃ peccarent non uando filias suas illis beniamitis:sed potius peccarent uando quia iurauerãt nõ uare:⁊ si ipsi peccarent non uando etiam peccarẽt ipsi seniores ⁊ omnes alij israelite:qz omnes idem iurauerant. ª¶Dicẽdũ q̃ ly sylonite ſz veritatem possent uare filias beniamitis quia iuramentum non tenebat:seniores tamen credebant q̃ non poterant eo q̃ ipsi putabant tenere iuramentum: dicturi tñ erant istud sylonitis ad placandum eos vt non insisterent contra beniamitas repetendo filias ad hoc q̃ fieret bellum ⁊ allegarent ad hoc aliquas rationes verisimiles ly non veras quibus placarentur sylonite aliqualiter.

¶Feceruntq̃ filij beniamin vt sibi fuerat imperatum:⁊ iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his que ducebant choros uxores singulas:abieruntq̃ in possessionem suam edificantes urbes:⁊ habitantes in eis.Filij quo qz israel reuersi sunt per tribus ⁊ familias in tabernacula sua. Jn diebus illis nõ erat rex in israel:sed vnusquisq̃ quod sibi rectum videbatur hoc faciebat. supra.17 c.2.18.a

Feceruntq̃. Hic ponitur consilij executio.⁊ dicitur. (Fecerũtq̃ filij beniamin vt sibi fuerat imperatum) .ſ.adueniente festiuitate in sylo rapuerũt virgines sylonitas.(Et iuxta numerum suum rapuerũt sibi de his que ducebant choros uxores).i.susceperunt ducẽtas virgines in uxores de illis que ducebant choros per vineas: qz ipsi erãt ducenti.(Abieruntq̃ in possessionem suam).i. iuerunt in bethel urbem terre beniamin que erat circa sylo vt ibi haberent pro tunc refugium si forte uellent sylonite persequi eos ad tenendas filias.(Edificantes urbes ⁊ habitãtes in eis).i. restaurantes urbes antiquas.nam multe urbes erant in tribu beniamin vt patet Josue.18.tamen nunc in bello dirupte fuerãt omnes ⁊ combuste edificiaq̃ dissipata:⁊ ad hoc q̃ habitarent isti beniamite ibi oportebat q̃ reficerent dirupta earum: sed nullã urbem de nouo constructuri erant.nam ⁊ ipsas veteres non poterant replere cum essent soluz sexcenti viri. (Filij quoq̃ israel reuersi sunt per tribus ⁊ familias in tabernacula sua).ſ.facta prouisione beniamitis de uxoribus reuersi sunt omnes israelite in tabernacula sua.⁊ dicitur per tribus ⁊ familias suas .ſ.qz omnes israelite conuenerant ad istud bellum vt patet precedẽti.c.⁊ finito illo redibant omnes in loca sua:⁊ hoc per tribus ⁊ familias.ſ.omnes de vna tribu ibant simul:⁊ omnes de vna familia simul.est enim familia quedam spãlis cognatio sub tribu ⁊ ꝯ q̃libet tribus certas familias quaz numerus ⁊ noia ponũt Nu.26.c.Sed qñ fuerit iste reditus israelitaz declarabit infra ĩ quadã.q.(Jn diebus illis).ſ.qñ accidit casus leuite ⁊ uiroz gabaa.(Nõ erat rex in israel.) Nõ solũ nõ erat rex: sed ẽt nullus erat iudex:nec uiuebat tunc Josue.⁊ sic fuit in quodam tempore in quo nullus ꝑfidebat.(Sz vnusq̃sq̃ qõ rectuz sibi videbat ꝯ faciebat.)ſ.q̃ nullus iperabat poterat q̃libet facẽ qõ uolebat: qz nullus

Consilij executio † † † † †

quia nullus cohibebat eum per timorem pene. ꝛ ponitur ad declarandu; quomodo accidit istud nephas de tenite vxore: ꝛ de bello postea insurgente inter omnes israelitas contra tribũ beniamin. nam si fuisset aliquis rex eo tempore vel iudex potens: qui per modum potentie potuisset cohibere delinquere volentes non fecissent viri gabaa nephas qõ fecerunt contra vxores tenite: ꝛ dato ꝙ illud factum fuisset: tamen saltem non diuisum fuisset totum regnu; israelis in duas partes ꝛ vna pugnaret cõtra aliam. sicut factum est nunc. ſ. qz non existente rege quilibet faciebat qõ sibi placebat. ª ¶ Queret de recessu israelitarum qui congregati erant: quando redierunt in tabernacula sua. ¶ Aliquis dicet ꝙ factum é b̃ postq̃ beniamite acceperũt vxores sufficientes sibi. ſ. quadringentas de iabes galaad ꝛ ducentas de sylonitis: ꝛ hoc videtur innuere littera. nam postq̃ dicitur de ducentis vxoribus quas acceperunt beniamite de sylo: dicitur ꝙ redierunt israelite in tabernacula sua per tribus ꝛ familias. ¶ Dicendũ tamen ꝙ hoc non stat. Primo quia nõ erat verisimile ꝙ totus israel qui erat congregatus ad pugnandu; maneret in aliquo vno loco quousq; prouideretur beniamitis de vxoribus: qz magnu; tempus in hoc fluxit: ꝛ quia totus israel maneret congregatus nihil proficiebat ad hoc: ideo videtur ꝙ ante hoc redierint singuli in loca sua. Scõ pz ꝛ efficacius: qz si adhuc congregatio ista esset qñ beniamite rapuerũt virgines sylonitas non essent patres nec cognati earum in sylo: qz omnes israelite potentes pugnare erant in castris: ꝛ tamen erant nunc in sylo: ꝛ isti seniores qui dederunt istud consilium non erant in eodem loco. nam dixerunt ꝙ quando venirent ad eos patres ꝛ fratres virginum raptarum responderent eis id quod habetur in littera. ¶ Tertio patet qz finito bello rediit totus exercitus in sylo vt patet in littera. s̃. si ergo maneret adhuc israel congregatus esset ista congregatio in sylo. ꝛ tamen non erant ibi: quia tunc essent ibi isti seniores qui dederunt istud consilium cum ceteris israelitis: tamen non erant in sylo: qz tunc quando consulerẽt beniamitis nõ dicerent. ecce solẽnitas anniuersaria est in sylo. sed dicerent: solennitas est in loco isto: ideo non erant isti seniores in Sylo ꝛ consequenter nec alij israelite erant ibi congregati. ¶ Quarto patet qz si nondum fuisset facta discessio de castris israelitarum manerẽt oẽs in sylo vbi prius erant: ꝛ tunc nõ consulerent seniores beniamitis ꝙ raperent virgines de Sylo: quia non possent eo ꝙ in agris essent tentoria israelitarum: qz non poterant capi omnes intra vrbem cum essent plusquã quadringenta milia virorum vt pz p̃cedenti. c. ꝛ sic impedirentur latere beniamitis in agris ꝛ vineis propter presentiam israelitarum. Et etiam ipse virgines non possent discurrere cum choris per agros ꝛ vineas propter multitudinem israelitaru;. ¶ Quinto qz esset periculum beniamitis velle rapere virgines sylonitas si esset ibi tota multitudo israelitarum: qz illico caperentur clamantibus virginibus anteq̃ ducerent eas ad terram suam. ¶ Sexto patet qz si essent ibi omnes israelite congregati consilium seniorum de rapiendo virgines sylo esset pessimu;: qz non esset aliquis locus in tota terra israel in quo difficilius istud fieret propter presentiam virorum totius israel: ꝛ in qualibet alia vrbe posset istud fieri faciliter eo ꝙ in alijs vrbibus nulli erant viri potentes pugnare cum omnes conuenissent in castra: ꝛ sic raperent quas vellent nemine impediẽte: ideo si esset adhuc congregata multitudo israelitarum non suaderent seniores hoc fieri in Sylo sed in aliqua alia vrbe. ¶ Dicendum est ꝙ quando factus est iste raptus virginum iam recesserant singuli israelite de castris in tabernacula. Pro quo sciendum ꝙ israelite pugnauerunt contra beniamitas: ꝛ occisa tota multitudine eorum fugerunt fercenti ad petram rẽmõ: ꝛ mãserunt ibi mensibus quatuor precedenti. c. interim totus exercitus israelitarum discurrit per totam terram beniamin: ꝛ diruit vrbes atq; succendit ociditq; senes paruulos ꝛ femias vsq; ad pecora. precedenti. c. ꝛ post hoc redierũt in Sylo ꝛ planxerunt ibi coram domino super destructione vnius tribus de israel vt patet. s̃. in littera. ꝛ tunc volentes prouidere beniamitis de vxoribus ne penitus deleretur tribus beniamin occiderunt viros iabes: ꝛ acceperunt quadringentas virgines: ꝛ tunc miserunt israelite pro beniamitis q erant in petra Rẽmon: ꝛ ibi consũmati fuerunt quattuor menses ex tempore quo occisi fuerant in bellis beniamite: ꝛ fugerũt isti fercenti ad petram Rẽmon: ꝛ in istis omnibus erãt adhuc congregati israelite in Sylo. nam quando ducte sunt virgines iabesene erant adhuc omnes israelite in Sylo vt patet. s̃. in littera. ſ. inuẽte sunt i Jabes quadringente virgines que nõ cognouerunt viri thorum ꝛ adduxerunt eas ad castra in sylo. ergo erant tunc castra in sylo. dicendũ aũt ꝙ post hoc recesserunt illico israelite per loca sua: qz congregatio eorum iam non erat vtilis ad aliquid: ꝛ mansit solis senioribus populi cura de prouidendo ducentis viris beniamitis qui nondum acceperãt vxores: ꝛ inito consilio decreuerunt ꝙ peterent filias sylonitarum: ꝛ cum nollent eas dare patres ipsarum ꝙ laterent in vineis ꝛ caperent illas in solennitate ãniuersaria: ꝛ sic aliquantum tempus transierat postq̃ recesserant israelite in tabernacula sua quando factus est raptus sylonitarum virginum. ¶ Cum autem obiciatur ꝙ post illum raptum fuerit recessio de castris ex ordine littere. ¶ Dicendum ꝙ est mutatio ordinis per recapitulationem sicut sepe fit in scriptura per anticipationem vel recapitulationem. ꝛ satis pz ex ipsa littera ꝙ non fit ordo seruatus. nam tenẽdo ordinẽ littere nõ solum oportuisset manere cõgregatos oẽs israelitas in castris vsq; quo rapte essent virgines sylonite sed etiam multo tempore post: quia dicitur ꝙ beniamite rapuerunt singulas virgines ꝛ abierunt in possessionem suam edificantes vrbes: ꝛ habitantes in eis. ꝛ tamen manifestum est ꝙ non manserunt omnes israelite simul non recedentes in tabernacula sua vsq; quo beniamite edificarent vrbes: ideo certum est ꝙ hic est ordo mutatus. ¶ Queretur vlterius quo tempore accidit iste casus de destructione beniamitarum. ª ¶ Respondent quidam ꝙ accidit tempore belli summi sacerdotis vel paulo ante. ſ. nõ multo tempore ante tempora regu;: ᵒ ꝛ mouentur ad hoc ex ordine libri. nam fuit posita supra historia omniũ iudicum: ꝛ sic putatur ꝙ fuerit istud post omnes iudices. ᵇ ¶ Dicẽdũ tamẽ ꝙ hoc non stat: sed fuit istud bellum post mortem Josue ꝛ anteq̃ essent aliqui iudices in israel: ꝛ fuit quasi illico post mortẽ Josue. ○ autem fuerit post mortem Josue patet: quia istud accidit manentibus israelitis in terra chanaan: ergo accidit dum viueret Josue vel post mortem suam. qõ pz: qz Josue introduxit israelitas in terram chanaan ꝛ erat princeps tunc vt patet Josue primo ꝛ scõo ꝛ per totum. ○ antẽ non fuerit istud eo viuente patet: qz ipse non permisisset talia fieri in israel: ꝛ ꝙ diuideretur populus in duas partes ꝛ pugnaret ideo mortuus erat. ¶ Scõo patet quia dicitur hic ꝙ eo tempore nullus erat rex in israel ꝛ quilibet faciebat qõ sibi rectum videbatur. ꝛ non accipitur rex pro rege: sed pro regente bñe ptãtem coercitiuã sup malos: ꝛ tñ tpe Josue ipse coercebat malos: ꝛ magis populus timebat eum ꝛ faciebat propter eũ plura q̃ propter reges. ideo videtur ꝙ nõ fuit tempore suo. ¶ Tertio pz qz dato ꝙ accidisset tempore Josue non fuisset sic. puta de beniamitis de vxoribus. ſ. ꝙ non prouiderent eis seniores: sed Josue qui erat princeps iuberet quid fieret in omnibus his. seniores tamen disposuerũt omnia hec vt patet in littera. ergo non viuebat Josue. ○ autem fuerit factum paulo post mortem Josue anteq̃ essent iudices in israel patet quia quando factũ est istud nullus erat reges in israel qui cohiberet: vel punire posset istud malum vt dicit in littera: ꝛ tamen iudices h̃ minorem potestatem haberent q̃ reges poterant coercere peccata populi intantum ꝙ timore eorum populus non colebat idola eis viuentibus: ꝛ cum moreret aliquis iudex declinabat populus ad idolatriam vt patet. s̃. 2. ꝛ tamen nunc nullus poterat cohibere peccantes cum quilibet faceret qõ vellet: ergo nondum ceperant iudices. ¶ Scõo patet qz quando accidit istud nondum capta fuerat hierusalem de manu iebuseorum vt patet. s̃. 19 nam iste leuita cuius vxor occisa fuit noluit intrare in hierusalem: qz erat ciuitas chananeor. ꝛ tñ fuit ista ciuitas capta illico post mortem Josue vt colligit. s̃. primo vbi dicitur ꝙ post mortem Josue consuluerunt israelite deũ quis ascenderet ante eos ad pugnandum contra chananeum: ꝛ respondit ꝙ ascenderet Judas ꝛ ascendit. ꝛ sequit ibi quomodo cepit vrbẽ hierusalez. ꝛ sic fuit modico tempore post mortem Josue: ꝛ tñ nõdum erat capta hierlm qñ fuit iste casus. ergo valde coniunctus morti Josue fuit iste casus anteq̃ esset aliquis iudex in israel. nam si aliquis iudex tunc fuisset quãdo capta est hierusalem non consuluissent israelite quis ascenderet ante eos ad pugnandum: quia certum est ꝙ ille iudex esset princeps ad pugnandum cum isti iudices vocarẽtur saluatores dati israelitis contra oẽs. s̃. 3. ¶ Tertio patet quia in isto bello israelitarũ contra beniamitas cum ascendissent omnes in sylo anteq̃ pugnarent consuluerunt quis esset dux in exercitu eorum cõtra filios beniamin: si tamen aliquis iudex tunc esset: certum est ꝙ ille esset dux: ꝛ nõ oporteret inqrere qs eẽt dux. g̃ nõ erat tũc aliqs iudex. p; hoc p̃cedẽti. c. Fuit g̃ iste casus de pmis q facti sũt post mortẽ Josue. vñ prius fuit iste q̃ casus virorũ tribus dan i raptu idoli michee: ꝛ captione vrbis lesendan de quo. s̃. 17. ꝛ 18.

ª Qõ. 48. A Quõ israelite redierũt in tabernacula sua. Cuiusdã rñsio ad q̃stum.

Impropbatio

1. rõ.

2. rõ.

3. rõ.

4. rõ.

B

5. rõ.

6. rõ.

Doct rñ. ad q̃stũ

Notãdũ

C

Obiectio

Rñsio

Qõ. 49 A Quo tpe accidit iste casus de destructõe beniamitarũ

ª Quozũdã rñsio ad q̃stum

ᵒ 1. rõ.

ᵇ Cõfutatõ rñsionis. 2. rõ.

3. rõ.

Bellũ iter israelitas ꝛ beniamitas fuit paulo post mortẽ Josue Rõ. 1.

Rõ. 2.

B

Rõ. 3.

vt probat Josephus.5.antiquita.ideo ipse illico post mortẽ Jo sue enarrat istud accidens de bello beniamitarum: ꝛ post illud enarrat accidens de captione vrbis Lesendã:ꝛ deinde incipit enarrare gesta iudicũ inchoans ab Othoniele qui primus fuit de quo.ō.3.Scriptura tamen mutauit ordinem in hoc: in quo falluntur multi.ꝛ causa huius fuit:qz in isto libro voluit actor scribere gesta iudicum eo ꝙ de iudicibus intitulatur : ꝛ cũ ista tria accidentia.ſ.de idolo michee ꝛ captione vrbis Lesendan : ꝛ vroze leuite non fuerint historie iudicum:qz non fuerunt tempore ipsorum:nec per eos geste non debuerunt preponi gestis iudicum:qz tunc magna pars libri ab exordio introduceret facta aliena que non pertinebant ad iudices .egit ergo in principio de gestis iudicum:qz tamen ista accidentia dicta non erant omittenda eo ꝙ fuerunt magne doctrine pro posteris debebãt scribi in aliquo libro sacre scripture .non fuit tamen aliquis liber cui magis conuenirent q̃ libro iudicum eo ꝙ fuerunt magis propinqua temporibus iudicum q̃ historijs aliorum librorum:ꝛ sic debuerunt introduci in librum iudicum.ꝛ tamen ne extranee historie maximã libri partem in principio occuparent enarrata fuit primo vsq; ad Samsonez tota historia iudicum de quibus intendebat:ꝛ deinde expleto qō erat de intẽtione libri introducta fuerunt ista que erant quasi accidentalia.

Qō.50 A Quare de hic ꝙ non erat isto tẽpore rex in israel ꝛc. Rñsio ad q̃ stitum.

¶Queretur vlterius quare dicitur hic ꝙ non erat isto tempore rex in israel sed quilibet faciebat qō sibi rectum videbatur. Et cur non dicitur ꝙ etiam non erat tunc aliquis iudex: qz eo existente non faceret quilibet qō vellet. ¶Respondendum ꝙ intentio auctoris fuit in istis verbis respondere tacite questioni. nam legens vel audiẽs ea que habentur hic diceret quomodo potuit esse tanta deordinatio in populo ꝙ viri Gabaa tantum nephas contra leuitam ꝛ vroꝛẽ eius molirentur:ꝛ dato ꝙ hoc fuisset:quomodo rursus populus fuit taz discors vt diuideret̃ in duas ptes:ꝛ pugnaret vsq; ad deletionẽ vnius tribus israel. respõdit auctor ꝙ istud fuit ex defectu gubernatoris:nullus.n. erat tunc gubernator in israel quem timerent israelite:ideo quilibet faciebat qō sibi rectum videbatur.i.qō desiderabat.i. siue bonum siue malum esset:ꝛ istud poterat emendari post q̃ factũ esset ꝙ aliquẽ ꝑncipẽ totius israel si fuisset tunc:vel magis impeditum fuisset ne tale quid accidisset:ꝛ hoc poterat quilibet principe totius israel euitare siue esset rex : siue Josue qui non erat rex:siue aliquis de iudicib⁹.De regibus patet quia magna erat potestas regum inter hebreos.ſ.ꝙ populus sibi obediebat in omnibus tam laici q̃ sacerdotes.Potestas etiaz Josue fuit valde magna.nam populus tenebat eum in magna veneratione sicut Moysen de quo Numeri.17.et Deutero.vltimo:ꝛ Josue primo.ita vt quicunq; non obediret Josue per ois morte moreretur vt patet Josue primo.Potestas etiam iudicuz satis magna erat:qz erat super totum populum : ꝛ congregabat omnes israelitas ad bellum quãdo expediebat:ꝛ faciebat quecũq; alia in populo que vtilia erant toti populo:ꝛ timebat populus iudicem intantum ꝙ viuente quocunq; iudice non audebat populus declinare ad idolatriam:ꝛ illo mortuo mox declinabat vt patet.ō.2.

Magna erat ptãs regũ inter hebreos.

B

Prim⁹ modus rñdẽdi

¶Respondeꝛi potest ergo tripliciter .vno modo ꝙ accipitur hic rex pro quocunq; regente habente potestatem sup populum etiam si non esset rex.ꝛ tunc comprehenduntur reges ꝛ iudices ꝛ Josue ꝛ quicunq; princeps qui posset toti populo aliquid imperare.ꝛ patet ex adiuncto.ſ.sed quilibet qō rectum videbatur sibi hoc faciebat:quasi dicat si fuisset rex tunc nō faceret quilibet qō sibi rectum videbat̃.sed existentibus etiam in dicibus non faceret quilibet quod sibi rectum videretur: ergo illi intelliguntur etiam hic nomine regum.

2⁹. modus rñdendi.

¶Alio modo põt responderi ꝙ accipiat̃ proprie rex.ꝛ tunc verum est ꝙ non erat aliquis rex in israel lz etiam non esset aliquis iudex:ꝛ potuisset per quemlibet eorum prouideri in hoc: qz tamen melius prouideri poterat per regez eo ꝙ erat maioris potestatis dixit de rege.

3⁹. modus rñdendi.

¶Tertio ꝛ adhuc melius dictum est ꝙ de rege expressum est qz iste liber fuit scriptus per Samuelem tempore Saulis regis israel ꝛ volebat dare causam vel modum Samuel quomodo potuissent ista accidere. nã diceret aliquis tempore illo:quomodo potuit tanta discordia accidere in populo ꝛ nullus eam tollebat quasi dicat nunc non posset accidere:ꝛ respondet Samuel ꝙ hoc erat qz quando ista acciderunt non erat aliquis rex in israel sicut tempore ipsorum qui hoc querebant qui posset prouidere ne ista fierent.

¶Quis ordo iudicum fuit in israel a tempore moysi vsq; ad tẽpus Christi.Et an totus ordo iudicum erat destructus quando hoc accidit.

Quæstio.51.

A

¶Queretur vlterius an tẽpore quo ista acciderunt esset destructus totus ordo iudicuz in israel vel erant aliqui.Et si aliqui erant quomodo non impediebãt istud.

¶Respondendum est ꝙ semper fuerũt iudices aliqui in israel qz alias desijsset israel esse populus.nam in vrbe magis necessarius est distributiuus iustitie.i.iudex q̃ panis vt ait Aristo.3.politicorum.¶Pro quo sciendum ꝙ quando Moyses eduxit israelitas de egypto ꝛ ducebat eos per desertum ipse solus erat princeps ꝛ iudex:ꝛ cũ essent tanta negocia populi tota die sedebat iudicans ꝛ non finiebat negocia:vnde dixit ei ietro socer suus.stulto laboꝛe cõsumeris:supra vires tuas laboꝛ iste est: solus non poteris illam sustinere. ꝛ tunc consilio ietro diuisit moyses totum populum per decanos quinquagenarios centuriones ꝛ tribunos qui iudicarent populum in negocijs paruis ꝛ ciuilibus.ipse autem moyses iudicabat in omnibus arduis vt patet Exod.18.mansit autem sic aliquanto tempore moyses: ꝛ tamen nec sic ablata est magnitudo solicitudinum suarum:ꝛ petiuit vt moreretur vel liberaretur ab hijs angustijs:ꝛ tunc deus dedit ei septuaginta viros habentes spiritum prophetiam : q etiam curaz gererent de rebus arduis Numeri.11.ꝛ tunc cessauit querela moysi.durauit autem iste modus iudicum in deserto semper.ſ.ꝙ si aliquis istorum moreretur subrogabat̃ alius. ꝛ postq̃ introierunt israelite in terram chanaan duravit iste modus iudicandi: sed etiam fuit alius introductus.ſ. ꝙ essent quidaz iudices supremi in israel a quibus ratio appellaretur.ꝛ isti erant septuaginta viri qui successerunt.70.senioribus quos dedit moysi in adiutores Numeri.11.Et princeps istoruz erat summus sacerdos:ꝛ omnes isti simul vocabantur domus consilij:ꝛ q̃ q̃ omnes concurrerent in consilio de sententia tanda solus summus sacerdos sententiabat:de quo declaratum est Numeri.11.et Deutero.17.manserunt semper isti iudices.70. nam etiam tempore Christi erant:ꝛ vocabantur seniores:ꝛ ipsi condemnauerunt Christum ad mortem:ꝛ erant cum caypha q erat summus sacerdos quando contra Christum sententiauit ꝙ erat dignus morte.ꝛ sic dicitur sepe in passione:ꝙ principes sacerdotum ꝛ seniores faciebant aliquid cõtra Christum.ſ.70. seniores.Preter istos erant alij iudices minores constituti per singula.nam erant saltem vnus vel duo iudices in quolibet loco:ꝛ isti erant de progenie virorum illius loci:ꝛ cuilibet iudici dabantur duo leuite in assessores eo ꝙ leuite erant periti in lege de quo Josephus.4.antiquita.De istis iudicibus dicendum ꝙ semper fuerunt in simul ꝛ erant quando ista acciderunt: sed ipsi non potuerunt euitare aliquid istorum:eo ꝙ isti erant solũ habentes iurisditionẽ in diffiniendo in causis ꝛ non habebant potestatem ad alia vt subijcerent sibi populum . Et lz potestas eorum esset de iure:tamen de facto paruam habebant potestatem eo ꝙ erant mere iudices:ꝛ non dñi nec principes . ꝛ ideo adhuc eis existẽtibus poterat facere q̃libet qō volebat :ꝛ poterant accidere omnia ista mala que euenerunt.

Domus cõsilij qd

Nota priuilegium sũmi sacerdotis

Varias temporum mutationes ꝛ discordia facta librum Judicuz explanando: vt nobis collatum erat explicauimus:in quo sub breuibus multiplices substringuntur historie:in quibus iuxta consuetum stilum litteralem duntaxat enucleando medullam processimus:quia de allegorijs rara aut nulla nobis in his voluminibus cura est:cum alibi fortasse spatiosior erit dicendi locus:si contingat nobis sapientiam scribere tempore vacuitatis.Omnia autem dicta sint ad exaltationẽ fidei ꝛ laudem Dei omnipotentis ꝛ eius sacratissime matris.

¶Explicit Liber Judicum.

¶ Diui Abulensis in librum Ruth expositio litteralis incipit feliciter.



¶ Capitulum. j.

In diebus vnius iudicis quādo iudices ꝑerāt: facta est fames in terra. Abijtq; homo de bethleez iuda vt pegrinaretur in regione moabitide cuz vroze sua ac duob⁹ liberis. Ipse vocabaf elimelech: ⁊ vroz ei⁹ noemi: ⁊ duo filij alter Dmaalon ⁊ alter chelion: effratei de bethleez iuda. Ingressiq; regionē moabitidez: morabanf ibi. Et mortu⁹ est elimelech maritus noemi: remāsitq; ipsa cū filijs. Qui acceperūt vrozes moabitidas: quaruz vna vocabatur orpha alteraq; ruth. Dāseruntq; ibi decē annis: ⁊ ambo mortui sunt: maalon videlicet ⁊ chelion: remansitq; mulier orbata duob⁹ liberis ac marito.

In diebus. ¶ Dic icipit liber ruth in quo ponit historiā ruth que subordinaf ad genealogiā ꝺn̄ enarrandā. Et diuidif in quattuor ptes. in ꝑma ponitur eius ad oīm ꝺuersio. scḋo eiuʒ honesta in iudaismo cōuersatio. tertio legalis cōuentio. q̄rto matrimonialis ꝺiunctio. Prima pars diuiditur in duas: qz ꝑmo ponif ꝺuersiōis occasio. scḋo ipsius ruth cōuersio ibi. (Et surrexit). ¶ Circa ꝑmū oz. (In dieb⁹ vni⁹ iudicis). Ponif tēpus q̄n factum fuit boc. i. in dieb⁹ vnius iudicis vt sciaf q̄n acciderit ista historia. Quis autē fuerit iste iudex infra dicef in quadā qōne. (Q̄n iudices ꝑerant). Fuit qꝺdam tēpus quo soli iudices ꝑerant in israel ⁊ fuerūt iudices q̄ndeciz: ⁊ tpe istoz̄ nō fuerunt reges nec alij ꝑncipes vt dicetur infra in quadā qōne. (Facta est fames in terra). ſ. in terra israel: qa de ipsa terra solum agif hic: qz ibi habitabat elimelech q fugit tūc ꝓpter famē vt pz in lra. Et ista fames dedit occasionē isti historie: qz alꝭ non fuisset historia ruth. ſ. q⁹ maalon filius elimelech ⁊ noemi nō accepisset in vrozem ruth de qua fuit ꝓgenies dauid. Cur autem venit ista fames: ⁊ an fuerit vniuersalis vel pticularis. declarabif infra. (Abijtq; bō de bethleē iuda). Iste homo fuit elimelech vt patet infra in lra. ⁊ fuit de bethleē. in quo apparebat q⁹ erat de tribu iuda: qz bethleem erat ciuitas iuda ⁊ ꝺō fuit de ista vrbe vt pz Joan. 8. ⁊ dz̄ de bethleē iude. ad dz̄iaz alteri⁹. est. n. duplex bethleē quedā in sorte iude: alia in sorte zabulon vt pz Josue. 19. ⁊ ob hoc consueuit poni bethleē cum ista determinatiōe. ſ. vt dicaf bethleem iude. pz hic ⁊ Judicū. 17. ⁊ Matthei. 2. ⁊ aliq̄ vocabaf bethleez effrata vt pz Michee. 5. ⁊ idē est. quare aūt vocef effrata infra dicef. (Ut peregrinaref in regione moabitide). i. vt maneret ibi peregrinādo aliquo tē poze quousq; cessaret fames. nam nō erat intētio elimelech manere semper in regione moab: sed soluz tempoze famis ⁊ postea redire intendebat in terram suam bethleē: ⁊ ideo q̄ꝺiu esset in in terra moab dicebaf ibi peregrinari. ¶ Sciendu; de regione moab que est quedā terra cōiuncta terre israel que nomata fuit a moabitis filijs moab q fuit ꝑmogenitus loth ex filia sua susceptus q̄n inebriat⁹ est Genesis. c. 29. ⁊ qz moab ⁊ amon erāt filij loth vt pz ibidē ⁊ loth erat ꝺsobrinus abrae Gen. 11. et. 13. voluit ꝺn̄s bn̄dicere filijs loth ꝓpter abraā ꝺando eis regiones in ꝙbus morarenf. ⁊ dedit eis terras cōiunctas iordani ad orientem ptem eius ⁊ circa mare rubz̄: ⁊ dedit eis robur ad pugnāduz cōtra gigātes qui tenebāt ꝑus regiones illas vt excluderent eos de illis vt pz Deutero. 2. ideo dicif q⁹ deus dedit eis possessiōes sicut filijs israel. Ista terra fuit semp moabitarū etiā añq; israelite exirent de egypto. ⁊ q̄n exiuerūt voluerūt transire p illam: ⁊ transierūt p quandā partē eius Deutero. 2. ⁊ per quandā aliam ptem eius nō ꝑmissi sunt transire: neq; voluerūt moabite occurrere eis cū pane ⁊ aqua Deutero. 23. sed potius cōduxerunt balaā ariolum ꝺtra eos vt malediceret ipsis Nume. 22. et. 23. et. 24. ⁊ est regio ista moab coniuncta terre israel: imo quedam pars regionis moab cecidit israelitis in partē. ſ. terra ꝺuarum tribuū ⁊ ꝺimidie que erat ad orientē iordanis. naz ista terra erat ꝑus pars regni moab: ⁊ duo reges amorrei. ſ. seon ⁊ og ceperūt eam de terra moab: ⁊ postea israelite acceperūt eam de manu istoz̄ duoꝝ regum amorreoꝝ Deutero. 2. et. 3. ⁊ Nu. 21. c. ⁊ ꝺiungif ista terra iordani. ſ. q⁹ iordanis est termin⁹ occidētalis terre moab Deute. 2. et. 3. ⁊ ipse iordanis est termin⁹ orientalis terre chanaā in qua habitauerūt israelite Num. 34. iō iste ꝺue terre cōiuncte erant. ⁊ sic facile erat israelitis trāsire ad terrā moabitaz ad peregrinandū ibi. (Cū vroze sua ⁊ duob⁹ liberis). Uroz sua vocabaf noemi: ⁊ duo filij sui maalon ⁊ chelion vt pz in lra. (Ipse vocabaf elimelech). Qz postea de istis in bistoria agendū est ponunf hic noia eoꝝ: ⁊ ꝑus nomē viri. ſ. elimelech q erat vn⁹ de ꝑcipuis viris vbis bethleē. (Et vroz ei⁹ noemi). Ista superstes fuit post peregrinationē viro ⁊ filijs mortuis vt pz in lra. ⁊ interptatur noemi pulchra vt pz infra in lra. ſ. ne vocetis me noemi. i. pulchrā: sed maram. i. amaram: qz valde amaritudine repleuit me oipotens. (Et duobus filijs eius alter maalon ⁊ alter chelion). Ponunf noia istoz̄: qz lra ponunf nomina vroꝝ suaꝝ: quaꝝ vna fuit ruth vroz maalon cui⁹ hec bistoria est. ⁊ fuerūt due vrozes eoꝝ orpha ⁊ ruth vt pz infra in littera. (Effratei). i oēs isti erant effratei. (De bethleē iuda). Idē est effratei ⁊ de bethleē: quia effrata ⁊ bethleē est idē locus. ſz de effrata infra dicef in q̄daz qōne. ⁊ vocaf bethleē iuda ex cā supra assignata. (Ingressi itaq; regionē moabitidē morabanf ibi). ſ. quia in regione moab nō erat fames sicut in terra israel: ⁊ volebant ibi manere tēpore famis. ⁊ ista peregrinatio fuit decē annoz̄ vt pz. j. in lra. (Et mortuus est elimelech marit⁹ noemi). ſ. ourāte ista peregrinatiōe decē annoꝝ. sed in qua pte istius tpis mortu⁹ fuerit nō apparet. Qz aūt mortu⁹ fuerit isto tpe pz: qz q̄n reuersa est noemi in terrā suaz: dixit q⁹ rediret vacua viro ⁊ filijs infra in lra. ⁊ tñ ꝺōm q⁹ aliquāto tpe ante finem istoz̄ annorum decē mortuus fuerit: quia imediate dicitur in lra. remansit ipsa cum filijs suis: ⁊ tamē nō mansit ipsa cū filijs suis in regione moab nisi decē annis vt patet in lra. ergo ante finem decem annoꝝ aliquāto tpe mortu⁹ fuit elimelech. (Remāsitq; ipsa cū filijs suis). ſ. qz nondū cessauerat fames in terrā israel: ⁊ ꝓpter illaz peregrinabaf in terra moab ipsa noemi. (Qui acceperunt vrozes moabitidas). Erāt. n. in regiōe moab ⁊ nō poterāt accipere vrozes de alijs regionib⁹. (Quaꝝ vna vocabatur orpha). Ista fuit vroz chelion ⁊ māsit in gētilitate eunte ruth cū noemi ad terrā israel. (Dāseruntq; ibi decē annis). ſ. noemi ⁊ filij sui. nā elimelech vir noemi multo ꝑus mortu⁹ est. (Et ambo mortui sūt maalon videlicet ⁊ chelion). ſ. post patrē suū elimelech mortui sunt. ⁊ non dz̄ hic de morte patris: qz de illa supra victuz est. (Remāsitq; mulier orbata duob⁹ liberis ⁊ marito). Qino erat iam orbata noemi post mortē mariti sui ⁊ duoꝝ filioꝝ: qz nihil aliud ad se ptinens bēbat in regiōe illa: ideo illico habuit occasionem redeūdi in terram suam israel.

¶ Quare hic dicif q⁹ in dieb⁹ vnius iudicis accidit historia ista ruth: ⁊ quis fuit iste iudex. Questio. 1.

Queretur circa ꝑmū q̄re dz̄ hic q⁹ in dieb⁹ vnius iudicis accidit historia ista ruth. naz in ꝑncipijs A

Rñ.ad q̄stum.

alioꝝ libroꝝ nō ꝺsueuit poni tēpus qñ facta est historia illoꝝ.
¶ Rñdendū ꝙ sacra scriptura vult oare certitudinē de oībus rebus que in ea enarrant: ꝛ qz scire tēpora rerū gestaꝝ multuꝫ cōfert ad sciendū qd est ipm qō factū est ex circūstātijs tpis: scriptura vult oare cognitionē de tpe rex gestaꝝ. vñ in oībus libris aligd est p qō de historia illoꝝ librorꝝ cognoscit quando fuerit.

Qz in gbus dā libris sacre scripture tpa non annotent.

¶ Pro quo sciendū ꝙ librorꝝ sacre scripture gdā continēt dicta ꝛ gdaꝫ historias. in illis ꝙ otinēt dicta nō opꝫ poni annotatiões tēporꝝ: qz p ipsaꝫ psonā cuius dicta sunt cognoscent tpa librorꝝ. sic pz de ꝓuerbijs ecclesiaste ꝛ cāticis cāticorū ꝙ sunt libri salomonis ꝛ nō apponit eis tps: qz scito ex libris regū quo tpe fuit salomō scietur de doctrina ei⁹. sic est in oībus libris noui testamēti. s. q̄ttuoꝫ euāgelijs: ꝛ epīs oīb⁹ ꝛ canonicis: ꝛ actibus apl̄oꝝ ꝛ apocalypsi. nā cognitis tpibus xp̄i ꝛ pauli: ceteroꝝ rūq; apl̄oꝝ qō idez tēpus fuit: sciet tēpus oiaꝫ scripturaꝝ istarū: iō nō ꝺsueuit poni in istis scripturis aliqō tēpus nisi aliqñ ad notificādū ipm cui⁹ fuit doctrina vel de quo agit vt pz Luce. 1. et Luce. 3 iste ēt modus obseruat in oibus ꝓphetijs ꝓphetaꝝ maioruꝫ ꝛ minoꝝ. nā in ꝓncipio cuiuslibet eoꝝ ponit quo tē pore ille ꝓphetauerit cui⁹ tot⁹ ille liber est.

Duplr se habēt libri historici in sacris lr̄is.

¶ Alij aūt sunt libri historici. Et isti se bñ duplr. nā gdā eoꝝ otinēt historiā de qua notū est quo tpe fuit pp otinuationē librorꝝ iter se: ꝛ in istis nō annotat tēpus. in alijs aūt nō cognoscit per se de qua historia quo tpe fuerit: ꝛ de istis ponit quo tpe fuerint. De ꝑmis pz sicut in Geneſi ꝙ est liber historic⁹: nō oportuit poni quo tpe illa historia ceperit qz seipsā notificat cū agat de exordio seculi. in ꝑncipio Exodi nō annotat tps: qz ex fine Geñ. pz quo tpe ceperit exodus. Idē pz de leuitico ꝛ libro nūeroꝝ ꝛ deuteronomij. idez de libro iosue: qz finis libri deuteronomij ꝛ ꝓncipiū libri iosue idē est vt colligit ꝛ ꝺsiderādo vtrūq;. Sic ēt de libro iudicū respectu libri iosue: qz finis iosue est ꝓncipiū libri iudicū. Sic etiā de libris regū ad librū iudicū: ꝛ de libris paralipo. naz ipsi ostēdunt tpa ex otinuationibus suis: iō non opꝫ in istis poni tpa in ꝓncipijs ipsoꝝ.

B

Iosue finis est iudicum ꝓncipiū.

¶ Alij sunt libri historici ꝙ non bñt otinuationem ad p̄cedentes. vnde ex hoc nō potest cognosci tēpus historie: ꝛ in his necesse est ꝙ in ꝓncipijs librorū assignent tempora ipsorum. sic patet de libro hester ꝛ de libro iudith ꝛ tobie ꝛ machabeoꝝ. nam in his oībus ꝓponunt aliqua tēpora per que cognoscitur de ipsis historijs quo tēpore fuerint. ita fuit in isto libro ruth. nā ruth est psona de q̄ hic agit: ꝛ nō erat psona taz famosa in scriptura vt ex alio loco posset cognosci tēpus ei⁹. Etiā ista historia nō est dependēs ex alijs historijs alioꝝ librorꝝ p̄cedētiū vel sequētiū sicut est in libris regū ꝛ paralipo. ꝛ in ꝙnq; libris moysi. iō vt sciret quo tpe fuerit ista historia: oportuit ꝙ in ꝓncipio ei⁹ designaret tēpus. ꝛ sic ꝺz hic ꝙ in ꝺieb⁹ vnius iudicis fuit: ꝛ tñ nō ꝺz qs iudex fuerit iste: qz videbat h̄ sufficere ad alī qualē cognitionē de tpe hui⁹ historie.

De ruth ꝑsona hic agitur.

¶ Quereꝫ vlterius qs fuit iste iudex sub quo accidit historia ruth.

Qō.2. A Quis fuit iste iudex sub quo accidit historia ruth.

□magr̄i i historia scholastica rñ. ad q̄stū.

□ ¶ Rñdet Magister in historia scholastica ꝙ iste fuit beli sūmus sacerdos qui erat de sacerdotib⁹ de stirpe ithamar ad quoꝫ nō ꝓtinebat sūmū sacerdotiū ꝛ ipse vsurpauit sibi illud: ꝛ cū eo ēt fuit iudex israel: ꝛ tpe eius fuit ruth ꝛ que ōnr hic. ꝛ multi tenēt istā positionē: ꝛ nos eā aliqñ referim⁹.

ϑ Impzobatio.

ϑ ¶ Sz ꝺm ꝙ positio ista q̄ttū ad vnuꝫ ptē. s. ꝙ beli vsurpauerit sibi sūmū sacerdotiū cū iudicatiuo ꝓncipatu falsa ē. nā fuit volūtate ꝛ iussu dei factū. vñ ꝓmisit ei de⁹ sacerdotiū in eternū vt pz. 1. Re. 2. s. loquēs locut⁹ suꝫ vt dom⁹ tua ꝛ dom⁹ p̄ris tui ministraret coꝝā me in eternū: nūc aūt dicit ꝺn̄s absit h̄ a me: sed gcūq; glorificauerit me honorificabo eū: ꝛ ꝙ contēnunt me erūt ignobiles. Q; aūt esset de domo ithamar ipse beli: ꝛ ꝙ nō ꝓtineret sūmuꝫ sacerdotiū ad istā domū verus est. naz ꝓtinebat sūmum sacerdotiū ad ꝑmogenitos vt pz Leui. 21. ꝛ ꝑmogenit⁹ aaron de supstitib⁹ fuit eleazar: iō ad eū ꝛ filios suos ꝓtinebat sacerdotiū sūmuꝫ: ꝛ ipm iussit de⁹ fieri sacerdotē summū moriēte aarō Nu. 20. c. ꝛ in ista stirpe ouauit vsq; ad tpa beli in fine tpis iudicū: ꝛ tunc de⁹ abstulit filijs eleazar sacerdotiū qz pessimi erāt: ꝛ volūtate dei ꝛ populi datū est ipsi beli ꝙ erat de stirpe ithamar: ꝛ manere debebat in domo ei⁹ in eternū nisi peccaret. ꝛ qz peccauit ipse ꝛ filij sui translatū est sacerdotiū tpe salomonis ad filios eleazar ꝙ prius illud tenebāt. s. qñ abiathar eiect⁹ est de sūmo sacerdotio. 3. Re. 2. ꝛ hoc ꝓnunciatū fuerat. 1. Re. 2.

Deli erat ꝺ stirpe ithamar.

Doct. rñsio ad q̄stum.

Q; aūt iudicāte isto beli fuerit historia ruth est positio multoꝝ: ꝛ sic tenet Josepb⁹. 5. antigtatuꝫ. ¶ Dm tñ videt ꝙ non fuerit beli sub quo accidit ista historia sed aliqs alius index multo ante eū. Et pz hoc qz beli iudicauit solū. 40 annis vt pz. 1. Reg. 4. ꝛ post eū iudicauit samuel cui⁹ tēpora ꝛ saulis succedētis ei fuerūt. 40. annoꝝ vt pz Actu. 13. ꝛ mortuo saule successit dauid. subtrabant ergo de istis octoaginta annis triginta quoꝫ bēbat dauid moriēte saule. nā mortuo saule illico dō cōstitutus est rex sup iudā. 2. Re. 2. ꝛ erat tūc ānoꝝ triginta. 2. Re. 5. manebūt ꝙnquaginta ānī. subtrabant ḡ anni plusq; decē pro peregrinatione elimelech ꝛ noemi añq; booz gigneret obed ex ruth: qz dato ꝙ ꝑma die qua cepit iudicare beli inciperet peregrinari elimelech subtraberent decē anni qb⁹ ouauit peregrinatio: ꝛ post peregrinationeꝫ dato ꝙ booz illico acciꝑet ruth in vxorē: adhuc trāsiret q̄dā vnuꝫ annuꝫ ꝑusq; ex ea gigneret obed: ꝙ tollant de ꝙnquaginta manebūt solū triginta nouē ānī ꝙ trāsirent a natiuitate obed vsq; ad natiuitatē dauid. Sz istud non est vllo mō tenendū: nec q̄si pone. qō pz qz obed fuit au⁹ dō. s. pater isai: ꝛ qñ obed gigneret isai patrē dō eēt saltē annoꝝ vigīti vel q̄si: qz illo tpe nō ꝺbebant matrimonia in tā parua etate. manēt ergo decē ꝛ nouē ānī a natiuitate isai vsq; ad natiuitatē filij sui dauid. Sed hoc nō stat qz isai erat vir magne etatis qñ dauid erat paruulus. nā habuit isai septē filios: ꝛ octau⁹ ꝛ minor fuit dō vt pz. 1. Reg. 16. et. 17. et. 1. Paralipo. 2. iō necesse erat ꝙ in natiuitate dauid eēt isai plusq; decē ꝛ nouē annoꝝ. Tenēt ḡ hebrei ꝙ non fuerit iste iudex beli sed alius. s. abesan. ꝛ magis adhuc ꝓcedit ista ꝓbatio tenēdo viā iosephi ꝙ ponit decem ꝛ octo annis fuisse peregrinatiōis elimelech in terra moab vt pz 5. antiq volūt ḡ ꝙ iste iudex fuerit abesan: ꝛ ꝙ ille sit idem qō booz de quo oī in libro isto ꝙ accepit ruth in vxorē. ꝛ h̄ qz cōsonat aliq̄liter. nā booz fuit de vbe bethleē de tribu iuda vt pz sequēti c. ꝛ. j. 3. et. 4. ꝛ abesan fuit ēt de stirpe eadē ꝛ vbe Judi. 12. ꝛ ex tunc poterit esse cōueniēter tēpus ꝓgenitei obed ꝛ isai ꝛ dauid: eo ꝙ abesan cepit iudicare añ beli q̄draginta ꝛ ꝙnq; annis. Nā post iepte galaaditē iudicauit abesan septē ānis: ꝛ post abesan ipse abialon decē annis: ꝛ post ipm abdon octo ānis vt pz de oībus Judi. 12. ꝙ sunt. 25 ānī. ꝛ post abdon ipse samson. 20. annis Judi. 13. et. 16. ꝛ sic poterat eē dieb⁹ saulis isai pater dauid grādeuus. s. qñ dauid eēt paruulus vadēs ad bellū cōtra goliath. 1. Re. 17. Naz sm ꝑoz positionē vādo ꝙ fuisset istud tpe beli sacerdotis: sequebat ꝙ isai pater dauid eēt annoꝝ. 19. qñ nasceret dauid. nunc vero addēdo. 45. annos ponēdo fuisse tpe abesan esse posset isai in natiuitate dauid annoꝝ. 64. ꝛ istud est ꝺuenienter dictū. Etiā istud cōfert ad genealogiā saluatoris vt declarabit. j. 4. c. in fine in quadā qōne.

Obo.

¶ Sed tūc obijcietur qz hic dicit ꝙ decē annis peregrinat⁹ est elimelech in terra moab tpe vnius iudicis: ꝛ tñ abesan nō iudicauit nisi septē annis Judi. 12. ideo nō potuit eē tpe suo.

Rñsio.

¶ Dōm ꝙ hoc non obstat: qz cū dicit ꝙ in dieb⁹ vnius iudicis facta est ista peregrinatio nō refert nisi ad inceptionē. s. ꝙ tpe illius inchoata est: lz finita fuerit tpe alteri⁹. ꝛ sic finiret tpe abialō ꝙ successit ei. e. c. Q; tñ abesan fit id qō booz qō iudei asserūt non appet aliqō motiū sed sola volūtas.

Qō.3 A Quot fuerūt hi iudices ꝛ q̄to tpe ꝑfuerūt.

△Rñ. ad quesitū.

△ ¶ Quereꝫ vlteri⁹ cū dicat hic ꝙ ista historia fuit qñ iudices ꝑant in israel quot fuerūt isti iudices: ꝛ quāto tpe ꝑfuerunt. ¶ Rñdēdū ꝙ tēpus iudicū cepit post tē pora iosue vt pz Judi. 1. c. ꝛ cōputant sub iudicib⁹ anni trecēti ꝛ septuaginta ꝛ sex. qō pz ab exitu de egypto vsq; ad fundationē tēpli moysi fuerūt anni q̄dringenti ꝛ octoaginta. 3. Reg. 6. a qbus subtrabant. 40. anni ab exitu de egypto vsq; ad introitū in terrā chanaā: ꝛ anni. 20. qb⁹ regnasse ꝺz saul ꝙ fuit illico post vltimū iudicū. s. samuelē ꝛ. 40. anni qbus regnauit dauid: ꝛ ānī q̄ttuoꝫ qbus regnauerat salomō qñ fundatū est tēpluꝫ. 3. Re. 6. ꝙ sunt centū ꝛ q̄ttuoꝫ anni manebūt anni trecēti septuaginta ꝛ sex ꝙ sub iudicib⁹ ꝛ iosue ꝺtinent. nō ascribūt aūt aliq anni ipsi iosue sz cōputant oēs sub iudicib⁹ vt. j. magis dicet. Et dōz est de iudicib⁹ ꝙ fuerūt ꝙndecim vel decē ꝛ sex cōputādo delboꝛā que fuit mulier. s. Otboniel: aiotb sangar delboza barach gedeō abimelech iair thola iepte abesā abialō abdon sāson beli samuel. Et otboniel iudicauit terrā. 40. ānis cōputādo sub eo tps quo genit terra Judi. 3. naz iste modus cōputādi est in oīb⁹ iudicib⁹ vt ibidē declaratū est. aiotb iudicauit terrā. 80. ānis. e. c tpa sangar ꝙ fuit terti⁹ iudex nō ponūt: qz supputāt tpib⁹ aiotb vel barach. sub barach ꝛ delboza cōputāt. 40. ānī vt pz Judi. 4. sub gedeone alij. 40. anni Judi. 8. sub abimelech trib⁹ annis Judi. 9. sub iair cōputant. 22. anni. Judi. 10. ꝛ sub thola. 23. e. ca. sub iepte sex anni Judi. 12. ꝛ ante iepte fuerūt decē ꝛ octo ānī ꝙ nō cōputant sub aliquo iudice de qb⁹ Judi. 10. ꝛ ibi pz. post iepte iudicauit abesan annis septē Judi. 12. ꝛ post eū abialon annis decē: ꝛ post ipsum abdon annis octo. e. c. ꝛ postea samson viginti annis Judi. 13. et. 16. ꝛ postea beli. 40. annis. 1. Reg. 4. ꝛ postea samuel annis viginti vel parū plus vt colligit. 1. Reg. 7. ꝛ post eū cepit saul gubernare populū ꝙ fuit ꝑm⁹ rex israel. ꝛ isti anni

Judices ꝙ fuerūt in israel.

Sāgar fuit terti⁹ iudex

anni simul sunt trecenti septuaginta ꝛ sex vt patet coniungendo omnes istos annos: tanto tempore iudices prefuerunt in israel ꝛ postea secuti sunt reges.

¶Quare fames orta est que fuit hic: ꝛ an steterit sol tẽpore isto oñendo famẽ vt Hieronymus dicit. Qõ.4.

A Hiero. rñ. ad q̃ sitũ.

Queretur vlterius de cã istius famis pp quaz elimelech peregrinat⁹ est in terra moab. ¶Rñdet Hiero. vt habet in glo. ordi. 1. Paralipo. 4. q̃ tpe isto fuerunt in israel magna scelera: ꝛ deus volẽs ostẽdere indignationẽ suã vt auerterẽt a vijs suis pessimis fecit stare solẽ: ꝛ tñ hoc nõ obstante nõ cessauerũt israelite ab inigtatibus: iõ deuz misit magnã famẽ in terra: ita vt elimelech q̃ erat de nobiliozib⁹ vr bis bethleẽ cogerek peregrinare i terra moab. istõ colligit Hieronym⁹: qz. 1. Paralipo. 4. dr̃. q̃ stare fecit solẽ: ꝛ intelligit hoc Hiero. de elimelech: qz subdik ibi secur⁹ ꝛ incedens q̃ pncipes fuerũt in terra moab: ꝛ reuersi fuerũt in bethleẽ. ꝛ cõuenit istud elimelech ꝛ filijs suis q̃ fuerũt de bethleem ꝛ pncipati sunt vel manserũt in terra moab: ꝛ ipsi fuerũt de stirpe iuda de qua ibi agit. ¶Sed dõm q̃ hoc nõ stat: qz si tale miraculũ accidisset: cũ istud eẽt nimis admirandũ poneret in ista bistoria: ꝛ tñ nibil tale ponit hic: iõ nõ est credẽdũ q̃ fuerit. ꝛ cũ dicit. 1. Paralipo. 4. q̃ stare fecit solem. non est sensus q̃ aliqs fecerit stare solẽ: sed sunt ibi in hebreo noia ꝓpria que pñt equocari ꝛ adduci aliqualiter ad sensuz quẽ intẽdit lra nostra sicut declaratũ est. ꝛ dato q̃ eẽt verũ q̃ stetisset sol nõ conueniret illud isti elimelech de quo hic agit nec filijs eius vt ibidẽ ꝓbatuz est. ¶Dõz ergo est q̃ accidit fames sicut alꝫ accidere solet nõ ꝓueniẽte alio quo tali signo: ꝛ tunc elimelech iuit ad peregrinãdum in terra moab. ¶Dicũt autẽ hebrei de elimelech q̃ erat ditissim⁹ inter viros bethleẽ: erat tñ nimis auarus: ꝛ cũ in ista magnitudine famis multi conuenirent ad eũ ad petendũ nolebat eis dare q̃ cq̃: ꝛ molestabãt eum sepe petẽdo: ꝛ vt non molestaret recessit de bethleẽ vadens in terrã moab. Et dicũt q̃ ex mala cã exiuit elimelech de terra ad peregrinãdũ: mortu⁹ est ipse ꝛ duo filij eius in peregrinatiõe. ꝛ hoc colligũt ex vbis noemi que dixit. nõ vocetis me noemi. i. pulchraz: sed mara. i. amarã: qz amaritudine repleuit me valde dipotẽs: egressa suz plena: ꝛ vacuam reduxit me dñs: cur ergo vocatis me noemi quã humiliauit dñs ꝛ afflixit dipotens. ꝛ iteruz dixit. egressa est man⁹ dñi ꝫ me. ¶Sz istud non apparet nec est motiuũ istud aliquale: qz q̃ noemi sic humiliata erat a deo plaga eius in eo q̃ vir suus ꝛ filij mortui erãt: ꝛ ad hoc q̃ ipsa puniretur ex morte eoz nõ differebat an ipsi morerent pp peccatũ vel inocenter. nõ g̃ significauit noemi cãm mortis elimelech ꝛ filiozũ eius: sed solũ afflictionẽ suaz ex morte ipsoz. ¶Dõm g̃ videk q̃ ista fames fuit grauis ꝛ elimelech dato q̃ esset vir diues ꝛ nobilis coact⁹ est exire de terra: qz forte habebat familiã multã: ꝛ nõ poterat prouidere ei in terra israel pp ãgustiã tẽporis. ¶Queret vlteri⁹ de ista fame an fuerit vniuersalis vel pticularis. Nã aliqñ est fames giãlis i toto orbe: vt tpe Claudij iperatoris q̃ ꝑnũciata est p ꝓphetã Agabũ vt pz Actuũ. 11. aliqñ est fames pticularis. s. solũ in aliqua regione. ¶Rñdendũ circa boc q̃ fames põt dupliciter ꝓuenire. s. nãliter aut supnaturaliter. Si ꝓmo mõ. s. vt soluz fit ex causis nãlibus operãtib⁹ celis. dõm est q̃ ipole est esse famẽ in toto orbe. cã est: qz fames vel quecũq; alia passio vel effectus nãliter induct⁹ ex actione corpoz celestiũ fit ex certo aspectu planetaz ꝛ radiatione. sed ipole est q̃ planeta nociu⁹ babeat eundẽ aspectũ simul ad totum orbẽ: iõ nullus effect⁹ oino idem põt simul causari nãliter in toto orbe. Si aũt supnaturaliter eueniat nõ est difficili⁹ esse in toto orbe q̃ in aliq̃ ꝑte eius: qz potestas dei equaliter se extẽdit ad totũ orbẽ ꝛ ad singulas eius ꝑtes: ꝛ qz naturaliter nõ põt esse vlis penuria ꝛ fames: raro legit q̃ fuerit fames vlis. de pticulari aũt sepe legit. ¶De ista fame dicet aliqs q̃ nõ constat an esset vlis vel spãlis: eo q̃ scriptura nõ exprimit. ¶Sed dõm q̃ nõ stat. nã necesse est q̃ fuerit ista fames pticularis: qz si esset giãlis nõ irek ab vna terra in aliã ad defensionẽ a fame: qz in oibus eẽt fames. ꝛ tñ iste elimelech peregrinat⁹ est i terra moab pp famẽ q̃ erat i bethleẽ. ideo erat fames pticularis. ¶Dõm etiam q̃ erat fames nimis pticularis. naz erat in terra israel soluz ꝛ nõ extendebak ad ꝓuincias diunctas. naz terra moabitaz erat in qua peregrinatus est elimelech nũc: ꝛ ista est diuncta terre israel. Nã terra moab babet iordanẽ ad ptez occidentalẽ vt colligit Deutero. 3. ꝛ Judi. 3. cum vada iordanis trãsmittãt ad terrã moab. ꝛ tñ iordanis est termin⁹ occidẽtalis terre chanaã in qua mozabank israelite Nu. 34. etiã qz terra ouaruz tribuũ ꝛ dimidie que erat ad oriẽtẽ iordanis erat terra moabitaz vt pz Nume. 21. ꝛ petierunt eã tpe iepte moabite ꝛ amonite Judi. 11. ideo solum erat ista fames in terra israelitarum: vel saltem non extendebatur per alia regna in circuitu cum non esset fames in terra moab que erat coniuncta terre israel.

¶An elimelech ꝛ eius filijs liceret in terra moab babitare vel semper manere. Questio. 6.

A Hiero. rñ. ad q̃ sitũ. Impro-ba. opio. Hiero. B Doc. rñ. ad q̃sitũ. Hebreo-rũ opi. Cõfuta. Dek. qõ-nis. Qõ.5 A An fuerit fames vlis vel pticularis. Rñ. ad q̃ situm. Impole ẽ q̃ sit fames vlis i toto orbe nãliter loquẽdo Cuiusdã rñ. ad q̃situm. Improbatio. Dek. qõ-nis.

Queretur vlteri⁹ cum dicak hic de elimelech ꝛ filijs suijs q̃ iuerũt ad peregrinãdũ i terra moab an liceret eis ibi babitare vel semp manere. ¶Rñdendũ q̃ licuit istis manere extra terrã israel tpe isto qz erat fames: ꝛ non poterãt manere cõmode in terra israel: ꝛ si fames vigeret terraz semp ouz isti viuerẽt licebat eis semp manere extra terrã israel in terra moab. Si tamẽ cessaret fames nõ licebat manere in terra illa: ꝛ qũocũq; se bzet nõ licebat istis ire in terrã moab animo manẽdi ibi semp. Naz lz semp duraret fames dum isti viuerẽt adbuc nõ licebat istis babere ltẽtionẽ manẽdi in terra moab: sed intẽtio sua eẽt peregrinãdi. s. q̃ adueniẽte fertilitate redirẽt in terrã suaz. ꝛ boc mõ nunq; dicerent babitare in terra moab: qz anim⁹ regitur ad ostituendũ domiciliũ: ꝛ q̃ bz intentionẽ recedẽdi etiã si in eternũ maneat nõ cõstituit domiciliũ. Rõ ꝓdictoz̃ est: qz israelite non poterãt licite mozari extra terrã israel. *Primo pp periculũ idolatrãdi. nã ouersando cũ gẽtilibus allicerent q̃ cõicationez eoz ad colendũ idola ipsoz: potissime comedẽdo ꝛ bibẽdo cũ eis. nã interdũ comedẽt de cibis ofecratis demonib⁹ qõ erat magnuz scandalũ. ꝛ ista fuit cã quare de⁹ vetuit israelitis cõicare cũ chananeis ꝛ accipere filias eoz i vxores Exo. 34. ꝛ Deute. 7. ¶Scõo qz si habitarẽt israelite extra terram israel obliuiscerent cerimoniaz legis ꝓpter dissuetudinẽ: eo q̃ cerimonie legis. s. sacrificia ꝛ similes nõ fiebãt nisi in terra israel vbi erat sãctuariũ: ꝛ pp boc nõ obseruãt nunc iudei istas cerimonias. ꝛ tñ intẽtio dei erat q̃ nõ obliuiscerent mandatoz legis sz assuefierent eis: ꝛ meditarent semp in ipsis vt pz Deutero. 6. g̃ nõ licebat eis mozari extra terrã israel. ¶Tertio qz de⁹ iusserat israelitis q̃ ter in anno in tribus festiuitatib⁹ ascenderẽt ad locũ scũarij Exo. 23. et. 34. ꝛ Deute. 16. ꝛ sic habẽdo intentionẽ semp manẽdi in terra gentiliũ pecarẽt: qz non possent cõplere legẽ. ita nunc dõm q̃ isti nõ peccauerũt manẽdo decẽ annis in terra moab: qz vigente fame illuc iuerũt: ꝛ soluz manserũt ibi q̃diu fames durauit: postea vo reuersa est noemi audito q̃ nõ esset fames in terra israel vt pz in lra. ¶Queret vlteri⁹ an tpe quo manebãt isti in terra moab obligabank venire in scũariuz ter in anno. nã de⁹ iusserat q̃ ter in anno appareret apud eũ oẽ masculinũ de pgenie israelitaz Exo. 23. et. 34. ꝛ Deutero. 16. ¶Aliqs dicet q̃ istud itelligebak de exñtib⁹ in terra israel: exñtes aũt extra i terra gẽtiliũ nõ obligabank venire aliquo tpe. ¶Dõm q̃ non solum exñtes in terra israel: sed ẽt foris obligabank venire ad tẽpluz dñi ter in anno si nõ erãt necio ipediti. ꝛ boc saltẽ in festo pbase vt pz Nu. 9. cuz dr̃. q̃ oẽs israelite celebrarẽt pbase quartadecima die mẽsis ꝓmi ad vesperũ nisi q̃s eẽt imũdus vel lõge in via cõstitut⁹: qz isti tenebank die quartadecima mẽsis secundi facere pbase. g̃ ipediti necessario excusabank: tñ tenebank facere postea q̃ ꝓs nõ fecerãt. ¶Itẽ pz qz si exñtes extra terrã israel qũocunq; excusarenk venire ad scũariuz ter in anno posset fieri fraus legi: qz glibet se posset tpe illarũ festiuitatũ transferre in terrã gentiliũ: ꝛ sic nõ posset coartari ad veniẽdũ: ꝛ nullus sic veniret ad solẽnitates. ¶Itẽ pz qz manifestũ est q̃ exist̃es intra terrã israel tenebank venire ad istas festiuitates: nec aliqs dubitat de boc. ꝛ tñ eadẽ cã erat de exñtibus in terra israel ꝛ extra cuz nõ baberẽt exist̃es extra aliquaz excusationez necessariã si nõ icurrebat eis aliqd ipedimentũ magnum. g̃ etiam exñtes extra tenebank venire si nõ eẽnt ipediti. De istis s. elimelech ꝛ filijs suis: erat nunc dubiuz an tenebank venire ꝛ veniebãt. ¶Et dõm q̃ nõ veniebãt nec forte in toto isto tpe decez annoz illuc aliqñ iuerãt. ꝛ pz qz duo filij elimelech acceperũt vxores moabitidas. s. de terra i qua peregrinabank: erat tñ boc ꝫ legẽ vt j. declarabit̃ in quadã qõne. g̃ accipiebãt eas in defectũ. s. qz non poterãt babere vxores de terra israel. si tñ quolibet anno ter in festiuitatib⁹ ꝛ ocurrissent isti venire in locũ sanctuarij possent accipere vxores de terra israel: iõ videk q̃ nõ veniebãt in tẽpluz in festiuitatibus istis. ¶Tunc est dubiũ an isti peccarẽt nõ veniẽdo: qz isti non erãt viri perfecti quos oporteat excusare a peccato. Põt dici q̃ isti non peccauerũt: eo q̃ babebant cãm iustã non veniendi. s. qz erat fames valida in terra israel: ꝛ forte nõ possent babere cibos veniendo de terra

Jsrlite non poterãt licite mozari extra terrã israel. *1.cã. 2.cã. 3.cã. Dubiũ. Rñsio. Dubiũ. Rñsio.

Qõ.7. A An tpe quo mãebãt isti i tra moab obligabãt venire i sãctuariũ ter in anno. ꝺ Rñ. ad q̃sitũ. B

Qō.8. A Quō oz ℔ q elimelecb ⁊ sui filij erant de bethleē iuda ⁊c. *Nonnullor rñ.ad q̄stum. a 1.ip̄roba. bScōa.

moab ad tēplū:⁊ ista erat cā sufficiēter excusans. ¶Que ref vlteri⁹ quō oz hic q elimelecb ⁊ filij sui erāt de bethleē iude:⁊ postea oz q erāt effratei.*¶Aliq dñt q vocabāt effratei .i. de tribu effraim.sic ꝓ Judi. 12. vbi q̄rebat in trāsitu cuiusdā fluminis an trā seūtes eēnt effratei:⁊ oēs effratei occidebant: ⁊ vocabāt ibi effratei de tribu effraim.a¶Sz odm q nō stat: q̄ isti erāt de tribu iuda.nā erant de bethleē que erat in sorte iude vt ꝓ in lra.⁊ sic habitatores buⁱ⁹ vbis eēnt de eadē tribu. b Itē ꝓ hoc:q̄ elimelecb ⁊ duo filij eⁱ⁹ erāt cognati booz vt ꝓ infra.3.nā pp ℔ iure ꝓpinquitatis accepit booz ruth vxorē maalon ⁊ cia que ipsi⁹ fuerāt vt ꝓ ibidē.⁊ tñ booz erat de stirpe iuda vt ꝓ.ī 4.⁊ Matth. 1.g̃ elimelecb erat de tribu iuda:⁊ non de tribu effraim. vñ nō vocaf ipso mō effrate⁹. Sed vocaf effrateus ab vrbe effrata.naz bethleē vocabaf effrata:⁊ bethleez vt ꝓ Michee. 5.⁊ Genē. 47. Dicūt aūt iudei q vocabaf ista ciuitas effrata añ hoc semp ⁊ nunc cessante ista fame tanta copia frugū fuit q vocata est bethleē.i. dom⁹ panis. Sz istud nō stat: q̄ añ istud tp̄s vocabaf ista ciuitas bethleē vt ꝓ Genē. 47. vbi oz de effrata hec est bethleē.⁊ tū liber Genē. fuit scriptꝰ p moysen:cū sit p̄mus de gnq̄ libris moysi:ideo tpe moysi vocabatur adhuc locus ille bethleē:⁊ moyses fuit multo tpe ante istā famē ſ. plusq̄ trecētis ānis vt ꝓ cōputando tpa iudicū incipiēdo ab exitu de egypto sicut declaratū fuit ḡ. in quadā q̄ne.non ergo cepit nunc noiter vocari bethleē ciuitas ista.¶Itē ꝓ q̄ si sic fuisset cessasset nunc nomē effrata ⁊ vocaref solū bethleē:⁊ tū vocabaf simul vtroq; noie.ſ. bethleē effrata vt ꝓ Michee. 5.⁊ hic ē:cuz dicaf p̄us q erāt isti viri de bethleē iude:deide dicaf q erant effratei.¶Odz g̃ q habuit fil℔ duo noīa ciuitas ista. ideo aliq̄ vocabaf vno noie ⁊ aliq̄ alio:⁊ aliq̄ vtroq;.iterdū ponebaf vnū ad notificandū aliud sicut istud nomē effrata erat gbusdā magis ignotū:⁊ notificabaf p bethleez.sic ꝓ Genē. 47.cum dicif.in via que ducit effratā hec est bethleē.interduz ponif effrata ad notificāduz bethleē ꝓter oz̄iam.ſ.erat duplex bethleē quedā in sorte iude ⁊ alia in sorte zabulon Josue. 19.⁊ vt non intelligaf de bethleē trib⁹ zabulon oz̄ bethleē effrata vt ꝓ Michee. 5.ſ.⁊ tu bethleē effrata.ēt ꝓ q ponaf istud ad notificandū q̄ Mat. 2.⁊ tu bethleē terra iuda q̄si eadē notificatio fiat p vtrūq;.ꝓ q̄ ēt hic ponif p̄mo q erāt de bethleē terre iuda:⁊ postea oz̄ q erāt effratei quasi idē sit vtraq;.Qō aūt istoꝝ duoꝝ notum ꝓius fuerit ipositū isti vbi:vel an ambo simul fuerint iposita nō apparet.¶Queref vlteri⁹ de elimelecb marito noemi quo tpe mortui fuerint filij eⁱ⁹.a¶Odm q tēpus toti⁹ peregrinatiōis israelitaꝝ istoꝝ in terra moab fuit decē ānoꝝ vt ꝓ in lra.⁊ i istis mortui sūt oēs isti. Nā ꝓsūmatis decē ānis rediit noemi de trā moab orbata viro ⁊ filijs. de p̄ze tñ.ſ. elimelecb odz q mortu⁹ ē añ filios:q̄ h oz q mortu⁹ est:⁊ deide oz q filij eⁱ⁹ acceperūt vxores moabitidas. Et odm q elimelecb mortu⁹ est in p̄ncipio isti⁹ peregrinatiōis.qō ꝓ:q̄ totū tp̄s peregrinatiōis fuit ānoꝝ decē vt ꝓ in lra.⁊ tñ oz q mortu⁹ est elimelecb ⁊ acceperūt filij eius vxores moabitidas.⁊ manserunt ibi decē annis ⁊ ambo mortui sunt.g̃ post mortē elimelecb mānserunt filij eius decez ānis in terra moab vel q̄si.⁊ non posset hoc stare nisi mors elimelecb fuisset in p̄ncipio peregrinatiōis:q̄ alⁱs oporteret q ista peregrinatio eēt plusq̄ decē ānoꝝ:qō falsuz est. De filijs aūt elimelecb odm q mortui sunt in fine ānoꝝ decez vel q̄si.qō ꝓ:q̄ oz h q mortuo elimelecb duo filij eius acceperūt vxores moabitidas:mānserunt q ibi decē annis ⁊ mortui sunt.¶Et sic odm q in fine peregrinatiōis mortui sunt isti duo.qō ꝓ q̄ mortui sunt post decē annos:⁊ tū peregrinatio solū durauit decē annis. Itē ꝓ q̄ dicif q reuersa est noemi post decē ānos.ſ. q̄ ipsa mansit in terra moab q̄diu habuit ibi aliquos auriliatores ⁊ charos.mortuis tñ filijs non bēbat aliquos amicos nec auriliatores.nā iā mortu⁹ fuerat vir eⁱ⁹ elimelecb:iō ꝟisile est q imediate post mortē istoꝝ filioꝝ suo rū reuerteref noemi de terra moab.⁊ tū nō reuersa fuit nisi cōpletis ānis decē vt ꝓ i lra.g̃ añ istō ips nō fuit mors filioꝝ eⁱ⁹.

Scōa.

Hebreoruz opio. 1.ip̄robatō opionis iudeoꝝ.

B

Deter. qō.

Dupler erat bethleē.

Qō.9. A Quo tēpore mortui fuerūt filij elimelecb mariti noemi. a Rñ.ad q̄stum.

¶Et surrexit vt in patriā ꝓgeret cū vtraq; nuru sua de regione moabitide. Audierat.n.q̄ respexisset dñs populū suuz:⁊ dedisset eis escas. Egressa est itaq; de loco peregrinatiōis sue cum vtraq; nuru:⁊ iam in via reuertendi posita in terraz iuda:dixit ad eas. Ite in domū matris vestre. Faciat vobiscū dñs miseri cordiā:sicut fecistis cū mortuis ⁊ mecū. Det vobis ī uenire requiē in domib⁹ viroꝝ quos sortiture estis. Et osculata est eas. Que eleuata voce flere ceperūt:⁊ dicere. Tecū ✝ ꝓgem⁹ ad pp̄lm tuū. Quib⁹ illa rñdit. Reuertimini filie mi. Cur venitis mecum? Nū vltra habeo filios ī utero meo:vt viros ex me sperare possitis? Reuertimini filie mi:⁊ abite. Jā.n. senectute ꝓfecta sum:nec apta vinculo ꝓiugali. Etiā si possem hac nocte cōcipere ⁊ parere filios:si eos expectare velitis donec crescāt ⁊ annos pubertatis īpleant añ eritis vetule q̄ nubatis. Nolite q̄so filie mi facere hoc: qa vestra angustia magis me premit:⁊ egressa est manꝰ dñi ꝓtra me. Eleuata igitur voce rursū flere ceperūt. Orpha osculata est socrū ac reuersa est: Ruth adhesit socrui sue. Cui dixit noemi. En reuersa est cognata tua ad populū suū ⁊ ad deos suos: vade cum ea. Que rñdit. Ne aduerseris mihi vt relinquā te⁊ abeā. Quocūq; n. p̄rexeris:pergā:⁊ vbi morata fueris:⁊ ego pariter morabor. Ꝑopulus tu⁹ pp̄s me⁹:⁊ de⁹ tuus de⁹ me⁹. Que te terra susceperit moriētē ī ea moriar: ibiq; locuz accipiā sepulture. Hec mihi faciat de⁹ ⁊ hec addat:si non sola mors me⁊ te sepauerit. Videꝫs ergo noemi q obstinato ruth animo decreuisset secuz pgere:aduersari noluit nec ad suos vltra reditum psuadere. Ꝓfecteq; sūt filꝫ:⁊ venerūt in bethleē. Quib⁹ vbē igressis:velox apō cūctos fama perebruit:dicebātq; mulieres. Hec ē illa noemi. Quib⁹ ait. Ne vocetis me noemi.i. pulchrā:sz vocate me mara ✝.i. amarā:q̄ amaritudie valde repleuit me oīpotēs. Egressa sū plena:⁊ vacuaz reduxit me dñs. Cur ergo vocatis me noemi quā dñs hūiliauit:⁊ afflixit oēs? Etenit ergo noemi cū ruth moabitide nuru sua de terra peregrinationis sue:ac reuersa est in bethleē q̄n p̄mū hordea metebātur.

Alꝫ ✝ ꝓgimus.

Alꝫ ✝ b est.

B Ruth cō uersio.

Et surrexit. ¶Dic ponif scōz hui⁹.c.ſ. ruth uersio. nā redeūte noemi in terra israel venit cū illa ruth nur⁹ sua:⁊ tūc uersa ē ad cultū dei.⁊ oz̄.(Et surrexit vt in patriā ꝓgeret).ſ. ꝓsūmata iā fame voluit redire noemi in terrā suā.ſ. i bethleē.(Cū vtraq; nuru sua).ſ. cū ruth ⁊ orpha.⁊ nō ē ista determiatio illi⁹ vbi ꝓgeret:q̄ tūc eēt sēsus noemi volut ꝓgere i patriā suā cū vtraq; nuru sua ⁊ falsū ē:q̄ poti⁹ ipsa noemi psuadebat vtriq; nurui sue q̄ redirēt i terrā suā vt ꝓ in lra.ī.sz ē determiatio illi⁹ vbi surrexit.ſ. surrexit noemi cū vtra q̄ nuru sua:⁊ h ver est q̄n noemi icepit redire vtraq; nur⁹ sua veniebat cū illa vt ꝓ in lra.(De regiōe moabitide). In q̄ māserat ꝓ decē ānos peregrinādo tpe famis vt ꝓ.ō.i lra.(Audierat.n.q̄ respexisset dñs pplz suū). Dic ponif cā q̄re redijt noemi in terrā israel.ſ. q̄ audierat q deus respexerat pp̄lm suū ſ. israelitas miserēdo eis. Et oz̄ de⁹ respexisse eos ꝓ metaphorā. nā respicere ptinet ad boies hūtes anteriora ⁊ posteriora:⁊ oculos q̄bus respicit. de⁹ aūt est suba simplex spūalis nō dñs anteriora nec posteriora nec oculos vl aliq̄s ptes corporeas:sed est metaphora ad filitudinē eoꝝ q̄ videm⁹ in boie.nā q̄s bō est io cūdus ⁊ grat⁹ erga aliquos respicit illos leto vultu.cū āt iratus respicit eos vultu turbato. Vel poti⁹ auertit vultū suū ab eis:⁊ cū reconciliatur

Noemi q̄ rediit in terraz israel. Q̄ dicatur q deꝰ respiciat boies.

cū recōciliatur eis denuo respicit eos. ita nūc de⁹ inflixerat famē israelitis pp peccata: ⁊ sic videbat eis iratus: nec respicere eos: nunc aūt cū abstulit famē placat⁹ fuit eis: ⁊ ꝯter videbatur respicere eos vultu hilari. Uocātur israel popul⁹ dei: qz ꝛ tota terra esset dei: tñ israelite spāliter pertinebāt ad deū vt pz Deut. 7. et. 26. ⁊ magis Exo. 19. s. si audieritis vocē meā ⁊ custodieritis pactū meū eritis mihi in peculiū de cūctis pplīs: mea ē enī oīs terra ⁊ vos eritis mihi i regnū sacerdotale: ⁊ gens sancta. (Et dedisset eis escas.) Istud fuit āno vndecio. Nā in decē annis precedentibus fuerat fames ⁊ non erant esce.

Jsrl q̄re vocetur dei ppl̄s.

† A Rñ. ad q̄ situm. 1. cā.

¶ Quare nūc noemi reuersa ē ō terra moab i terrā isrl Qō. 10.

Queretur quare nūc noemi reuersa ē de terra moab in terrā israel. ¶ Rñdendū ꝙ hoc fuit ꝓpter multa. ¶ Primo qz iā cessauerat fames. nā ꝓpter famem venerat noemi cū viro suo ⁊ filijs i terrā moab. ⁊ qz nūc cessauerat fames redibat. ⁊ ista cā inuīt in lra cū dr̄ s. audierat. n. ꝙ respexisset dñs populū suū: ⁊ dedisset eis escas. ¶ Alig aūt dicūt ꝙ fuit ista sola causa veniēdi i terrā moab. s. qz fames erat: iō ista sola esset cā redeūdi. s. qz cessaret fames. Jtē pz qz littera exprimit istā cām: ⁊ nullā aliaz. ¶ Dōm tñ ꝙ alie fuerūt cāe ēt ꝓter has. ¶ Scōa nāq; fuit qz noemi non bēbat iā auxiliatorē in terra moab. Nā pr⁹ habebat filios ⁊ maritū: ⁊ mortu⁹ ē maritus ⁊ mansit ipsa cū filijs in terra moab: deinde mortui sunt filij: ⁊ tūc ipsa sola māsit. q̄ nō poterat cōueniēter manere i terra alienigenaꝝ: iō rediit. ¶ Tertia cā credit eē eo ꝙ iā ñ manere licite in terra moab. Nā nō licebat israelitis bz̄e volūtatem habitādi sp in terra gētiliū vt declaratū fuit. ō. ⁊ qñ nō bēbāt cām nō manebāt licite in terra aliena. ſz iā nō bēbat noemi cāz manendi cū eēt finita fames: iō redibat: tpe aūt famis licite manebat. Cū aūt dr̄ ꝙ nulla cā fuit redeūdi nisi ꝑma: eo ꝙ illa sola fuerat cā eundi. ¶ Dōm ꝙ nō segr̄: qz cessante cā cessat sp effectus: qñ effectus pōt dependere ex multis cāis. Sic pz de captiuitate iudeoꝝ i babylone. nā sola cā q̄re illuc ducti sr̄ ⁊ manebāt ibi fuit violētia: ⁊ tñ cessāte violētia ista redierūt multi i ērā isrl ⁊ multi alij māserūt i ēra babylōis nolētes venire vt colligit. 1. Esdre. 1. et. 2. c. ⁊ in alijs locis. ita nūc q̄q; pp famē solā inerūt elimelech ⁊ noemi ⁊ filij ei⁹ in terrā moab: poterat eē ꝙ cessante fame vellēt manere ibi ex alia cā. cū aūt dr̄ ꝙ ista sola cā exprimit in lra. dōm ꝙ nō sufficit qz multa fuerūt q̄ nō scribunt cuz sacra scriptura sit breuiloq̄. ¶ Aliter pōt dici ꝙ istud hic fuit exp̄ssuz. s. ꝙ redijt ēt noemi qz nō bēbat iā aliquos auxilia tozes nec amicos in terra moab. nā ponit ꝙ mortu⁹ est vir ei⁹ ⁊ postea duo filij ei⁹: ⁊ tūc dr̄ ꝙ ipsa reuersa ē i terraz suā.

Rñ. ad rōnē alterius opi.

Alia rñsio.

Qō. 11. A Quō dr̄ hic ꝙ deus dedit escas q̄ñ respexit israel populū suū. *Duplex rñsio ad q̄situm.

¶ Queretur vlterius quō dr̄ hic ꝙ deus dedit escas q̄ñ respexit israel populū suū. nā in hoc innit ꝙ in decē annis famis nō fuerūt esce i ērā.* ¶ Rñderi pt dupl̄r. vno mō ꝙ erāt alīq̄ esce vel terre nascētia in terra israel tpe istius famis: ſz erāt tā pauca ꝙ nō sufficiebāt ad sustentandū habitatores terre: ⁊ erāt i magna caristia. nihil aūt ⁊ paruz vel inutile ⁊ q̄si nulla fuerūt terre nascentia in illis decē annis vel in magna pte eoꝝ: saltē vltimis dieb⁹: ⁊ hoc qz forte nō seminabat. sic fuit in fame septem annoꝝ in egypto vt pz Gen. 45. s. biēniū ē quo fames cepit esse in terra: ⁊ qnq; anni restāt qb⁹ nec arari poterit nec meti. ⁊ sic nulle oīno esce eēnt. i āno aūt vndecio cū de⁹ auferret famē de terra dedit escas: qz tūc ceperūt eē terre nascētia. (Egressa est itaq; de loco pegrinationis sue.) Idest de ciuitate in q̄ pegrinādo māserat ānis decē: vel in q̄ saltē pegrinabat hoc vltio tpe decē annoꝝ. (Cū vtraq; nuru.) Ambe exierūt nō solū aio assentiendi eā vt vz: ſz poti⁹ aio eūdi cū illa in terrā suā vt pz ex verbis eaꝝ: ⁊ ex ope aliq̄lr saltē in ruth. (Et iā in via posita reuertēdi). s. iste due nur⁹ ⁊ noemi exierūt cū ea de vrbe i q̄ māserat quousq; posuerūt eā in via p quā reuersura erat i bethleē. (In terrā iude.) s. in sortē trib⁹ iuda. Nā erat noemi de bethleē vt pz. ē. i lra. ⁊ erat bethleē i sorte trib⁹ iude vt pz. ē. i lra. ⁊ Mat. 2. (Dixit ad eas.) s. ꝙ reuerterent. ⁊ nō dixit añq; eēt i via. nā q̄ exibat de vrbe nō prohibuit eas comitari se: qz iustū erat ꝙ comitarent eā vsquequo exiret de vrbe ad expediēdū eā. ⁊ tñ in via nō erat vtile ꝙ irēt cū ea: nisi pressure eēnt cū ea i terraz suā: iō locuta ē tūc ꝙ manerēt. (Jte in domū mris vr̄e). i. matrū vr̄aꝝ. Alig putāt ꝓprie accipi. s. qz ambe erāt filie eiusdē matris. ¶ Sz nō ē cōueniēter dictū: qz noemi dixit ad ruth. j. i lra ecce reuersa est cognata tua ad populū suū. si tñ eēnt sorores nō vocaret vna cognata alteri⁹ qz istō est nomē gīiale ꝓpinqtatis potissime qz vz accipi hic cognata ꝓut est nomē affinitatis. s. qz maritus vnius erat frater mariti alterius. sic accipit sepe i sacra scriptura cuz dr̄ ꝙ ietro erat cognat⁹ moysi. s. qz erat socer eius vt pz Numeri. 10. ⁊ Judi. 1. iō dōz ꝙ nō erāt sorores: ſz forte essent de eadē ꝓgenie. ⁊ ponit singulare ꝓ plurali sicut sepe ponit in hebreo. vel refert hoc ad q̄ſz: ſz q̄ſz erat in domuz matris sue. (Faciat dñs vobiscū misericordiā). s. retribuat vobis bona dando ꝓsperitatē in singulis. (Sicut fecistis cū mortuis ⁊ mecū.) Misericordia quā fecerāt cū mortuis. s. cū duob⁹ filijs noemi viris istaꝝ poterat eē dupliciter. s. in vita: vel post mortē. De vita pz qz forte tractauerāt eos grate seruiendo eis sine offensa ⁊ obsegose: qđ nō repit in q̄ſz vroze ad virū suuz. ⁊ hoc potissime erat laudabile: qz iste femine erant de regione moab in q̄ manebant ⁊ bēbant ibi cognatos: viri aūt earꝝ erāt de terra aliena: ⁊ nō habebāt ibi cognatos nec amicos q̄ auxiliarent eis: ⁊ in talibus solēt femie lupbire ꝺ viros: ⁊ volūt eos sibi subijcere. ꝙ aūt iste grate viris suis obsequerent erat laudabile. ⁊ pōt intelligi ꝙ fecerūt mīaz cū eis postq̄ mortui erāt s. ꝙ nō ꝺxerūt illico cū alijs vel ꝙ bonozauerūt eos plāgendo eos: ⁊ oñendo alia signa tristitie: ⁊ faciēdo alia q̄ solēt facere femine ad bonorē viroꝝ suoꝝ defunctoꝝ. Etiā exhibuerūt mīaz ipsi noemi: qz forte bene se habuerūt ad eā in cōuersatione viuētib⁹ viris filijs noemi quod raꝝ eē solet. nā raro nurus ⁊ socrus inter se cōcordāt: ⁊ forte iste cōcordauerāt. vel forte post mortē viroꝝ iste puelle tenuerāt noemi tāq; matrē: ⁊ adheserāt ei amore ⁊ obediētia filiali. quod satis appet ex verbis q̄ hīr j. in lra: ⁊ p ista mīa reddit noemi gr̄as nurib⁹ suis. (Det vobis inuenire regez in domib⁹ viroꝝ quos sortiture estis). i. cōcedat vobis deus ꝙ bēatis viros in quoꝝ domib⁹ gestatis: istud p̄t dici ad significādū felicitatē suā ꝓncipalē. s. ꝙ cogebat discurrere noemi de terra moab in terrā iuda: sicut ꝓus ō terra iuda in terrā moab ꝓpter famē: ⁊ orat nūc ꝙ deus liberet nur⁹ suas ab hac miseria faciēdo ꝙ viuant pīspe in domib⁹ viroꝝ suoꝝ: ⁊ nō coganf pp famē vel alias calamitates discurrere de regione in regionē: ſz gestāt in domib⁹ viroꝝ. vel p hoc orat ꝙ deus det eis viros lōgo tpe viuētes: vt ñ coganf denuo alios q̄rere: qz quādiu femia est q̄rendo vir nō est in gente. ⁊ hoc dr̄ ꝺ calamitatē quā nūc patiebanf. nā pauco tpe viterāt cū viris suis: ⁊ cogebāt nūc illis mortuis alios q̄rere. ⁊ dr̄ quos sortiture estis. i. bitare. ꝓprie sortiri est p sortē bz̄e vel acqrere: ⁊ ꝺuenit hoc rebus ꝺubijs in gb⁹ sortē q̄dā. i. disp̄one diuina vr̄ euenire quod euenit. hoc marie est in hoc ꝙ vir sortiat bonā mulierē: ⁊ mulier bonū vir. Nā dr̄ Ecclīastici. 26. c. laus magna de muliere bona. ⁊ subdit ꝙ deus dat illā timēti se. sorte ergo euenit bona mulier viro ⁊ ꝺzio. sic ēt ꝙ bō bēat aiaz iclinatā ad bonū q ꝺo est: iō p sortē euenire dr̄ aīa bona. sic enim dixit salomon: puer erā subtilis ⁊ ingenios⁹: ⁊ sortitus suz aiam bonā. (Et osculata est eas.) Utrāq; osculata ē: qz iste erat mod⁹ expediēdi se in signū amoris. (Que eleuata voce flere ceperūt.) Postq̄ se oscutate fūt. cā q̄re tūc fleuerūt fuit dupler q̄. j. ponet i quadā q̄one. (Et dicere tecū pgem⁹ ad populū tuū.) Tantū diligebāt iste nurus ipsaz noemi ꝙ cū ea pgere volebāt ad terrā suā relinquentes natale solū: quod satis difficile ē. (Quib⁹ illa rñdit: reuertimini filie cur venitis mecū). i. reuertimini in terrā vr̄az: cur venire vultis mecū in terrā meā. q. d. nulla cā est quare veniatis. (Uñ vltra bēo filios i vtero vt viros ex me sperare possitis:) q. d. si aliq̄ cā eēt q̄re mecū ire deberetis: eēt vt darē vobis viros de filijs meis sicut dedi pr⁹ ⁊ mortui sunt: ⁊ tñ ego nullos habeo filios viuētes: nec in vtero vt possitis sperare ꝙ ō illis accipiatis viros. (Reuertimini filie moabite.) Uocauit eaz filias moabitas. i. filias regionis moab: qz de illa regione trahebant originē. (Jam senectute cōfecta sum). i. inueterata vel senio depdita. (Nec apta vinculo cōiugali.) i. nō suz apta ad cō trahendū mr̄imoniuz. conat psuadere noemi vtriq; nurui sue ꝙ redeant ad vrbē de qua erāt: ⁊ nō eant cū illa. Et ad hoc iducit ꝙ nō p̄t vlterius expectare filios ex ea vt illos acciperent in maritos. Nā nō ꝺz nūc aliquos quos accipiāt. ⁊ qz poterat dici ꝙ ſz nullos viuētes bz̄et: bēbat tñ aliquos i vtero quos accipe possent postq̄ nascerenf. rñdit dicēs: nec vltra bēo filios in vtero vt ex me viros sperare possitis. ⁊ qz posset dici ꝙ dato ꝙ nō bz̄et nūc in vtero poterat ꝺbere mr̄imoniū: ⁊ suscipere filios. rñdit ꝙ iā senectute cōfecta est: nec est apta vinculo matrimoniali: vt filios suscipere possit. ⁊ adhuc vt fortius arguat dicit ꝙ dato ꝙ filios ipsa nocte posset gignere ⁊ parere: adhuc nō posset nur⁹ sue cōueniēter illos accipe in viros: qz si expectarēt eos vsq; ad tps pubertatis: pr⁹ senescerēt q̄ nuberēt. (Etiā si possem hac nocte). s. nocte sequēti. ⁊ dixit pot⁹ de nocte q̄ ō die: qz coitus ad gīiationē honesti⁹ fit p nocte q̄ in die. (Concipere ⁊ parere filios.) Jstō erat ipossibile: qz dato ꝙ illa nocte

Exposi-tio quorūdam. Cōfuta.

Poiez bz̄e aiaz iclinatā ad bonū a deo est.

cōcipet: nō posset parere vsq; ad nouē vel septē mēses: qō raro fit. ꝛ forte erat ipossibilitas ēt in cōcipiēdo: vt si erat iam in magna etate: sicut dixit iā senectute cōfecta suz. Nā si cessassent ei fieri muliebria. s. fieri mēstrua: non posset cōcipere vllo mō nisi miraculose: sicut oī de sara Gen. 18. ad oīm dendū miraculuz in cōceptione isaac. s. q; erat sara ꝓuecte etatis: ꝛ desierant ei fieri muliebria. i. fluere mēstrua. i quo inuit q; deficiēte fluxu menstruoꝝ ipossibilis erat ꝛceptus. s. qz mēstrua erāt mā ipsi⁹ cōcipiendi fetus: ꝛ si desierāt ista fieri in noemi erat etiā ipossibile cōcipere: iō ponebat noemi ꝑ ipossibili q; bz̄ent nur⁹ sue filios ex ea quos acciperēt in viros. (Si eos expectare velitis donec crescāt ꝛ annos ipleant pubertatis). Hic magis confirmat: qz dato q; oia p̄cedētia eēnt possibilia: tñ nō poterāt nur⁹ noemi accipe viros de filijs eius: qz oportebat q; ad accipiēdū eos in viros expectarēt vsq; ad pubertatē ipsoꝝ. Nā puberes oīr viri ꝛ femine qñ apti sunt ad ꝛuentū matrimonialē. nā puberes a pudēdis oīr: qz hec loca i hoie p̄mo lanugine ferūt vt ait Jsido⁹. 11. ethimologiaꝝ. ꝛ extra de ipōsa. impube. c. puberes. (Añ eritis vetule q̄ nubatis). s. trāsibūt. 20. āni vel q̄si vsquequo filij mei eēnt potētes ad actum mr̄imonialē: ꝛ interim vos efficeremini vetule: ꝛ nō essetis iaz apte ad mr̄imoniū cuz illi eē apti iciperēt. (Nolite q̄so filie mi). Grāmatica antiqua est: qz deberet dici filie mee. ꝛ dicit. nolite filie mi. s. reuerti mecuz in terrā meā. (Qz vestra āgustia me magis p̄mit). i. magis doleo de vobis q; in tā tenera etate pdideritis viros: ꝛ expectare debeatis sic in vidnitate mortē q̄ ego viro ꝛ filijs orbata sim. ꝛ est p̄ Grām: qz magis ex ꝛsortio vestro āgustiabor. nā vestra angustia p̄mit me magis q̄ mea: iō cū viderē vos ꝛ ꝛsiderarē angustiā vestrā dolerē nimis: qz nō possez vobis ꝓuidere. nūc vero si recesseritis ad terrā vestrā redeūtes poteritis accipere illico viros in quoꝝ domibus gescatis: sicut prius dixerat noemi. det vobis dominus inuenire requiem in domibus virorum quos sortiture estis.

† E

† Puberes vñ dicant.

† † †

¶ An peccarunt filij elimelech ꝛ noemi cum acceperint in moab vxores gentiles. Questio. 12.

A **Queretur** circa istos filios elimelech ꝛ noemi cū acceperint in terra moab vxores gentiles. s. moabitidas an peccauerint. ¶ Aliqs dicet q; peccabāt qz exponebāt se periculo. nā accipiēdo mulieres gētiles in vxores poterant ab eis ꝑsuaderi ad colendū idola qō erat grauissimum.

Cuiusdam rñ. ad q̄st. ꝛ rō. 1. Scōa.

2.cā ¶ Alia cā forte p̄t eē. ſ. ꝙ booz nō diceret h̄ vt cognat⁹ suus nō formidaret semis suscitationē: sed qz administratio totius possessiōis elimelech chelioⁿ ⁊ maalō erat penes noemi: lz de iure ꝟpeteret ipsi ruth: dicebat ipsa noemi vēdere ⁊ nō ruth nur⁹ ei⁹.

¶ Si ruth nollet suscitare semē viro defuncto qd fieri dēret de istis possessiōib⁹ elimelech chelion ⁊ maalon. Questio. 25.

A **Queretur** vlterius si ruth nollet suscitare semē viro: vel ꝟtingeret ꝙ nō suscitaret qd fieri dēbe-

Rñsio ad q̄stuz ret de istis possessiōib⁹ elimelech chelion ⁊ maalon. ¶ Dōm ꝙ aut ruth nolebat suscitare semē viro suo. ſ. ꝙ nolebat accipe in vir aliquē cognatū viri sui aut aliquo mō ꝟtingebat ꝙ nō suscitabat nomē vel semē lz ipsa vellet. Si primū dōz ꝙ nō pmittebat mulier volūtati sue: qz mulier defuncti nō relinq̄ntis semē erat obligata fm legē ad hoc ꝙ accipet in vir aliquē de cognatis viri sui si ille vellet: ⁊ si anteq̄ admoneret cognatos viri sui acciperet in vir aliū erat adultera: ⁊ poterat accusari de adulterio. sicut si eēt fornicata cū alio viro post ꝟsummatū mr̄imoniū vel oū erat despōsata ꝑ verba de p̄senti vt ōclarabit. j. in quadā q. ⁊ pz Genē. 38. de thamar nuru iuda q̄ erat suscipiēda in vxorē a sella filio iude ad suscitādū semē fratrū suoꝝ defunctoꝝ sine semine: iō iste casus nō stat. Si aūt ꝟtingeret ꝙ mulier volēs suscitare semē viro si suscitaret illō: istō eēt triplr. Uno mō qz ꝟtingebat ꝙ mulier a nāq̄ accipet in vir aliquē de cognatis suis moriebat: vel qz moriebant oēs cognati defuncti ita vt nullus supesset ꝙ posset de iure suscitare semē. Uel qz accepta ē i vxorē ab aliquo de viri sui cōsanguinitis: ⁊ tm n̄ suscitatū ē semē. ¶ Si p̄mo mō cū mulier maneret in ꝓposito suscitādi semē q̄cūq; vel let eā accipe i vxorē aliqs ō cōsanguinis viri sui cēsebat adhuc repn̄tare psonā defuncti vt declaratū est. ē. in quadā. q. iō manebāt semp bona defuncti penes ipsam mulierē. mortua aūt illa: qz nō erat spes vlla de suscitatiōe seminis defuncti cū nō esset mulier de qua devoluebant bona ad beredes defuncti ꝙ fm legez ab itestato ei succedebāt nisi forte supessent alie vxores defuncti n̄ repudiate. nā ex q̄libet illaꝝ poterat suscitari semē defuncto vt declarabit. j. in q̄dā. q. qz tunc defuncta vna vxor devoluerēt

B bona ad alterā que posset ⁊ deberet de iure suscitare semen defuncto. si tm vnica esset vxor: mortua illa trāsibāt illico bona ad beredes defuncti ꝙ succedebāt sibi ab intestato. vñ si ruth ꝟtingeret mori anteq̄ acciperet in vxorē a booz ad suscitādū semē manerent bona defunctoꝝ apud eā ipsa viuēte sicut nūc mānserūt: ⁊ ipsa mortua trāsirent illico ad cognatos viri sui. ſ. ad booz ⁊ cōsanguineū suū vel ad alterꝫ eoꝝ. ¶ Si aūt scō mō. ſ. ꝙ moriebāt oēs cognati ipsius defuncti anteq̄ ꝙq̄ eoꝝ suscipet vxorē illi⁹ ad suscitationē semis devoluebant bona ad primos hr̄des. iste aūt casus satis possibilis erat: qz lz n̄ posset aliqs mori i toto isrl ꝙ nō hr̄et cognatos aliquos siue modicū siue multū in gradu distātes ita vt possent succedere ei ab itestato: tm poterat eē ꝙ qs eēt ꝙ nō hr̄et aliquē cognatū ꝙ suscitare posset semē eius: qz ad suscitādū semē nō admittebāt oēs cognati in quocunq; gradu eēnt: sed solū illi ꝙ erāt in gradu quodā determinato. qō pz: qz booz dixit hic ad cognatū suū ꝙ nullus erat ꝓpinquus ꝙ posset redimē iure ꝓpinquitatis possessionē vēditā nisi ābo. ſ. ipse ⁊ cognatus suus. si āt isti duo decessissent tpe h̄: nullus maneret ꝙ in re ꝓpinquitatis posset redimē possessionē elimelech: ⁊ ꝟnter nec suscitare semē cū suscitatio semis fieret iure ꝓpinquitatis. ſ. semp ab imediatiori. si āt isti duo eēnt mortui iā nulla eēt spes suscitatiōis semis defuncti: qz nullus eēt ꝙ suscitaret: iō nō manerēt bona iā penes ruth: qz apō ipsaz manebāt inq̄tū ipsa erat apta suscitare semē defuncto: ⁊ tūc devoluerēt ista bona ad hr̄des primoꝝ elimelech ⁊ filioꝝ ei⁹. alij n̄ eēnt i tali ḡdu ꝙ n̄ posset suscitare semē istoꝝ. ¶ Si āt ēt io mō. ſ. ꝙ mulier accepta ē i vxorē ab aliquo de cognatis viri sui ad suscitādū semē: ⁊ tm nō suscitatū ē. ¶ Dōm ꝙ q̄ocunq; fit illico vt ge de cognatis accipiebat mulierē ad suscitādū semē defuncto devoluebāt bona ad ipm sub spe ꝙ inde filius nascitur⁹ eēt ꝙ cēseret filius defuncti: ⁊ loco eius hēret ⁊ succederet ei: ⁊ tūc poterat ꝟtingere ꝙ isti dātes operā gr̄ationi nō gignerēt: ⁊ tm h̄ nō obstāte q̄ diu manerēt isti duo bona manebāt penes illos. si āt decederet alē ipsoꝝ ⁊ nō eēt genit⁹ filius vel filia: aut decederet vir aut femia. Si ō cederet femia auferebat ia spes suscitādi semē cū nō posset fieri suscitatio nisi ex vxore defuncti: iō devoluebant tūc bona ad

C hr̄des ꝓximos defūcti ꝙ ab itestato ei succedebāt: nisi eēnt multe vxores defuncti nō repudiate: qz q̄lz illaꝝ posset tūc suscitare semē viro suo si nōdū accepisset aliū vir: ⁊ fieret de q̄lz illaꝝ si cut dcm̄ ē ō ꝓma. Si āt decederet vir: aut femina manēs eēt apta ad suscitādū semē: aut nō. si eēt inepta ad suscitationē semis: vtpote qz senectute ꝟfecta devoluebāt illico bona ad hr̄des ō functi velut si nō reliq̄sset vxorē: qz nō eē ⁊ inutilē eē egparāt. Si āt eēt apta ad suscitādū semē: qz adhuc erat in etate in q̄ posset gignere: aut superat aliqs de cognatis defuncti ꝙ vellet eam accipe i vxorē: aut nō. si nullus supesset devoluebat hr̄ditas ad ꝓximos hr̄des defuncti ꝙ tm nō suscitabāt semē ei⁹ vt declarātū ē in scō casu. si aūt aliq̄ superāt ꝙ possent suscitare semē defuncti manebāt bona apud mulierē: ⁊ ipsa tenebat admonere eos an q̄q̄ eoꝝ vellet suscitare ex ea semē defūcto. ⁊ si q̄q̄ vellet accipiebat illā: ⁊ trāsibant bona ad eū: ⁊ manebāt apud ipm vsq; quo gigneret filium ipsi defuncto succedentē: vel moreret alter ꝟtingū: ⁊ tūc fiebat ficut. ē. dcm̄ ē. Si āt q̄q̄ de cognatis defuncti nolebat mulierē accipere in vxorē declarabit seq. q.

¶ Quid fieret de possessionib⁹ elimelech chelioⁿ ⁊ maalō si booz ⁊ alij cognati nollēt accipe ruth in vxorem: ⁊ an succederet ruth in bonis defunctorum. Questio. 26.

Queretur vlterius si booz nollet accipe ruth in vxorē A nec ēt cognat⁹ suus de quo h̄ dōz: qd fieret ō possessiōib⁹ elimelech chelion ⁊ maalō. ¶ Dōm ꝙ vxor ōfuncti qm̄ nō reliq̄rat defunctus semen tenebat admonē cognatos ōfuncti vt eā q̄q̄ eoꝝ suscipet in vxorē: ⁊ admonebat eos pozdinē ficut cōpetebat eis ordinatiz suscitatio semis. nā ꝓpingori cōpetebat imediate: ⁊ ille admonēdus erat an vellet suscitare semē fratri suo vl̄ cognato: ⁊ si nollet fiebat pena q̄ h̄ Deute. 25. si eēt frater defuncti. ſ. ꝙ mulier discalciaret eū ⁊ spueret i faciē eius vocareturq; dom⁹ eius dom⁹ discalciati in isrl. si aūt eēt cognatus ⁊ nō frater nō fiebat ista pena vt declarabit. j. in q̄dā. q. ⁊ post būc admonebat mulier seq̄ntē. ⁊ si nollet fiebat idē. ⁊ sic discurrebat ꝑ oēs quotquot erāt illi ꝙ poterāt ō iur suscitare semē defuncto. nā nō poterat q̄lz cognat⁹ i quocūq; gradu suscitare semē defūcto vt dcm̄ ē p̄cedēti. q. ⁊ magis declarabit. j. in quadā. q. ⁊ si aliqs istoꝝ saltē vltim⁹ susciperet eā: ad illū transibāt possessiōes sicut dcm̄ ē p̄cedēti. q. si āt nullus vellet suscipe mulierē istā ipsa poterat accipe i vir aliquē ꝙ nō eēt de cognatione viri sui: ⁊ tm tūc nō tenebat aliqd de possessiōib⁹ ei⁹: lz de

B nolebant oēs ad cognatos ꝓximos. ſ. ꝙ istimet ꝙ mulierē illā accipe noluerāt succederēt in istis bonis ēt si nō suscitarēt iam defuncti semē. ⁊ sic si booz noluisset accipe ruth in vxorē nec ēt cognat⁹ suus: ipsa qdē absoluebat a debito suscitādi semē: ⁊ tm nihilominus isti succedebāt in bonis defunctoꝝ iure ꝓpinquitatis: qz nullus erat ꝓpingor: ⁊ h̄ iure voluerat cognat⁹ booz redimere possessionē elimelech. ſ. ꝙ possessionē redimeret ⁊ nō acciperet in vxorē ipsaz ruth. ⁊ tm q̄ aliqs de cognatione ēt si minus volebat suscitare semē defuncto ille ꝓbabat oēs alios cognatos iure successionis ēt si illi eēnt defuncto ꝓpinquores. sicut fuit nunc in booz q̄ erat minus ꝓpinquus q̄ alius cognat⁹ suus. qō pz in lr̄a: qz tm ille nolait suscitare semē defuncto pdidit ius hereditatis: ⁊ successit booz. ¶ Sed dicet ꝙ in hoc vr̄ esse gra uamē. ſ. ꝙ si mulier ꝓmpta ē suscipe i vir de cognatōe quēcūq; defuncti ad suscitandū semē eius ꝙ ꝓuet hr̄ditatis possessiōe ⁊ fructu. nā si aliqs eā suscipet de cognatōe defuncti illa teneret bona defūcti cū viro q̄ illā accipiebat: ⁊ gauderet omodo fructuz. si āt nullus eā vellet accipe ipa nihil min⁹ faciebat q̄q̄ si accipe ret realr ad suscitādū semē ōfuncti: iō ꝙ nō gauderet fructu hereditatis vr̄ incōueniēs. ¶ Aliqs forte dicet ꝙ mulieri in casu isto manebāt bona: vel aliq̄ pa eoꝝ: lz nō appeat. ¶ Dōz ꝙ falsum est: qz mutaret tūc status legis. nā deus dederat modū successionis hereditarie in veteri testō: ⁊ fm illā nunq̄ succedebāt femine nisi eēnt filie respectu p̄sis qm̄ p̄ nullus filiū relinq̄bat Numeri. 27. ⁊ tamen hic non erat tale: ideo non habebat talis mulier ius succedendi in bonis viri defuncti. ¶ Scdo pz qz deus statuerat ꝙ non trans̄ret possessiones de familia in familiā: ⁊ de tribu in tribum: ⁊ circa hoc magnā cautelam adhibuerat Num. 36. si tm ꝟcederet ꝙ vxor defuncti in isto casu succederet

Doc. sntia penes h̄ q̄situm.

Obiectio.

Cuiusdam rñsio. Improbō 1.rō.

2.rō.

in bonis defuncti vel in aliqua parte eoꝝ ⁊ non susciperetur in uxorē ab aliquo de cognatis defuncti transirent bona de familia in familiam: ⁊ aliqñ de tribu in tribū. nā ꝺtingebat ꝙ gs acciperet mulierē de alia tribu ⁊ familia: sicut beniamite viri acceperunt uxores filias iabesenoꝝ q̄ erant de tribu gad vel manasse vt declaratū est Judi. 21. ⁊ acceperunt mulieres sylonitas q̄ erant de tribu effraim vt pz ibidē. ⁊ ēt declaratū est ibi. ⁊ poterat accidere in aliquo istoꝝ iste casus. ſ. ꝙ mortuo viro sine semine nullus de cognatione viri vellet accipere uxorē illius ad suscitandū semē. si ḡ illa tunc succederet in bonis viri cū ipsa esset de tribu effraim aut gad aut manasse rediret bona istarum tribuū ad alias. ſ. possessiones beniamin ad effraim ⁊ gad: qō erat incōueniens in veteri testō. ¶ Dōm ergo ꝙ non succedebat mulier in bonis viri: nec in parte aliqua bonoꝝ: sz cedebāt ꝓpinqꝭ defuncti lz nollent suscitare semen eius. Cū aūt obiicit ꝙ grauaꝝ mulier ista: qz cum esset ꝓmpta suscitare semē defuncti ⁊ non cessat ex culpa sua: sed ex culpa cognatoꝝ defuncti ꝙ p̄uek hereditatis fructu. dōm ꝙ non grauaꝝ ista mulier: qz si deberek ei ħ aliqd ⁊ ꝓp culpā cognatoꝝ defuncti nolentiū suscitare semen illius ipsa priuaretur illo iure grauabaꝝ: ⁊ tñ nihil debebaꝝ hic mulieri defuncti sed solū debebaꝝ volēti suscitare semen: ⁊ ipsa tenebat bona defuncti q̄diu erat in potentia ad suscitandū semen defuncti: ⁊ nō fuerat neglecta a cognatis eius. si aūt negligebaꝝ ab oibus non grauabaꝝ tanq̄ aliqd ꝑderet sed fiebat ꝙ non lucrarek cuz alꝫ posset lucrari. ſ. si aliqs de cognatis defuncti vellet eā accipe in uxorē: qz tunc illa gauderet fructu bonorum simul cum viro qui eam acciperet. nullus autem obligatur alteri ad faciendum ꝙ lucretur: obligatur tamē ad faciendum ꝙ causa sui non perdat. Confirmatur hoc ꝙ istud priuilegium de possessione bonorum manentiū apud uxorem potentē suscitare semē defuncti non introductū est gratia uxoris: nec ꝓpter illum ḡ suscitaret semen defuncti: sed ꝓpter fauorez defuncti. ſ. vt non deleretur nomen suū de familia sua. si ḡ nullus sit ḡ velit suscitare semen defuncto nō priuaꝝ mulier aliquo in re vel priuilegio introducto in fauorē suum cū priuatur bonorū possessione ⁊ deuoluunt ad cognatos defuncti. ¶ Sz ē adhuc dubiū qz dicet aliqs dato ꝙ mulier defuncti non teneat bona eius nullo ꝓpinquoꝝ volente suscitare semen illius: qūo tñ manent apud eos bona. nā vꝫ iniustum: qz ipſi sunt in culpa nolendo suscitare semen defuncti: ⁊ tñ de culpa cōmodū reportāt: qō esse non ꝺz. ¶ Potissime qz isti puniunt ꝓ culpa ista. nam frater ḡ non vult fratris sui suscitare semen punit eo ꝙ discalciatur ⁊ expuit in faciez eius: ⁊ vocaꝝ domus illius domus discalciati in israel Deute. 25. qūo ergo remunerabunt accipiēdo hereditatem ex eo facto quo penā meruerunt ⁊ puniti sunt. ḡ iniustū vꝫ. ¶ Dōz ꝙ ꝓeit hr̄ditas ad cognatos defuncti dato ꝙ ñ suscitēt semē ei⁹. ⁊ pz ħ qz si nō ꝓeiret ad eos oporteret ꝙ ꝓueniret ad extraneos: ⁊ istō eēt ꝺ legē disponētē ō mō succedēdi. Num. 27. qz semꝑ ꝓpinqores succedere debēt: ⁊ non habetur alicubi ꝙ isti oēs priuent iure successionis si noluerint suscitare semen defuncti. iō non est dōm ꝙ priuent hereditate. ¶ Secundo pz qz si isti priuarent hereditate ꝓueniret illa ad extraneos ḡ nō essent de eadē familia vel tribu. et in hoc ꝓiudicare legi qz deus iusserat ꝙ non trāsiret hereditas de tribu in tribuū: nec de familia in familiam: qz sic ꝺfunderet distinctio sortiuz ⁊ ignorarent familie ⁊ tribus. Num. 36. iō non debebat transire possessio hereditatis ad extraneos q̄q̄ delinquerēt cognati nō suscitando semen defuncti. ¶ Cū aūt obiicit ꝙ isti erant in culpa ⁊ non debebant reportare cōmodum de culpa. dicendum ꝙ isti non reportāt cōmodum de culpa: ita ꝙ ꝓp culpā istam p̄mient siue accipiant remunerationē: sed accipiunt hereditatem ꝓp legē ne transeat hereditas de tribu in tribum ⁊ de familia in familiā. Sed stat ꝙ isti peccent non suscitando semen defuncti: ⁊ tamen succedant in bonis defuncti. Etiaz dōm ꝙ non est incōueniēs ꝙ iterdū aliqs peccans nō puniaꝝ i eo in quo deligt. ſ. si ex punitione alicuius ꝓuenit magnū dānum reipublice. ſ. qz magis ꝓiudicabiꝫ reipublice puniendo illū q̄ graueꝫ ille ḡ punit non ꝺz puniri. sicut si aliqs bō esset ex cuius statu vel vita depēderet totus status ⁊ ꝺseruatio reipublice ⁊ illo pereunte respublica periret: lz ille peccaret in aliquo ita vt esset reus mortis sicut adulterando vel alꝫ non deberet occidi: nec recte leges politice iuberent eū occidi. ita est in ꝓposito. iustū. n. erat q̄tū erat ex ꝑsona sua ꝙ cognati defuncti ḡ noluerunt suscitare semē defuncto priuarent hereditate eius: tñ est dānum reipublice ⁊ cōtra intentionē legis. nā vtile erat reipublice ꝙ maneret certitudo ꝓgenieruz: ⁊ sciret de quolibet viro de qua tribu ⁊ familia erat: ⁊ istud non poterat sciri nisi possessiones imobiles manerent semꝑ penes viros eiusdē cognationis non transeundo ad alias familias vel tribus ꝓ alienationē q̄cūq̄: ⁊ istud deus volebat Num. 36. si tñ cognati defuncti nolentes suscitare semen eius priuarenk hereditate trāsirent possessiones ad extraneos: ⁊ trāsirent de familia in familiā ⁊ paulatiz de tribu in tribū: iō non debebant priuari successione q̄q̄ delinquerēt. ¶ Ad sc̄dz cum dr̄ ꝙ isti cognati defuncti puniti sunt qz noluerunt suscitare semen eius: qūo ergo ex eodē actu i quo puniti sunt ꝺsequēt ꝑmiuz. ¶ Dōm ꝙ non ꝺsequunt ꝑmium ex actu in quo fuerūt culpabiles. nā fuerunt culpabiles nolēdo suscitare semē defuncto: ⁊ ob hoc nō acgrunt successionē sed acgrūt eā tanq̄ iaz sibi debitā ex lege successionis. Tertio cū dr̄ in isto actu puniti sunt ideo nō debent acgrere ꝑmium. dōm ꝙ iuste valde fit. nam isti puniunt hic inq̄tum pena pōt esse ꝑsonalis: ⁊ in illa parte nō puniunt in qua pena extenderet se ad rempublicā puniendaz: qz delictū ꝑsone non ꝺz redundare in dānum reipublice. isti āt potuerunt ꝑsonaliter puniri inq̄tū quilibet nolens suscitare semen fratris sui defuncti discalciabaꝝ publice: ⁊ spuebaꝝ in faciem eius: eratq̄ ei ꝺtumelia: qz vocabaꝝ domus eius domꝰ ꝺscalciati in israel Deute. 25. ista pena erat solū ꝑsonalis ⁊ nō se extendebat ad rempublicā: iō ꝺueniens erat talē infligi: qz nō ledebaꝝ in hoc respublica. si tñ priuarenk cognati defuncti successione ⁊ trāsirent bona ad alios extraneos lederet respublica qz trāsirent possessiones de tribu in tribū: ⁊ de familia in familiā: qō erat magnū icōueniens ⁊ ꝺ intentionē dei Num. 36. ſ. qz tolleret certitudo ꝓgenieꝝ qō militabat ꝺ statuz messie vt declaratū est Leui. 25. ⁊ Num. 27. et. 36. nō ḡ debuerūt puniri tali pena q̄tūcūq̄ delinq̄rēt. Si tñ vnus ꝺsanguineus vel multi delinq̄bāt suscitare nolēdo semē defuncti: ⁊ aliqs illoꝝ volebāt suscitare oēs alij ꝓuabāk iure successiōis q̄q̄ eēnt ꝓpinquores: ⁊ ad illū solū deueniebāt oia bōa defuncti, sicut pz ħ ō booz ⁊ cognato suo. nā ille erat ꝓpinqor defuncto q̄ booz: ⁊ tñ qz non fuit suscitare semē maalō defuncti trāsluerūt oia bōa defuncto rū ad booz vt pz. ſ. in lra. Rō hui⁹ ē qz tūc ꝙ ꝓuarēt oēs alij cognati iure successiōis erat pena ꝑsonalis: ⁊ nō extēdebaꝝ ad rē publicā eo ꝙ manebat possessio in eadē tribu ⁊ familia cū vn⁹ cognatoꝝ acciret illā ḡ volebat suscitare semen. si ꝓuarenk oēs successiue trāsiret hr̄ditas ad ex̄neos ⁊ seq̄rek icōueniēs qō. s. ponebaꝝ: iō in isto casu nō ꝓuabāk cognati iure successiōis ꝓp delictū. ¶ Quereꝫ vlterius cur dixit booz ad cognatū suū nullus. n. ē ꝓpinquus excepto te ḡ ꝑm⁹es ⁊ me ḡ sc̄ōs sum: ⁊ quō poterat ħ stare. ¶ Ad ꝑmū dōz ꝙ booz dixit istud ad ꝺfirmādū intētionē suā. nā dixerat ad cognatū suū ꝙ emeret possessionē quā vēdiderat noemi: aliogn ipe ōliberaret an illā emeret iure ꝓpinqtatis. ⁊ poterat obiici ꝙ alius eēt ꝓpinqor cui cōpeteret iure ꝓpinqtatis redimere istā possessionē priusq̄ istis: dixit booz ꝙ nullus erat alius ꝓpinquus nisi ipse ⁊ cognat⁹ suus. ſ. cognatus suus ꝓxⁱ ⁊ ipse sc̄ōs: ⁊ sic nulli alij cōpetebat ius redimēdi. vnde recte dixerat booz ꝙ cognatus suus redimeret possessionē illā aliogn ipse videret an ꝺueniret ei redimē illā.

¶ Qūo poterat stare ꝙ nullus aliꝰ erat in tota cognatiōe illa nisi isti duo qz videbaꝝ ipossibile. ⁊ qd fit ꝺsanguitas ⁊ i quo fundetur: ⁊ de dzia ꝺsanguinitatis nālis ⁊ legalis. Questio. 28.

Queretur de sc̄ō. ſ. qūo poterat stare ꝙ nullus alius erat in tota cognatōe illa nisi isti duo. vꝫ. n. ipossibile: qz erat elimelech ō tribu iuda ⁊ familia pharez: ideo q̄diu superāt aliq de familia pharez: erāt aliq de cognatōe elimelech ⁊ istoꝝ. ¶ Nicolaus dicit ꝙ multi alij erāt de cognatōe ista: qz cū isti eēnt potētes viri nō erat verisile ꝙ ipsi soli essent in cognatiōe ista. sed dicunk isti soli in cognatiōe. ſ. ꝓncipales: qz alij erāt minꝰ potētes: ⁊ minoriꝫ auctoritatiꝫ. Ista tñ rñsio nō ē nimis solida: qz dato ꝙ eēnt potentes poterāt eē soli i cognatiōe. nā ad eē potētiorē vel ditiorē nō segtur hōe cognatos plures. ¶ Rñderi pt ḡ duplr. vno mō ꝙ ñ erāt alij in cognatiōe ꝓter istas duos. ſ. ꝙ nō eēnt alij qbꝰ prius cōpeteret ius redimēdi possessionē q̄q̄ istis. Alio mō pt itelligi ꝙ plures erāt in familia ista vl cognatōe: ⁊ tñ illi erāt extra gradū i quo vocabāt cognati ⁊ in quo ꝺpetebat redēptiōis ius: ⁊ suscitatio semis. ꝑmꝰ modus vꝫ satis ꝺueniens eo ꝙ ꝺcedit multos alios esse in progenie ista. ēt qz conuenit intentioni booz. nam booz loquebaꝝ hic de redemptione possessionis ⁊ locuturus erat postea de suscitatione seminis defuncti. ista autem competunt iure propinquitatis: ⁊ ꝓpinquioribus prius cōpetunt. ⁊ qz loqbaꝝ booz ꝙ cognatꝰ suꝰ redimeret possessionē elimelech: vl ipe redimeret eā: satiꝫ erat sibi ondere non esse aliquē cognatū ꝓpinqorē eis. ⁊ sic diceret

Doc. rñsio ad obiōnē.

Ruth ñ succederet i bonis defunctoꝝ nec in totū nec in ptem.

Obiectio. 1

Scōa.

Rñsio. 1. rō.

D

2. rō.

Rñsio ad obiectionez primam.

E

Adsc̄dz obiōnē.

Qō. 27. A

Cur booz dixit ħ ad cogtū suum. nullⁿ. n. ē ꝓpiquⁿ excepto te ḡ ꝑoz es et me ḡ sc̄ōs sū

Rñsio ad q̄stū.

A

Nico. responsio ad q̄stū. Improbatio.

Doct. duplex rñsio ad q̄stum.

Determ̃. qōnis.

ceret q̄ nullus erat cognatus nisi ipsi ambo.i. nullus erat prior eis ad hoc q̄ posset suscitare semē defuncto ꝛ redimere hereditatē. ¶ Dom tñ q̄ hoc nō obstāte adhuc nō stat iste modus: sz scōs.s.q̄ nō erat alius cognatus p̄ter istos in tota cognatiōe.ꝛ pz qz si booz intēdisset dicere q̄ cōpetebat ius redimēdi ipse p̄ us q̄ alijs lz essent multi alij in cognatiōe nō diceret: nullus.n.p pinquus est excepto te q̄ prior es: ꝛ me q̄ scōs sum: sz diceret nullus est ꝓpingor te ꝛ ego sum scōs tibi.ꝛ tñ dixit nullus primus est qđ excludit oēs alios de quocūq̄ gradu cognationis.iō dōz q̄ nullus alius erat cognat⁹ elimelech ꝛ filior suor nisi isti duo.

B

Scōo pz qz si intēderet booz dicere q̄ ius redimēdi p̄mo cōpetebat cognato suo deinde sibi: ꝛ postea alijs: deide peteret q̄ cognatus suus emeret iure ꝓpinquitatis: vel bocim denūciaret ei vt ipse deliberaret vt emeret: nō oportebat q̄ booz diceret nullus est.n. prim⁹ nisi tu q̄ prior es: qz satis intelligebat q̄ loq̄bat de seipso referēdo illū ad se.iō illo nolēte ipse volebat redimē. q̄ nō intēdit booz solū dicere q̄ nulli erant ꝓpingores q̄ ipsi: sz q̄ ēt nulli alij eēnt in tota cognatiōe elimelech.ꝛ istud est valde ꝺueniēs: qz lz oēs boies inter se attineāt sibi in aliquo: qz saltez descēdunt ab adā oēs vel a p̄ncipio ꝓpingozi descēdunt oēs a noe: tñ nō vocant oēs cognati. ¶ Lā est qz cognatio ē gdā nexus pluriū cōicantiū in sanguine: ꝛ ab eodē capite descēdentiuz ꝛ tenentiū inter se aliquē ordinē vsq̄ ad certū gradū.ꝛ fundat boc qz cū cognatio sit nexus ꝛ vnitas q̄dā segtur ad eā amor nālis vt declarat Ari.8.etbi.dicēs maximū amorē post p̄nū esse inter fratres tanq̄ habentes oia cōia.s.sanguinem ꝛ radicē. ita inter ceteros q̄diu mānserit iste nexus vel vnitas erit necessario amor gdā.ꝛ tñ exprimur q̄ tantū alig descēdētes ab eodē stipite elōgant inter se q̄ nullo mō se diligūt nisi inq̄tū boies sunt: qz oē animal diligit sibi sile.Ecclesia.13.ꝛ nō inq̄tū descēdentes ab vno p̄ncipio: iō inter illos iā nullus nexus est nec ꝺsanguinitas nālis nec legalis. ¶ Pro q̄ ād ꝺsiderādū ē q̄ ꝺsanguinitas ē duplex.s.nālis ꝛ legalis. nālis vocat ille nex⁹ pluriū ꝺscēdētiū ab vno ꝛ cōicantiū sanguine: ꝛ q̄diu durat iste nexus est nālis ꝺsanguinitas: cessante aūt isto nexu cessat consanguinitas ista.ꝛ aliq̄n ista excedit legalē ꝺsanguinitatē: ꝛ aliq̄n excedit ab ea. vocat aūt legalis ꝺsanguinitas istamet habitudo pluriū descēdētiū ab eodē stipite: sed est ista limitata certis limitibus vel gradib⁹: qō nō bz nālis ꝺsanguinitas. ¶ Ad maiorē aūt horz intelligentiā ꝺsiderandū q̄ naturalr ꝺsanguinitas ista nō est nisi q̄dā filitudo naturalis in pluribus.ꝛ ista est duplex. quedam est similitudo specifica ꝛ alia indiuidualis. similitudo specifica est q̄ ineſt omnibus hominibus ad se inuicem ex eo q̄ in eoz quolibet reperit totū qō est de veritate nature humane siue de eē: ꝛ iō mēbra ꝛ virtutes mēbroz in gñali hñt quandā similitudinē. ista tñ filitudo lz faciat quandā affectionē vel amorē inter boies nō ē ꝺsanguinitas. pz boc qz oē animal diligit sibi sile. Ecclesia.13.ꝛ ēt p hoc patet illud Ari.8.etbi.in p̄ncipio dicēs q̄ ois hō naturalr est altri amicus siue cognito siue incognito. vt pz in errozibus viarū: qz q̄libet indicat alteri viā lz ei incognitus sit. iō ēt vocat quosdā boies philantropos. s.qz istū amorē specificū nimis oñdūt. ꝛ dīr philantropi. i. virozum vel boium amatores. s.qz amant eos ex eo q̄ boies sunt nulla alia rōne intercidēte. nō tñ vocamus boies pz hāc similitudinē cognatos: qz alis oēs boies eēnt inter se cognati: qō falsum est. ¶ Alia est filitudo indiuidualis. s. ex ꝺditione indiuiduoz. i. q̄ multa de ꝺplexione vnius bois reperiant in alio ita q̄ eadē sint illis grata ꝛ eadē odiosa: ꝛ ad similia inclinent ꝛ simili mō se hēant q̄tum ad multas disp̃ones nāles. ꝛ ista filitudo non est specifica sed indiuidualis. s. ꝓueniens ex ꝺditionibus indiuiduoz. ° ¶ Ista aūt ē duplex. q̄dā. n. est accidentalis pure: alia aūt est in aliqua cā vniuoca. Pria est vt i duobus boibus q̄ nati sunt in diuersis tpibus: vel i diuersis regionibus: ꝛ ōtingit illos duos q̄tū ad oia accīdia vel plurima cōplexionis videri files. ista filitudo nō ꝓuenit ex aliqua vnitate p̄ncipij vniuoci. s.q̄ p̄cedunt ab eodē p̄e vel mre: sed qz geniti sunt ex parētibus hābitibus files cōplexiones: ꝛ quoz semia erant eodē mō disposita: vel qz cōtingit eos nasci celo exīte in eadē disp̃one. ꝛ tñ effectus isti q̄ cānt in terris sunt ex ope corpoz celestiū vt ait Aristo. 1. de gñatione ꝛ corruptione. s. p accessum ꝛ recessum solis in circulo obliquo cānt oēs gñatiōes ꝛ corruptiones in terra. Ista filitudo qz pure ab accīdi est. s. q̄ eē in vno eoz nō attinet aliqd ad esse in altero non cāt cognatōes sed nec aliquē alium nexū. Alia est filitudo indiuidualis nō accidētalis. s.q̄n plura indiuidua hñt eādē cōplexionē: vel magnā similitudinē in illa. ꝛ hoc qz descēdunt ab eodē p̄ncipio semina li: ꝛ idē ꝺm idē aptū est facere vnū tñ. ꝛ ista facit cognationē. s. q̄n multi boies descēdūt ab eodē: ꝛ ille p̄stitit sperma cōformē i gñatione oium seruabit filitudo in cōplexiōibus eoz. ꝛ ēt deriuati ab istis seruabunt similitudinē quandā naturalē: inq̄tum retinet in eis virtus seminis deriuati a parente eoz primo: ꝛ q̄diu manserit similitudo ista manet ꝺsanguinitas: qz nihil aliud est ꝺsanguitas nisi ista ꝺformitas. ista tñ filitudo est maior quāto alique magis ꝓpinque sunt. s. quanto magis accedūt ad vnitatē p̄incipij. quanto aūt magis distant ab illo minus ꝓpinqui sunt: ꝛ ob hoc necesse est q̄ ꝺtinue descendendo ab eodē capite tanta fit interdū distātia q̄ nulla reperiat filitudo apparēs in diuidualis: ꝛ tunc cessabit nālis cognatio: ꝛ ēt cessabit amor. nā amor fundat sup vnitate vel similitudine ista naturali: peremte autem omnino similitudine ista necesse est perire amorez: nisi ex alia cā reintegretur. s. ex cōicatione vel ex charitate: aut beneficio suscepto vel alīs. Dicendum ēt q̄ ista consanguinitas nō durat equaliter inter oēs descendentes ex diuersis stipitibus. nam in quibusdam stipitibus longo tpe: ꝛ in alijs paruo tpe durat. pz boc qz cognatio ista est similitudo repta inter descendentes ex eodem capite: ꝛ ista similitudo manet ꝓpter vnitatem seminis in vtrisq̄. contingit autē hoc ex viribus seminis. s. q̄ q̄n semen patrum forte est manet virtus eius in filijs ꝛ nepotibus ꝛ multis alijs descendentibus. sicut imprimit caliditas in subiecto forti sicut est ferrum vel ligna iuniperina manet calor in eis longo tpe ꝛ intense comburunt. In quibusdam aūt hoibus cito perit similitudo ista eo q̄ semē patrum est debile: ꝛ virtus eius minuit in filijs ꝛ parua vel nulla manet i nepotibus. ꝛ sic q̄n semen debilius est ꝛ minus adiuuat a virtute celi est minor ꝺformitas in genitis ab eodem p̄incipio: ꝛ pauco tpe tollit omnis similitudo: ꝛ cessat ois ꝺsanguinitas. In quibus aūt semē ē fortius: ꝛ magis adiuuat virtute celi fit similitudo maior: ꝛ diuturnius conseruat: ꝛ sic maiori tpe manet inter tales boies consanguinitas. Dom ēt q̄ ista ꝺsanguinitas non est inter bruta. nā lz inter bruta fit similitudo q̄dam complexionis ꝓpter identitatem seminis in descendentibus ab eodē p̄incipio: tñ non est cō sanguinitas: qz ꝺsanguinitas non solum dicit ꝺformitatē istam naturalem in genitis causatam ex semine eodē: sed ēt recognitionem istius habitudinis vel possibilitatem ad recognitionē cuz amore reciproco naturalr insurgente ex tali nexu. In brutis autem non est aliqua recognitio huius conformitatis ꝛ habitudinis: nec insurgit reciprocus amor ꝓpter hoc: ideo non est ꝺsanguinitas. ista ꝺsanguinitatem naturalem non cognoscimus in nobis nisi in gradibus ꝓpinquis vbi est magna cōformitas seminis: qz ibi insurgit magnus amor. In gradibus aūt aliqualr distantibus non apparet conformitas manifesta nec amor tam euidens. ¶ Alia autem est consanguinitas legalis que a prima ꝺm essentiam non differt sed solum in assignatione graduum. Nam in cognatione naturali non sunt determinati gradus: in legali autem assignantur. quod patet: quia sicut declaratum fuit. s. non durat equaliter consanguinitas in omnibus hominibus: ideo non possunt assignari gradus certi in omnibus. ꝛ sunt ad hoc due cause. Prima est quia nos non cognoscimus q̄diu in nobis durat ista conformitas: ideo non possumus gradus assignare dato q̄ essent gradus equales in omnibus. Scōa est qz gradus non sunt equales in omnibus cognationibus naturalibus. nam in quibusdam hominibus magno tempore durat ista cognatio: eo q̄ erat semen forte quod conseruat similitudinem diuturne: ꝛ in alijs paruo tempore propter paruam virtutem seminis: ideo non habitur certus numerus graduum proping tatis. Ier autem determinauit certos gradus ꝛ assignati fuerunt gradus consanguinitatis ad prohibitionem matrimonij: ꝛ etiā ad successionem hereditariam. ꝛ determinatio ista non est eadem ꝺm leges omnium gentium. Nam inter quasdam gentes nullus gradus est vetitus: quia etiam frater cum sorore potest contrabere: ꝛ inter barbaros mater accipitur a filio sicut inter pecora: ꝛ illud est super omnem gradum. quia primus gradus inter fratres est: pater autem vel mater ad filium vel filiā nullū gradū hz sz ibi est p̄incipiū cognationis totius. inter gētes tñ rōne vtentes alig gradus prohibiti sunt sed varie. Naz in lege mosaica q̄ erat diuina nō erat vetitus nisi primus gradus iter descendentes collaterales inter se. s. ne haberet frater cum sorore. patrueles tamen. i. filij duorum fratrum contrahebant: ꝛ omnes posteriores. In nouo autem testamento fuerunt a principio determinati gradus septem consanguinitatis ad impediendum ꝛ dirimendum matrimonium. postea autem quia sequebantur incouenientia multa: limitati ꝛ restricti sunt gradus ad quattuor: ꝛ vltra non est impedimentum. ꝛ vltra istos gra-

D

E

F

Notādū

L

Philantrop⁹ qd sit.

Duplex similitudo .s. specifica ꝛ indiuidualis: ꝛ quis amor segtur ad q̄libet ꝛ sup quā fūdatur cognatio.

° Silitudo idiuidualis duplex

Quid est cognatio seu ꝺsanguinitas.

Duplex ē ꝺsanguinitas nālis ꝛ legalis.

Cōsanguinitas quid importet ꝛ q̄re non est inf bestias

Quare in ꝺsanguinitate legali dant gradus ꝛ i alia non.

Gradus p̄hibētes matrimonium apud hebreos.

dus non vocamus aliquos consanguineos: nec dicimus nos sibi in aliquo attinere. ob hoc autem necesse est ꝙ aliquando consanguinitas nālis magis ꝓcedat ꝙ legalis ⁊ interdū cōtrio. qō pz:qz qñ semē est forte in pōe ⁊ adiuuat a corpore celesti in eo ⁊ filijs suis extendit interdū ꝯfortans illa ⁊ nexus vltra gradum ⁊ sextū gradū.cū vero virtus seminis est pauca nō extendit interdū ad gradus tres: ⁊ nec ad quos interdū. ⁊ tñ obligatio ſm legē manet ⁊ fuit necessaria ista determiatio legalis: qz alꝰ non poterat patere de ipsis gradibus ſm nāles ꝯfortitatē. Ita ergo dōm est in ꝓpōsito ꝙ inter hebreos erant certi gradꝰ determinati cognationis: ⁊ ꝙ erant intra illos gradus vocabāt cognati: alij aūt non. ⁊ hoc erat ad ius ꝓpinquitatis q̄tū ad redēptionē rer venditarum: ⁊ ad suscitationē seminis. ad succedēdū aūt in hereditate ab intestato nō erant gradus determinati: sed q̄diucunq; cognoscerē inter aliquos gradus aliqs attinentie vel ꝓximitatis ēt si esset vltra gradus cognationis succedebat ille ꝙ erat ꝓpinquior in gradu: ⁊ istud obseruat apud nos. nam ad ipediēdū mr̄imoniū solū sē gradꝰq̄ttuor: ⁊ vltra illos nec sē cognati: nec ipedimētū. ⁊ tñ ad successionē seruat ꝙ qñcūq; cognoscat gradus attinētie succedet ab itestato. ita nūc erat respectu elimelech ⁊ filioꝝ suoꝝ: qz in tota cognatione sua intra gradus in ꝗbus est ꝺcessio ad suscitandū semē ⁊ redimendū hereditatē venditā: ꝙ vocabant gradus cognationis nō erāt alig viri nisi booz ⁊ cognatus suus: iō recte dixit booz nullus est ꝓpinquus. s. intra gradus cognationis excepto te ꝙ ꝓior es: ⁊ me ꝙ scōs sum. ¶Quereꝝ vlterius qd fieret si nullus esset nunc qui suscitare posset de iure semen istoꝝ defunctoꝝ: ⁊ acciperet ruth in vxorē. ¶Rūdeꝝ ꝙ si nullus esset deuolueret hereditas ad ꝓpinquiores: ⁊ deleret nomen istoꝝ defunctoꝝ de familia sua. cū.n. venerunt noemi ⁊ ruth de terra moab inuenerunt possessiones quas reliquerat elimelech ⁊ filij sui in bethleem: ⁊ inceperūt possidere illas eo ꝙ erat adhuc spes suscitādi semen defuncti. nā noemi ꝓcurabat quo ruth traderet in vxorē booz cognato viri sui ad suscitandū semen. si tñ non fuisset aliqs ꝓpinquus q̄ posset suscitare semen defuncti venirent illi q erāt ꝓpinquiores defuncto q tñ erant iam extra gradus cognationis ⁊ peterent hereditatē elimelech ⁊ filioꝝ suoꝝ: ⁊ tenerēt noemi ⁊ ruth restituere illā eis: qz ipse non bēbant iam aliqꝫ cām retinendi illā cū non esset spes suscitādi seminis. nomē tñ defuncti periret: qz non esset aliquis qui suscitaret semen eius in cognatione sua: qz iam nō erat aliqs qui succederet in loco eius ⁊ nominaret noie eius esset; fictione iuris. ⁊ sic noia multoꝝ peribant eo ꝙ non erat aliqs qui suscitaret semen eoꝝ. ⁊ sic fuit nūc de semine chelion filij elimelech. nā ꝛ nunc booz suscitauit semē maalon nō potuit suscitare semen chelion eo ꝙ suscitaret semē ex vxore defuncti. nō erat tñ nunc vxor chelion: qz illa mānserat in terra moab. s. orpha. vt pz ē. 1. c. iō non suscitabat nisi semē maalon: qz eius vxor fuerat ruth quā nūc accipiebat in vxorē booz. ⁊ sic dixit ipse booz ꝙ ipse accipiebat oia bona elimelech chelion ⁊ maalō cū ruth vxore booz ad suscitādū semē ōfuncti: ⁊ sic solius defuncti cuius erat vxor ruth suscitabat semen. ita delebant noia multoꝝ qñ oēs de posteritate ipsoꝝ peribant. sic dixit saul ad dō: iura mihi ne dleas nomē meū ō domo pr̄is mei .s. nō occidas oēs filios meos ⁊ nepotes: qz illis occisis deletuꝫ erit nomē meū cū nullus mihi succedat. 1. Reg. 24. c. isto modo ēt delebat nomē alicuius de familia sua qñ erant alig ꝓpinqui q̄ possent suscitare semē: ⁊ tñ nullus illoꝝ volebat. nā tūc deuolebant possessiones ad ꝓpingores: ⁊ nomē defuncti deletū erat. isti aūt reputabant infelices: qz nō reputabant viuere si non relinquerent heredes in ꝗbus ꝺseruaret nomē patrū. Si āt maneret filiꝰ verꝰ vel legalis iā nō penitꝰ se pire existimabāt.

¶Quid vocet suscitatio seminis ⁊ quibus competebat: ⁊ quare non est in nouo testamento. Quæstio. 30.

Queretur vlterius circa suscitationē seminis de qua babet hic de aliqbus dubijs. Et primuz est qd vocet suscitatio seminis vel qd ꝓficiebat. ¶Dōm est ꝙ suscitatio seminis erat qñcūq; aliqs accepta vxore: ⁊ nō relictis liberis decedebat. nā tunc aliqs de ꝓpinquioribus eius siue frater siue alius ꝓpinquus accipiebat vxorē ōfuncti ⁊ gignebat ex ea filios: ⁊ primus filius vocabat noie defuncti. ⁊ ille nō reputabat tanq̄ filius eius q̄ gignebat eū ꝛ defuncti: ⁊ succedebat defuncto in bonis suis: ⁊ non pr̄i vero: ⁊ vocabat de cognatione vel posteritate defuncti. ⁊ vocabat ista suscitatio seminis: qz cēsebat ꝙ vxor defuncti suscepat semen a defuncto ex quo fieret cōceptus: ⁊ cum non posset perfici venit iste vir scōs ad adiuuandū semen defuncti viuificādo illud ⁊ faciēdo inde formari cōceptum. sicut est in semine iactato in terra. nam ꝓius putrefit ⁊ non surgeret inde seges nisi virtute solis calefieret ⁊ aīaret. ita censebat facere iste vir scōs. sed sol dr̄ suscitare oia semina terre qz sine eius vigore non surgerent iō dicebat iste vir scōs suscitare semē defuncti. ¶Quereꝝ vlteri⁹ ad qd deus iussit cū tāta efficacia ꝙ suscitaret semen inter hebreos: ⁊ cur non ob seruat hoc inter alias gentes. ℟¶Rūdēdū ꝙ ad hoc potuit eē multiplex cā motiua. ℣ Prima causa est qz lz nunc nō obseruet inter nos nec inter gētes quas nouimus tñ ātiquitus seruabat: ⁊ qz si deus nō daret legē iudeis de suscitatione seminis putarētur ex hoc minores esse alijs gentibus: ideo dedit eis legē de suscitatione. sic.n. fuit de multis alijs legibus. naz libellus repudij erat inter gentiles: ⁊ vt non viderent grauari hebrei si nō permitteret eis libellus ꝓmisit deus. Deute. 24. Sic.n. fuit de vsura. nam inter gentiles erant vsure: ⁊ lz malum esset ne iudei qui cupidi erant viderentur hr̄e in hoc legem intolerabilem ⁊ recederent ab ea ꝓmisit deus vsuras: ⁊ tñ tempauit eas: qz non permisit ꝙ darent ad vsuras alijs iudeis sed extraneis. s. gentilibꝰ ⁊ cōuersis de gentilitate Deute. 23. sic ēt fuit de suscitatione seminis. ^naz apud gentiles erat ista lex: ⁊ seruabat cuz isto rigore cum quo apud hebreos seruabat. qō pz: anteqū daretur lex moysi obseruabat ista lex de suscitatione seminis. naz filij iude nepotes iacob tenuerunt istam legē inter mulieres gentiles. nā accepit iudas mulierē chananeaz: ⁊ genuit tres filios. s. her onā ⁊ sella. et primogenito dedit vxorem chananeam noie thamar ꝙ mortuus est sine filijs: ⁊ iussit filio suo scō. s. onan ꝙ suscitaret semen fratri suo ⁊ mortuus est ēt sine filijs: ⁊ postea tertius seruabat vt qñ esset adultus vt suscitaret semē fratris ꝓmogeniti. Gen. 38. ⁊ tñ non data fuerat lex moysi: nec data est vsq; multū tps post: qz qñ istud fuit nondū descenderat iacob in egyptum cum filijs suis vt pz ex processu Gen. ⁊ tñ lex data est post exitum israelitaꝝ de egypto. s. qñ erant hebrei in deserto in mōte synai: ⁊ in egypto manserunt multo tpe. s. ducentis ⁊ quindecim annis vt pz ex declaratis Gen. 15. ⁊ Exod. 1. et. 2. ideo erat suscitatio seminis inter gentiles multo tpe anteq̄ esset inter hebreos: ⁊ hebreis data est ista lex quia inter gentiles erat ꝓius. ¶Scōa causa erat qz per suscitationē seminis putabāt hebrei se felices esse. nam qui moritur sine filio reputabatur infelix apd antiquos intantum ꝙ moriens sine filio censebatur vere mortuus: ⁊ qui moriebatur hñs filium censebatur viuere vt pz Eccleſia. 30. s. mortuus est pater eius ⁊ nō est mortuus: religt.n. filiuz simile sibi. ⁊ qz multos ꝺtingebat hñtes vxores sine liberis mori: vt nō cēserent ꝺino infelices ꝓcurabat lex ꝙ ipsi hrent filios legales etsi non hrent filios veros. ⁊ istud erat p fictionem legis. s. ꝙ filiꝰ natus ex vxore mortui ⁊ ꝺsanguineo aliquo mortui censeret filius mortui pp quandā identitatem de qua dicet .f. in quadam qōne: ideo p talem filiū suscitatū ipse mortuus videbat quodam modo manere hñs posteros: iō fuit ꝺueniens suscitatio seminis. ¶Tertia cā fuit qz israelite diligebāt valde memoriā post se: ⁊ ꝙ hērent posteritatē p quā ꝺseruaret nomē ipoꝝ putātes se p istā posteritatē viuere: ⁊ reputabāt maximū infortuniū ꝙ qs careret posteritate. sicut saul sentiēs dō aduersatuꝝ esse sibi dixit ei: iura mihi ne deleas nomē meū de domo pr̄is mei. deletio aūt nois erat ꝙ maneret posteritas nulla ipsius: ⁊ sic nō putauit ꝙ dō posset ei maius malū iferre q̄ ꝙ deleret nomē eius. Si aūt aliud pei⁹ hr̄ extimasset potius ꝺsasset ne illud sibi infligeret. ⁊ qz multi erant quoꝝ noia nō poterāt ꝓpetuari in familijs suis p filios descēdētes ab eis: fuit ꝺueniēs ꝙ fieret suscitatio semis: qz natus de suscitatiōe semis cēsebat filius defuncti ⁊ posteritas ab isto descēdens iudicabat posteritas mortui: ⁊ q̄tū ad hoc ita plene ꝺseruabat nomē eius ficut si vere filios hūisset. vtilis ḡ fuit iter iudeos suscitatio semis. ¶Ad aliō cū q̄rit. s. cur iter alias gētes nō seruat lex de suscitatiōe seminis. Dōm ꝙ cause iste q̄ mouebāt alias gētes ad volēdū suscitationē semis ꝓcedebant ex quadā affectione. vel desiderio ꝺseruationis noīs ⁊ ex quadam opinione: qz putabant mortuos nō vere mortuos cum relinquebant heredes, alie aūt gentes posteriores non opinate fuerunt hec: iō non curauerunt de suscitatione seminis. ¶Inter Christianos aūt nō decuit ista legē obseruari. Primo qz ista aliqualiter repugnat desiderio vel fidei resurrectionis. nos.n. tenere debem⁹ firmiter resurrectionē mortuorū: ⁊ ſm hāc alliciemur ad oia bona. ꝗcqd āt repugnat certitudini fidei resurrectionis euitādū ē a nobis. ⁊ ob hr̄ apls icrepat valde eos q nimis lugēt mortuos: qz p hr̄ vīr excluſisse spē ō resurrectōe illoꝝ vt pz. 1. ad Thessa. 4. Sic ēt ē suscitatio semis: qz

suscitatio

Qō. 29 A Quid fieret ō noie ⁊ hōis defuncti si nullus eēt nūc q̄ suscitare posset ō iure semē istorum defunctoꝝ. ℟ Rūſio ad q̄ſitum.

A Rūſio ad q̄ſitum.

Qō. 31. A Adquid dr̄ iussit cum tāta efficacia ꝙ suscitaret semē inter hebreos: ⁊ curista lex nō obseruat inter alias gētes marie inter xp̄ianos ℟ Rūſio ad q̄ſitū primum ℣ 1. cā ^Apō gētiles obseruabat lex de suscitatiōe semis.

2. cā

B

3. cā.

Rūſio ad scōm q̄ſitum

Inter xp̄ianos nō decuit obseruari legem suscitatōnis seis.

suscitatio seminis ꝓuenit ex desiderio semp viuendi hic. naz q relingt filium putat se semp viuere q̄ diu ille viuit: z vt semp cē seaē viuens vult ꝙ suscitet filius ei qñ ipse non reliquerit filiū. velle tñ semp viuere z delere de memoria q̄ perit hic nimis ob uiat spei de resurrectione: qz qui tātū afficiunt ad ista non vident bē spez de futura vita. sed in nobis oz valde appere spez de resurrectione: iō non debuit esse tantū desideriū viuēdi nec
2.cā. suscitatio seminis q̄ ad hoc seruit. ¶ Scōm ē qz istud repugna bat honestati graduum affinitatis q̄ obseruaē in nouo testō. nā sicut inter ꝯsanguineos vsq; ad quartū gradū seruaē ꝓhibitio mīmonij: ita inter affines. z tñ si fieret suscitatio seminis: aī
3.cā. finis in primo gradu accipet vxorē affinē in primo gradu. s. fra ter vxorē fratris. qō erat ꝯ honestatē noui testi: iō nō debuit fie ri suscitatio. ¶ Tertia cā est qz fieret ꝯ legē euangelicaz q̄ vult vnicā esse vxorē viro cuilibet z nulli simul inesse duas. z tñ si fieret suscitatio seminis ꝯtingeret ꝙ idē vir bret duas vxores .s. quia interdum frater defuncti habebat vxorem z cogebatur accipere vxorem defuncti ad suscitandum ex ea semen defun cto. z hoc non erat incōueniens in veteri testamēto vbi quis si mul plures vxores bē poterat. In nouo aūt testō nō licet: iō nō ꝯueniebat seminis suscitatio inter christianos. Inter gētiles ēt pauco tpe ante Christi natiuitatē non obseruabaē ista ler. qō pz ex legibus romanoꝝ q̄ hīr in digestis instōnibus z codice. z tñ non reperitur ibi lex de suscitatione seminis. q̄ non erat ēt inter gentiles: qz non iudicabant istā legē sibi vtilē esse. fuit autē ista lex apud antiquos gentiles q̄ opinabaē vtilē sibi esse istā suscitationē: vt per hoc viderenē viuere post mortē. sed postea melioꝛi iudicio de hac suscitatione non curatum est.

¶ Qui z quales debebant esse illi quorum semen suscitabatur: z
11. bone conclusiones circa hoc. Questio.32.

A **Queretur** vlterius de ista suscitatione seminis ꝓ qui bus fiebat. s. q̄ vel quales essent illi ō q̄bus
Rñsio ad q̄stū. semen suscitareē. ¶ Rñdendū ꝙ suscitatio seminis erat quasi viuificatio seminis qō defunctus putabaē posuisse: z non pote rat illud virtute defuncti viuere: z viuificabaē agēte viro alio. ficut semina putrefacta in terra non resurgūt in herbā z arbo-
1.ꝯclo. rē nisi virtute solis alaēt z viuificenē. illius ergo suscitandū ē semen q̄ semen bē poterat. ¶ Ex hoc est prima ꝯclusio ꝙ ꝓ
1.cā. mortientibus in parua etate non erat seminis viuificatio siue su scitatio. ¶ Cā prima est qz lex fingebat esse idē semē defuncti z istius q̄ suscitabat illud. vñ non dicebaē iste semen defuncto ꝺa
2.cā. re sz suscitare. s. semē qō ille posuerat z inutile fcm̄ fuerat. z tñ in paulo nō ꝑt fingi h̄ eo ꝙ ille ad hoc ipotens est cū semē nō bēat: iō illius semen nō suscitabaē. ¶ Scōa cā erat qz ad hoc
3.cā. ꝙ suscitet semen alicuius necesse est ꝙ suscitaret de vxore de functi: z non exīte illa nō suscitabaē semē Deute. 25.c. z tñ par tuli non bñt vxores: iō non ꝑt suscitari semen illoꝝ. ¶ Tertia cā est: qz suscitatio seminis est vt nomē defuncti non deleaē de ꝓgenie sua. non pōt aūt nomen alicuius deleri nisi illud bēat. z tñ paruuli nondū bēant nomen in ꝓpō nec in familijs suis. q̄ non poterat nomen illoꝝ suscitari. pz hoc qz inter hebreos nul lus trāsibat ad nomē nec diues nec paup vsq; quo eēt vigiti an noꝝ: z tunc soluebat glibet dimidiū siclum ꝓ aia sua: z trāsibat ad nomen z numeꝝ. Exo. 30. z tñ paruuli nonduz ꝓuenerāt ad
B annū. 20. iō non poterat nomen eoꝝ deleri nec suscitari eis se
2.ꝯclo men ¶ Scōa ꝯclusio est ꝙ non suscitabaē semē oībus potenti bus gīare mortientibus sine filijs. pz hoc: qz pueri vltra quar tūdecimū annū vt cōiter puberes sunt z gīare queūt: z tñ figa
1.rō. istoꝝ mozereē non accepta vxore nō erat sibi suscitandū semen. qō pz. Primo qz sicut dicebaē supza non suscitabaē semen nisi vt non delereē nomē defuncti. sed multi istoꝝ erant q̄ non po-
2.rō. terant ꝑdere noia eo ꝙ non bēbant illa. s. ꝙ nondū attingerāt annū. 20. vtpote inter. 14. et. 20. qz isti puberes sunt: z tñ nōdū
3.ꝯclo transierunt ad nomē z numeꝝ: iō non poterat suscitari semē ꝓ istis. ¶ Scōo pz qz vt ēt dictū est nō poterat fieri suscitatio se minis nisi ex vxore defuncti: z tñ multi istoꝝ non bēbant vxo res: q̄ non poterat suscitari semē ipsoꝝ. ¶ Conclusio tertia ē ꝙ semen suscitabaē ꝓ mortientibus q̄ accepant vxores z non ꝓ
Notādū alijs. pz qz vxor defuncti erat qōdā extremū regstū ad suscita tionē seminis Deute. 25. iō vbi non esset vxor. s. in illis q̄ nūq̄ accepunt illas vel non bēbant eas qñ mozieban: z ꝓius bēt illā non suscitabaē semen. non tñ est intelligendū ꝙ in oībus re linq̄ntibus vxores: qz si filios relinquebāt nō erat suscitatio se minis. qō pz qz suscitatio seminis erat ꝺa i subsidiū vel reme diū. s. qñ nō poterat q̄ bē filios a se bēt ab alio: z qñ nō po terat bē filios veros bēt filios legales q̄ erant ꝓ suscitationē.

In bñtibus q̄ filios veros nō fiebat suscitatio semis. ¶ Quar- 4.ꝯclusio
ta ꝯclusio ē ꝙ figa bēt vxorē z mozereē sine liberis: z tñ vxor mozereē ante vir: vel simul nō poterat fieri suscitatio semis. pz hoc qz vxor defuncti regrit ad suscitationē semis: z tñ nō erat vxor defuncti in istis qz mortua erat: iō nō fiebat suscitatio. nā si vellet aliqs cognatus defuncti accipe aliā vxorē ad suscitādū inde semē defuncto nō poterat fieri: qz nō cēsebaē nat⁹ inde si lijs defuncti eo ꝙ mulier illa nullo mō attinebat ad defunctuz.
¶ Quinta ꝯclusio est ꝙ figa bñs vxorē mozereē nō relictis fi- 5.ꝯclusio
lius si illa erat ipotens ad ꝯcipiendū nō poterat suscitari semē defuncto. pz ex rōne ē. posita. nā suscitatio seminis fit ex vxore defuncti. si aūt ipotēs est vtpote senio ꝯfecta: z desierunt in ea L
iam fieri muliebria: vel qz sterilis est: aut alia de cā nō ꝑt suscitare semē ex illa: z tñ nō ꝑt accipi alia. q̄ nō fiet in hoc casu suscitatio semis. ¶ Sexta ꝯclusio est ꝙ figa mortiebaē relicta vxore 6.ꝯclusio
potente gignere z nō bēbat filios: qz illi iā mortui fuerāt suscep tis vxoribus z nō relicta posteritate nō erat semē illi suscitan dū. qō pz qz iste bñs vxorē accepat plem ex illa z filij sui ꝓuene rant ad virilē etatē: z ipsi quoq; accepant vxores: iō iste q̄ocū q̄ mozereē non dicereē iam mozi sine ꝓle. filij aūt sui susceptis vxoribus mortui sunt sine liberis: iō non oz dici de ꝑe ꝙ mor tuus est sine semine sed de filijs: iō semen non est suscitādū pa tri sed filijs eoꝝ de vxoribus. sic fuit in casu huius. c. nam elime lech mortuus est relicta vxore z filijs: z mortui sunt filij manē te vxore elimelech z vxoribus filioꝝ suoꝝ: z tñ non fuit suscita tum semen elimelech sed filio suo maalon ex ruth. ¶ Septima 7.ꝯclusio
ꝯclusio est ꝙ figa mortiebaē relicta vxore z filiabus z: nō bret filios vel masculos ꝙ non erat suscitandū illi semen. naz ls filia non conseruet directe nomen ꝑis qz non computaē mulier in genealogia viroꝝ tanq̄ mediū ꝑ qō deriuaē ꝓgenies: nec filij noiaē de ꝓgenie matrū sed pat rū: tñ filie indirecte pote rant ꝯseruare nomen ꝑis. s. figa relinqueret vnā filiam z nul lum filiū: illa acciperet viꝝ: z fili⁹ genitus inde saltē vnus noīs baē de ꝓgenie sui mīni: z succedebat quo mīno in hereditate z ꝓgenie z noīe: z non succedebat ꝑi suo: sed alij fratres eius succedebant ꝑi z cōputabaē de familia ꝑis. de quo declara tum est satis Num. 27. c. z tñ si semen huius suscitādū esset: deberet de ri tota hereditas defuncti suscitanti semen eius. ficut factuz est D
nunc in booz qui accepit totam hereditatem maalon eo ꝙ su scitaturus erat semen eius vt patet in littera. ergo non erat su scitandum semē. etiā qz filius qui nasceretur de suscitatione se minis habiturus erat totam hereditatem defuncti qz ille cen sebatur filius eius: z tñ in casu dato filie succedture erant: iō nō
8.ꝯclusio poterat huic semē suscitari ꝓ vxorē: qz suscitabaē ꝓ filiā. ¶ Oc tava ꝯclusio ē ꝙ figa mozereē nō relictis liberis relicta tñ vxo
Ad suscitan dū semē qd requiratur re q̄ repudiata eēt a viro nō poēat suscitari semē illius ēt si illa vxor vellet. pz h̄ qz ad suscitādū semē regrit ꝙ suscitet ex vxo re defuncti. z tñ vxor repudiata nō ē vxor sz ꝓ repudiū desine bat eē vxor: ita ꝙ poterat eā glz alius ipune accipe Deute. 24. q̄ Obiectio.
de isto dom erat sicut de illo q̄ mortiebaē nō bñs vxorē. Sed dicet: pōaē ꝙ illa vult accipi ab aliquo cognato defuncti ad su Rñsio
scitādū semē eius nungd nō suscitabit tunc. ¶ Dom ꝙ nec ēt isto mō: qz figa mozereē non relicta vxore non poterat alia ex tranea mulier se opponē ad suscitādū semē desūcti. s. ꝙ accipet eā aliqs ō cognatis defuncti. ita nec nūc ista cū esset repudiata poterat se subijcere ad suscitandum semen defuncti: quia cum semel defierit esse vxor defuncti: iam nō poterat accipi nisi si cut vxor noua. immo maioꝛ difficultas erat: qz illa que nunq̄ fuerat ab aliquo accepta in vxorē poterat accipi: illa tñ q̄ fuerat repudiata nō poterat postea accipi Deute. 24. iō mulier que re pudiata erat non poterat assumi ad suscitandū semē defuncti.
¶ Nona ꝯclusio est ꝙ figa mozereē relicta vxore potēte suscita- 9.ꝯclusio
re semē: z tñ fine liberis: si nullus cognatus supesset nō poēat suscitari semē illius: eo ꝙ nō erat aliqs q̄ suscitaret: z ad suscita tionē regrebaē aliqs cognatus qui repñtaret ꝑsonā defuncti.
¶ Decima ꝯclusio est ꝙ figa mozereē nō relictis liberis: vtpo- 10.ꝯclusio
te qz illos būerat z ꝑdiderat añq̄ accipent vxores: z mozereē ꝑ post illos ꝙ illius suscitādū erat semē: qz ille cēsebaē nunq̄ būisse liberos cū illos ꝑdidisset añq̄ illi reliquerēt semē. ¶ Un 11.ꝯclusio
decima ꝯclo ē qz cū qs mortiebaē relicta vxore: z nūq̄ liberos habuerat: sz relinquebat fratres. istius ꝓprie dicebaē semen su-

Qō.33.
A
Quot mōis aliqs oz mori sine semine z i ghus casib⁹ suscitabat z quibus non.
Rūsio ad qstū.
1.modo

